







new

QUINTI
HORATII FLACCI
CARMINUM
PARS PRIMA.

Ex Typographia Richomme.


LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY


Q. HORATIVS
FLACCVS
AD ÆTERNAM
ILLVSTRISSIMI
VIRI POETÆ
MEMORIAM
LVT. PARISIORVM CIↃ.DCCCVI
Sumptibus Nicolai Druyer du Pointé.





LVT. PARISIORVM CIↃ.DCCCVI

Sumptibus Nicolai Druyer du Pointe.




QUINTUS
HORATIUS
FLACCUS,

CUM SCHOLIIS J. BOND,

EX RECENSIONE N. L. ACHAINTRE.

SUMPTIBUS N. DRUYER DU POINTÉ.



PARISIIS,

APUD P. D. MÉQUIGNON JUNIOREM.

M.D.CCC.VI.

AD LECTOREM.

ETSI plerosque apud editores usitatissimum est, ut suum quisque auctorem supra cæteros extollere, ejusque tumulum encomii floribus spargere nitatur; illam tamen veluti tritam atque Poëtæ nostri gloriæ, meo judicio, inutilem viam deserens, nihil de eo sum dicturus quem sua satis apud omnes commendant opera, nullius ut nunc sit, vel laudatoriis famam ejus illustrare amplius, vel lividis obscurare dictis. Cur igitur, et qua mente novam hanc Q. HORATII FLACCI operum editionem susceperim, quibus materiis in opere continuando usus sim, quaque ratione finem ad optatum pervenerim; diutius, STUDIOSE LECTOR, ne te morer, audi.

LAUS præcipua sane debetur viris sapientibus illis, divinisque Vatibus, quos, voce blandiloqua fidibusque canoris, recentûm feros cultus hominum formavisse scimus; qui, præceptis salutaribus, vitæ civilis rationem modumque instituerunt; quique per omne sequens

ævum, vel acri tibia cives ad grandia ducunt, vel dulci lyra vitæ ærumnis atque miseriis lenimen afferre conantur: nonnulla etiam concedenda iis, qui sublimibus prope muneribus illis impares, optima quæque tamen sapere atque demirari à teneris assuefacti, priorum veneranda Vatum opera colligere ac posteris mandare indignum se non judicaverunt; quique ad id unum intenti, ne à majoribus erecta corruant edificia, temporis damna assiduo reficiunt labore, atque illustria illa humani ingenii monumenta, pro suis quisque viribus, aut instaurare aut saltem sustinere student.

Si hujusce laudis ultimæ partem aliquantulam meruisse me in hac editione Q. Horatii operum judicaveris; voti compos ero: illud enim valde expetivi.

In ea autem assequenda, multi sunt scopuli evitandi, multus inest labor, multa difficultas. Ex innumeris enim, ut ita dicam, nostri Poëtæ editionibus, multas quidem dignas, fateor, æstimatione; sed in illis optandum quiddam superesse nemini docto in dubium venit. Aliæ maximo sumptu et apparatu instructæ, charta

grandiori, nitidis characteribus impressæ, vel forma, vel cura et diligentia præstant; gratum certe præbentes oculis spectaculum, et typographicæ artis perenne monumentum; sed, quod in hujuscemodi scriptore potissimum est, notis carent quæ textum planiorem efficiant, aut temporum, rerum ac diversarum lectionum rationem reddant: aliæ eruditissimis illustratæ sunt commentariis; sed, ni fallor, adeo diffusis et inconcinnis, ut sæpius fastidio sint quam lectoribus adjumento: nonnullæ Scholiis ornatæ perpetuis quarum ea vis est, ut continua dilucidatione textum omnem apertum vel rudioribus offerant: ast illæ plerumque vel castigatione, vel typographia peccant, vel forma parum commoda, et characteribus usu obsoletis.

Id igitur Romanarum litterarum, ac præsertim Horatii studiosis gratum fore duxi, si, nova editione in lucem prodenda, utilitati primum, deinde formæ ac pulchritudini consulerem: ideoque, inter Scholiastas unus mihi erat eligendus quem huic adsciscerem editioni; nullumque alium aptiorem reperi quam ipsum

JOHANNEM BOND olim Oxonii celeberrimum professorem. Si enim, LECTOR, ad famam spectaveris, nulli major contigit; quippe cui quindecim jam et plures obtigerunt editiones apud Britannos, Belgas, Gallos et Germanos: si ad utilitatem; etsi nonnullis selectissimis doctrina viris labor et patientia non levis per-intima et sacratissima poëticæ artis penetralia aperuerunt; lectoribus tamen plerisque adjumento opus est, quo facilius textu cum interpretatione comparato, operis spinas divellere queant. Quis autem certius id attigit punctum quam ille de quo loquimur; in cujus Scholiis omnia sunt plana atque auditu facilia, docta et erudita; in quo, inquam, abdita deteguntur, defossa promuntur, nimis obscura illustrantur; mores denique, ut ipse in proœmio suo quod consule, si placet, aperte declarat; usus, fabulæ, nomina, loci explicantur, temporum, rerum, occasionum ratio datur? Si autem in tanta annotationum multitudine (sunt numero quinque millia) inutilia multa esse contendas, graviter erras. Quod enim tibi clarum, non æque vicino videtur; et, vice versa, quod

vicino, non æque tibi : quid autem Scholiastæ restat, nisi ut explicet omnia atque commentetur, ut se ad diversa accommodet ingenia? quod idem noster feliciter peregit, omnium quos antecedens et nostra tulit ætas cum plausu et approbatione.

Hujus igitur, Lector, habes commentarios in uno volumine recollectos, forma et characteribus non ad hunc diem exhibitis, charta pura et summa cum cura excusos, et maxima cum diligentia recensitos. Attamen, cum in multis locis receptum tunc temporis, sed non optimis consentaneum codicibus editionibusque textum secutus esset Johannes Bond; id potissimum curavi, ut ad pristinum nitorem revocaretur Horatius, juvantibus Schrevelio, Bentleio, Baxtero, Valart cæterisque cum Codd. tum Edd. priscis, quorum observationibus ac variantibus sobrie quidem, et quam brevissime usus sum, ita tamen, ut Horatiano textui apprime consentirent. Itidem, si in aliquot notis, quod raro evenit, dilucidatio vel paulo obscura, vel omnino incongrua esset; multorum quos in manibus habebam collatis

Commentatorum sententiis, levi immutatione, aut notæ alterius interpolatione scholiastæ faciliorem lectori explicationem reddidi.

PRÆTEREA ne quid omitterem quod ad tuum, LECTOR, pertineret usum atque commodum, Aldi Manucii de metris Horatianis tractatum adjeci; necnon, ad operis calcem, indicem non tam verborum, quam rerum memorabilium, adagiorum, elegantiumque auctoris sententiarum quæ undeviginti abhinc sæculis proverbiorum loco cesserunt, omnium circumvolant ora, atque recentiorum paginas librorum perpetua cum admiratione decorant.

SED jam plura quam par erat dixi. Meum laborem tibi, LECTOR, offero: hunc utinam, animo accipias benevolo, eamque editionem Poëtæ nostri, optimas inter et pulcherrimas numerandam censeas atque reponendam!

ACHAINTRE.

BENEVOLO LECTORI.

CUM Juventutis erudiendæ munus sustinerem (quod saxum volvi viginti annos et amplius) mihi semper in more positum fuit, candide Lector, Annotationes quasdam, seu scholia (si sic magis appellari placeat) discipulis meis tradere, in eum finem, ut scriptis commissa quæ verbo protuleram, altiores in eorum animis radices agerent atque firmius inhærerent. Hinc factum est, ut amicorum aliquot, cum hæc scholia in Horatium, nescio quo casu, vidissent, me iterum atque iterum rogarent, ut in publicum emitterem, quæ domi inter chartulas diu latitârant. Persuaserunt tandem, quamvis primum pertinaciter ibam inficias, haud ignarus Momos mihi non defuturos, qui bene dicta, sinistra interpretatione notarent. Quod genus hominum, cum injusti sint rerum æstimatores, debebant id cogitare, quod à Græcis prudentissime dictum est, μωμεῖσθαι μὲν ῥᾴδιον εἶναι, μιμεῖσθαι δὲ χαλεπὸν, *facillimum esse alienum opus reprehendere, sed non perinde facile aliquid simile aut præstantius conficere. Agnosco lubens me nihil magni aut eximii in hac re præstitisse. Hoc tamen, Lector benevole, pro certo invenies, me nullam dictionem, phrasim aut sententiam intellectu difficilem per totum hunc Auctorem præteriisse, quin eam, qua licebat brevitate, explicuerim, explanaverim, facilemque reddiderim. Præterea re-*

giones, civitates, oppida, villas, montes, valles; agros, maria, flumina, nomina hominum propria et patronymica, leges moresque gentium, inusitatas loquendi formulas, omnia denique, quæ habet Horatius paulo reconditiora, ego sic paucis tetigi, ut quivis in lingua Latina vel mediocriter versatus, Horatium ipsum intelligat facillime. Ita tamen ut singulas annotationes ad figuras Arithmeticas referas in contextu, cum quo feci ut eædem annotationes genere, numero, casu, modo, tempore, et persona consonent et congruant. Quod ni facias, non pauca ex annotationibus præ se ferent quamdam speciem orationis incongruæ, et sensus videbuntur expertes esse et vacuæ. Verum, si eas bene copules et conferas cum Textu præcedente et subsequente, certe Auctoris sensum tibi manifestum reddent et valde perspicuum, qui solus est scopus et finis unicus meorum laborum. Boni consule, Lector humanissime: sic animos dabis majora aggrediendi, si Deus largiorem hujus vitæ usuram mihi dederit. Interim,

——— Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.

Vale. August. 7. 1606.

Tui commodi studiosus,

J. BOND.

VITA
Q. HORATII FLACCI,

E vetusto Codice Blond. descripta.

QUINTUS HORATIUS FLACCUS Venusinus, patre, ut ipse quidem tradit, libertino et exactionum coactore, ut vero creditum est, salsamentario, cum illi quidam exprobrâsset in altercatione : quoties ego vidi patrem tuum brachio se emungentem? Bello Philippensi excitus à M. Bruto Imperatore, tribunus militum meruit : victisque partibus, venia impetrata, scriptum Quæstorium comparavit; ac primo Mæcenati, mox Augusto in gratiam insinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Mæcenas quantopere eum dilexerit, satis demonstratur illo epigrammate :

Ni te visceribus meis, Horati,
Plus jam diligo, tu tuum sodalem
Hinno me videas strigosiorem.

Sed multo magis extremis Esquiliis tali ad Augustum elogio:

Horatii Flacci, ut mei, esto memor.

Augustus epistolarum quoque ei officium obtulit, ut hoc ad Mæcenatem scripto significat : *Ante, ipse sufficiebam scribendis epistolis amicorum, nunc occupa-*

tissimus et infirmus, Horatium nostrum te cupio adducere. Veniet igitur ab ista parasitica mensa ad hanc regiam, et nos in epistolis scribendis adjuvabit. Ac ne recusanti quidem aut succensuit quicquam, aut amicitiam suam suggerere desiit. Exstant epistolæ, è quibus argumenti gratia, pauca subjeci: *Sume tibi aliquid juris apud me, tanquam si convictor mihi fueris: recte enim et non temere feceris, quoniam id usus mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri possit.* Et rursus: *tui qualem habeo memoriam, poteris ex Septimio quoque nostro audire: nam incidit ut illo coram fieret à me tui mentio. Neque enim si tu superbus amicitiam nostram sprevisti, ideo nos quoque* ἀνθυπερφρονῦμεν. Præterea sæpe eum inter alios jocos, *Putissimum penem*, et *Homuncionem lepidissimum* appellat, unaque et altera liberalitate locupletavit. Scripta quidem ejus usque adeo probavit, mansuraque perpetuo........ ut non modo Sæculare carmen componendum injunxerit, sed et Vindelicam victoriam Tiberii Drusique privignorum suorum: eumque coëgerit propter hoc, tribus Carminum libris ex longo intervallo quartum addere. Post Sermones vero lectos quosdam, nullam sui mentionem habitam ita sit questus: *Irasci me tibi scito, quod non in plerisque ejusmodi scriptis mecum potissimum loquaris. An vereris ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse?* Expressitque Eclogam, cujus initium est.

Cum tot sustineas et tanta negotia solus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes; in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.

Habitu corporis brevis fuit atque obesus: qualis et à semetipso in Satyris describitur, et ab Augusto hac epistola: *Pertulit ad me Dionysius libellum tuum, quem ego (ne accusem brevitatem) quantuluscumque est, boni consulo. Vereri autem mihi videris ne majores libelli tui sint quam ipse es: sed tibi statura deest, corpusculum non deest. Itaque licebit in sextariolo scribas, cum circuitus voluminis tui sit ὀγκωδέστατος, sicut et ventriculi tui.* Ad res Venereas intemperantior traditur: nam speculato cubiculo scorta dicitur habuisse disposita, ut quocumque respexisset, ibi ei imago coitus referretur. Vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini; domusque ejus ostenditur circa Tiburni luculum. Venerunt in manus meas et elegi sub ejus titulo, et epistola prosa oratione quasi commendantis se Mæcenati; sed utraque falsa puto. Nam elegi vulgares, epistola obscura, quo vitio minime tenebatur. Natus est VI. Id. Decembris, L. Cotta et L. Torquato Consulibus. Decessit V. Kal. Decemb. C. Marcio Censorino et C. Asinio Gallo Coss. post nonum et quinquagesimum annum, hærede Augusto palam nuncupato, cum urgente vi valetudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. Humatus et conditus est extremis Esquiliis juxta Mæcenatis tumulum.

Ejusdem HORATII *Vita, in eodem Codice aliter descripta.*

QUINTUS HORATIUS FLACCUS libertino patre natus in Apulia, cum parente in Sabinos commigravit. Quem cum pater puerum Romam misisset in ludum litterarium, parcissimis eruditus impensis, angustias patris vicit ingenio, coluitque adolescens Brutum, sub quo tribunus militum civili bello militavit: captusque à Cæsare, post multum tempus, beneficio Mæcenatis non solum servatus, sed etiam in amicitiam receptus est. Quapropter Mæcenati et Augusto in omnibus scriptis suis venerabiliter assurgit. Scripsit autem Carminum lib. IV. Epodon I. Carmen Sæculare. Sermonum lib. II. Epistolarum II. De Arte Poëtica I. Commentati sunt in illum Porphyrion, Modestus, Helenius Acron. Omnium autem optime Acron.

TESTIMONIA
DE SCRIPTIS
HORATII.

M. Fabius Quintilianus, de Lyricis Horatii.

At Lyricorum idem Horatius fere solus legi dignus; nam et insurgit aliquando, et plenus est jucunditatis, et gratiæ, variis figuris et verbis felicissime audax.

De iisdem, Petronius.

Præterea curandum est, ne sententiæ emineant extra corpus orationis expressæ, sed intexto vestibus colore niteant. Homerus testis, et Lyrici, Romanusque Virgilius, et Horatii curiosa felicitas.

De Satyris, Quintilianus.

Satyra quidem tota nostra est: in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius qui quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non ejusdem modo operis auctoribus, sed omnibus Poëtis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum, et esse aliquid quod tollere possis, putat. Multo est tersior ac purus magis Horatius, et ad notandos hominum mores præcipuus.

De iisdem, auctor libri de causis corruptæ eloquentiæ.

Sed vobis utique versantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, et Lucretium pro Virgilio legunt.

Idem, de auctore.

Exigitur enim jam ab oratore etiam poëticus decor, non Attii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Virgilii et Lucani sacrario prolatus.

ALDI MANUTII PII
DE
METRIS HORATIANIS
TRACTATUS.

Metrorum genera, quibus HORATIUS *in Odis utitur, sunt undeviginti.*

PRIMUM genus, ut Ode. 1. lib. I. quæ est monocolos. Sunt enim omnes versus Choriambici Asclepiadei tetrametri acatalecti, qui constant è spondeo, et duobus choriambis, et pyrrhichio, vel ïambo, hoc modo:

Mæce-- nas atavis -vv- edite re -vv- gibus vv
O et -- præsidi' et -vv- dulce decus-vv- meum vv

Primi generis Odæ 3.
Lib. 1. Ode 1. Lib. III. Ode 31. Lib. IV. Ode 8.

SECUNDUM genus, ut Ode 2. quæ est dicolos tetrastrophos. Primi quique tres versus sunt hendecasyllabi Sapphici pentametri acatalecti, qui constant è trochæo, spondeo, dactylo, et duobus trochæis, vel spondeo ultimo, sic:

Jam sa -v tis ter -- ris nivis-vv atque-v diræ--
Grandi-v nis mi-- sit pater-vv et ru -v bente -v
Dexte-v ra sa-- cras jacu-vv latus-v arces--

Quartus autem quisque Adonius dimeter catalecticus, ex Dactylo et spondeo vel trochæo, sic:

Terruit -vv urbem --

Secundi generis Odæ 26.
I. 2. 10. 12. 20. 22. 25. 30. 32. 38. II. 2. 4. 6. 8. 10. 16. III. 8. 11. 14. 18. 20. 22. 27. IV. 2. 6. 11. Epod. 18.

TERTIUM genus, ut Ode 3. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus Choriambicus Glyconius trimeter acatalectus, constans è spondeo, choriambo, et pyrrhichio, vel ïambo, sic:

Sic te-- diva potens-vv- Cypri v-

Secundus vero quisque, Choriambicus, Ascelepiadeus tetrameter acatalectus, è spondeo, duobus choriambis, et pyrrhichio, vel ïambo, sic:

Sic fra-- tres Helenæ-vv- lucida si-vv- dera vv

Tertii generis Odæ 12.

I. 3. 13. 19. 36. III. 9. 15. 19. 24. 25. 28. IV. 1. 3.

QUARTUM genus, ut Ode 4. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus est Dactylicus Archilochius heptameter acatalectus, constans è quatuor primis pedibus spondeis, vel dactylis, indifferenter, ut in versu Heroïco: deinde è tribus trochæis, vel spondeo ultimo, sic:

Solvitur-vv acris hi-vv ems gra--ta vice-vv Veris-v et Fa-v voni--

Secundus vero quisque est Archilochius, constans ex penthemimere ïambica, id est, ex ïambo vel spondeo ultimo, ïambo, et syllaba, deinde è tribus trochæis, vel spondeo, sic:

Trahunt v- que sic v- cas- machi-v næ ca-v rinas--

Quarti generis Ode una.

I. 4.

QUINTUM genus, ut Ode 5. quæ est tricolos tetrastrophos. Primi quique duo versus sunt Asclepiadei, qualis ille, *Mæcenas atavis edite regibus*. Scanduntur enim sic:

Quis mul-- ta gracilis-vv- te puer in-vv- rosa v-
Perfu-- sus liquidis-vv- urget odo-vv- ribus vv

Tertius autem quisque est Pherecratius Heroïcus trimeter acatalectus, constans è spondeo, dactylo et spondeo, sic:

Grato-- Pyrrha sub-vv antro--

Quartus vero quisque est Glyconius, qualis ille, *Sic te Diva potens Cypri.* Scanditur enim hoc modo:

Cui fla-- vam religas-vv- comam v-

Quinti generis Odæ 7.

I. 5. 14. 21. 23. III. 7. 13. IV. 13.

SEXTUM genus, ut Ode 6. quæ est dicolos tetrastrophos. Primi quique tres versus sunt Asclepiadei, qualis ille, *Mæcenas atavis edite regibus.* Scanditur enim hoc modo:

Scribe-- ris Vario-vv- fortis et hos-vv- tium vv
Victor-- Mœonii-vv- carminis a-vv- lite vv
Quam rem-- cunque ferox-vv- navibus aut-vv- equis v-

Quartus autem Glyconius, qualis. *Sic te Diva potens Cypri.* Scanditur sic:

Miles-- te duce ges-vv- serit vv

Sexti generis Odæ 9.

I. 6. 15. 24. 33. II. 12. III. 10. 16. IV. 5. 12.

SEPTIMUM genus, ut Ode 7. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus est Heroïcus hexameter catalecticus in duas syllabas, constans è sex pedibus, dactylo et spondeo indifferenter in omnibus locis, quanquam in quinto aliquando spondeus ponitur, et in sexto dactylus, ubi etiam sæpe pro spondeo trochæus admittitur. Sed de versu Heroïco multa diximus in institutionibus nostris Grammaticis. Scanditur autem sic:

Lauda--bunt ali-vv i cla--ram Rhodon-vv aut Mity-vv lenen--

Secundus autem quisque est Dactylicus Alcmanius tetrameter catalecticus, habens quatuor ultimos pedes Heroïci versus, sic:

Aut Ephe-vv sum, bima-vv risve Co-vv rinthi--

Septimi generis Odæ 3.

I. 7. 28. Epod. 12.

OCTAVUM genus, ut Ode 8. lib. I. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus est Aristophanius dimeter acatalectus, constans è choriambo et bacchio, sive amphimacro, hoc modo:

Lydia dic-vv- per omnes v--

Secundus autem quisque est Choriambicus Alcaïcus tetrameter acatalectus, constans ex epitrito secundo, duobus choriambis, et bacchio, sive amphibracho, hoc modo:

Te Deos o-v--ro Sybarim-vv- cur properes-vv- amando v--

Octavi generis Ode unica.

I. 8.

NONUM genus, ut Ode 9. quæ est tricolos tetrastrophos. Primi quique duo versus sunt Dactylici Alcaïci acatalecti, qui constant ex penthemimere ïambica, id est, ïambo et syllaba, quæ dicitur cæsura: deinde è duobus dactylis, vel ultimo amphimacro, hoc modo:

Vides v- ut al v- ta- stet nive-vv candidum-vv
Sorac v- te, nec v- jam- sustine-vv ant onus-vv

Tertius autem quisque est Iambicus Archilochius dimeter hypercatalectus, constans quatuor pedibus, primo et tertio, ïambo vel spondeo, secundo et quarto, ïambo duntaxat, deinde superest syllaba, hoc modo:

Silvæ-- labo v- rantes-- gelu v- que v

Quartus autem quisque est Dactylicus Alcaïcus acatalectus, constans ex Dimetro Heroïco, et Dimetro Trochaïco, id est, è duobus dactylis, et duobus trochæis, vel ultimo spondeo, hoc modo:

Flumina-vv constite-vv rint a-v cuto--

Noni generis Odæ 37.

I. 9. 16. 17. 26. 27. 29. 31. 34. 35. 37. II. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 14. 15. 17. 19. 20. III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 17. 21. 23. 26. 29. IV. 4. 9. 14. 15.

DECIMUM genus, ut Ode 11. quæ est monocolos. Sunt enim omnes versus Choriambici Alcaïci pentametri acatalecti, qui constant è spondeo, tribus choriambis, et pyrrhichio, vel ïambo, hoc modo:

Tu ne-- quœsieris-vv- scire nefas-vv- quem mihi quem-vv- tibi vv
Finem-- Di dederint-vv- Leuconoë-vv- nec Babylo-vv- nios v-

Decimi generis Odæ 3.

I. 11. 18. IV. 10.

UNDECIMUM genus, ut Ode 18. libri II. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus est ïambicus Archilochius dimeter acatalectus, constans amphimacro, et duobus ïambis, vel ultimo pyrrhichio, hoc modo:

Non ebur-v- nequ' au v- reum v-

Secundus quisque versus est Iambicus Archilochius trimeter catalecticus, constans è quinque ïambis et syllaba, recepto tamen in locis imparibus etiam spondeo, hoc modo:

Mea v- reni v- det in v- domo v- lacu v- nar v

Undecimi generis Ode una.

II. 18.

DUODECIMUM genus, ut Ode 12. libri III. quæ est dicolos tristrophos. Primi quique duo versus sunt Ionici à majore, qui constant ex anapæsto in prima et quarta sede, dactylo in secunda et quinta, spondeo in tertia et sexta.

Miserar' vv- est neq'a-vv mori-- dare lu vv- dum neque-vv dulci--
Mala vi vv- no lavcr' -vv aut ex -- anima vv- ri metu-vv entes --

Tertius vero versus est Ionicus à minore, constans anapæsto dactylo et spondeo, hoc modo:

Patruœ vv- verbera.-vv linguœ --

Duodecimi generis Ode una.

II. 12.

Vide Helen. Acron. Bentl. Valart, etc. Edit. nota.

DECIMUM TERTIUM genus, ut Ode 7. libri IV. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus est Heroïcus hexameter catalecticus, qualis, *Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,* hoc modo :

Diffu-- gere ni-vv ves rede-vv unt jam-- gramina-vv campis --

Secundus quisque est Dactylicus Archilochius dimeter hypercatalectus, constans duobus dactylis et syllaba, hoc modo :

Arbori-vv busque eo-vv mæ-

Decimi tertii generis Ode una.

IV. 7.

DECIMUM QUARTUM genus, ut Epod. 1. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus est Iambicus Hipponacteus trimeter acatalectus, constans è sex ïambis, recepto tamen in locis imparibus etiam spondeo, hoc modo :

Ibis -- Libur v- nis in-- ter al v- ta na v- vium vv

Secundus quisque est Iambicus Archilochius dimeter acatalectus, constans è quatuor ïambis, recepto tamen in locis imparibus etiam spondeo, hoc modo :

Ami v- ce pro v- pugna -- cula vv

Decimi quarti generis Odæ 10.

Epod. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

DECIMUM QUINTUM genus, ut Epod. 11. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus est Iambicus Hipponacteus trimeter acatalectus, qualis ille, *Ibis Liburnis inter alta navium,* hoc modo :

Petti-- nihil v- me sic-- ut an v- tea v- juvat vv

Secundus vero quisque est Sapphicus, constans penthemimere heroïca et dimetro ïambico, id est, è duobus dactylis, et syllaba, deinde è quatuor ïambis, recepto tamen in locis imparibus etiam spondeo, hoc modo :

Scribere-vv versicu-vv los- amo v-re per v- culsum-- gravi v-

Decimi quinti generis Ode una.

Epod. 11.

DECIMUM SEXTUM genus, ut Epod. 13. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus est Heroïcus hexamer catalecticus, qualis ille, *Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen*, hoc modo:

Horrida-vv tempes-- tas cœ-- lum con-- traxit et-vv imbres--

Secundus vero quisque est Archilochius, constans dimetro ïambico, et penthemimere Heroïca, id est, è quatuor ïambis, recepto tamen in locis imparibus etiam spondeo: deinde è duobus dactylis, et syllaba, hoc modo:

Nives v- que de v- ducunt-- Iovem v- nunc mare-vv nunc silu-vv æ-

Decimi sexti generis Ode una.

Epod. 13.

DECIMUM SEPTIMUM genus, ut Epod. 14. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus est qualis, *Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen*, hoc modo:

Mollis in-vv ertia-vv cur tan- tam dif--fuderit-vv imis--

Secundus autem quisque est Iambicus Archilochius dimeter acatalectus, qualis ille, *Amice propugnacula*, hoc modo:

Obli-- vio v- nem sen-- sibus vv

Decimi septimi generis Odæ 2.

Epod. 14. 15.

DECIMUM OCTAVUM genus, ut Epod. 16. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque versus est Heroïcus hexameter, hoc modo:

Altera-vv jam teri-vv tur bel-- lis ci--vilibus-vv ætas--

Secundus vero quisque est Iambicus Hipponacteus trimeter, qualis ille, *Ibis Liburnis inter alta navium.* Quanquam in hac

Ode secundus quisque versus constat è solis ïambis, quod semel tantum legitur fecisse Horatius. Quamobrem versus ille, *Eamus omnes execrata civitas*, sic est legendus, *Eamus omnis execrata civitas*. Quod et Porphyrioni placet, ut sit figurata locutio, *Eamus omnis civitas execrata hæc et quæ poterunt reditus abscindere dulces*. Sunt enim omnes ïambi hoc modo :

Suis v- et ip v- sa Ro v- ma vi v- ribus v- ruit vv

Decimi octavi generis Ode una.

Epod. 16.

UNDEVIGESIMUM genus, ut Epod. 17. quæ est monocolos. Sunt enim omnes versus Iambici Hipponactei trimetri acatalecti, qualis ille, *Ibis Liburnis inter alta navium*, hoc modo :

Jam j' ef-- fica v- ci do -- manus v- scien v-tiæ v-
Supplex -- et o v- ro re -- gna per v- Proser v- pinæ v-

Undevigesimi generis Ode una.

Epod. 17.



ELENCHUS

EDITIONUM Q. HORATII FLACCI,

Ab anno 1470 ad annum 1800.

Q. HORATII FL. opera, absque editoris, loci et anni nota; sed Mediolani, ut putant, per Ant. Zarottum, (*Vide Maittaire Annal. typog. T. I. p. 292*) anno. 1470. f°.
Q. H. F. opuscula, Romæ ex offic. Johannis Philip. de Lignamine. 1471. f°.
Q. H. F. opusc. absque loci temporis aut editoris nota; sed à quibusdam attrib. Ant. Zarotto, circa annum. 1472. f°.
Q. H. F. per Ant. Zarottum Parmensem, Mediol. an. 1474. f°.
Eadem, cum Scholiis Acronis, per eumdem. 1474. f°.
Q. H. F. carmina, per Arnaldum de Bruxella Neapoli. 1474. 4°.
Q. H. F. opera, per Aug. Carnerium, Ferrariæ. 1474. 8°.
Q. H. F. opera, per Philip. de Lavagnia, Mediolani. 1476. f°.
Q. H. F. Odæ, cum Acronis et Porphyrionis comment. curante Aloysio Tuscano, Romæ. 1476. f°.
Q. H. F. opera, per Philip. de Lavagnia, Mediolani. 1477. f°.
Q. H. F. opera, Tarvisii. (*Ed. valde suspecta*). 1477. f°.
Q. H. F. opera, per Philip. Condam Petri, Venet. 1477. f°.
Eadem, repetita ab eodem. 1478. — 1479. f°.
Q. H. F. Epist. Libri II, per Jac. Durand. etc. Cadomi. 1480. 4°.
Q. H. F. cum comment. Acron. et Porphyr. Patavii. 1481. f°.
Q. H. F. opera, cum comment. Christ. Landini. Florent. 1482. f°.
Recusa 1483 — 1486 — 1490 — 1491 — 1493.
Q. H. F. epist. liber. Lipsiæ. 1482. 4°.
Q. H. F. cum nòtis variorum, apud J. Gryphium, Venet. 1484. f°.
Q. H. F. cum comment. Acronis et Porphyrion. per A. Zarottum, Mediolani. 1485. — 1486. f°.
Q. H. F. opera, per Ant. Zarottum, Mediolani. 1487. f°.
Q. H. F. Epodon liber, Liptzk. 1488. 4°.

Q. H. F. opera, cum comment. Domitii, Venetiis. 1489. f°.
Q. H. F. opera, cum comment. Acron. Porphyr. et Landini, à Georgio Arrivabene, Venetiis. 1490. f°.
Q. H. F. opera, cum comment. Landini, per Bernard. de Tridino de Monteferrato, Venet. 1492. f°.
Q. H. F. opera, cum comment. Mancinelli, Acron. Porphyr. et Landini, à Philippo Pincio, Venet. 1492. f°.
Eadem recusa, per Johannem de Quarengis, Venet. 1492. f°.
Q. H. F. opera, per Martinum Herbipolensem, Lipsiæ. 1492. 4°.
Q. H. F. opera, cum quattuor comment. à Bonetto, Locatello, Venetiis. 1494. f°.
Q. H. F. Ars poëtica, cum notis F. Petrarchæ. 1494. 4°.
Q. H. F. opera, cum quattuor comment. per Bernard. de Tridino, Venetiis. 1495. f°.
Ead. recusa, per Bened. Fontana et Pincium, Venet. 1495. f°.
Q. H. F. opera, cum quattuor comment. Venetiis. 1497. f°.
Q. H. F. opera, per Johan. Reinhard, Argentinæ. 1499. f°.
Eodem anno, quater Venetiis recusa.
Q. H. F. opera, cum comment. Landini, Argentorati. 1498. f°.
Q. H. F. odæ, Parisiis. 1498. 4°.
Q. H. F. Epist. liber, à Jac. Tanner, Lipsiæ. 1498. 4°.
Q. H. F. opera, cum quattuor comment. sumptibus de Triduco, Venet. 1499. f°.
Q. H. F. de arte Poëtica, cum comment. Ascensii: item satyræ et epistolæ, Parrhisiis. 1500. 4°.

XVI SÆCULI.

Q. H. F. opera, impendio Minutiani, Mediolani. 1501. f°.
Q. H. F. opera, ex recens. Aldi, apud Aldum, Venet. 1501. 8°.
Recusa 1509 — 1519 — 1527.
Q. H. F. recognitus per Philip. Beroaldum, Bononiæ. 1502. f°.
Q. H. F. cum notis Mancinelli et Bad. Ascensii, Paris. 1503. 4°.
Recusa 1505—1506—1511—1516—1519 (ter.) —1528—1529.

Q. H. F. opera, impensa Philippi (Juntæ) Florentiæ. 1503. 8°.
Recusa 1514 — 1516 — 1519.
Q. H. F. cum comment. apud Leonard Paschel, Mediol. 1508. f°.
Q. H. F. cum quat. comment. à Philip. Pincio, Venet. 1509. f°.
Q. H. F. ut putant, per Simonem Carpentarium, Lugd. 1511. 8°.
Q. H. F. cum quatuor comment. per Lud. de Bebulco, Mediolani. 1512. f°.
Q. H. F. opera, apud Henricum Stephanum, Parisiis. 1313. 12.
Q. H. F. opera, Lipsiæ. 1513. 4°.
Q. H. F. cum quattuor commentariis per Augustinum Zannis de Portesio. 1514. f°.
Q. H. F. sermones et epistolæ, per Hieronym. Victorem, Viennæ. 1515. 4°.
Q. H. F. morales epistolæ, Coloniæ. 1516. 4°.
Q. H. F. morales epistolæ, ex officina Alberti Pafraet, Daventriæ. 1518. 4°.
Q. H. F. Poëmata, sumptibus Bartholomæi Trot, Lugd. 1518. 8°.
Q. H. F. poëmata, à Nyon et Guillyn, Parisiis. 1519. f°.
Q. H. F. opera, in ædibus Andreæ Cratandri, Basileæ. 1520. 8°.
Q. H. F. per Guill. de Fontaneto de Monteferrato, Venetiis. 1520. f°.
Q. H. F. Odæ, cum annot. Pauli Franci, Francofurti ad Oderam. 1521. 8°.
Q. H. F. opera, per Paganinum de Pagan, Venetiis. 1521. 12.
Q. H. F. de Arte poët. et epist. cura Valent. Ecchii Philyrip. ex offic. D. Johan. Haller, Cracov. 1521—1522. 4°.
Q. H. F. Poëm. stud. Henr. Glareani, Frib. Brisgoiæ. 1523. 8°.
Ead. recusa 1533—1535—1539—1540—1545—1549.
Q. H. F. Juven. et Persius in ædibus Valent. Curionis, Basileæ. 1524. f°.
Ead. recusa 1527 — 1531.
Q. H. F. Sermonum libri duo, Antverpiæ. 1525. 4°.
Q. H. F. Epist. lib. duo, per J. Graphæum, Antverpiæ. 1528. 8°.

Q. H. F. oper. cum quat. comment. Petrus Gromorsus excudebat, Parrhisiis. 1528. f°.

Q. H. F. Poëmata, apud Simonem Colinæum, Parisiis. 1528. 8°.
Ead. recusa 1531 — 1533 — 1539 — 1540 — 1543.

Q. H. F. opera, per Sebastianum Gryphium, Lugduni. 1530. 8°.
Ead. recusa 1533—1535—1536—1538—1540—1542
1545—1546—1547—1549—1551—1554.

Q. H. F. opera, cum annot. Erasmi, Rodigini, etc. Antverp. 1535. 8°.

Q. H. F. opera, per Philip. Romanum, Lugduni. 1536. 8°.

Q. H. F. opera ex officina Roberti Stephani Parisiis. 1539. 8°.
Recusa 1541 — 1544 — 1545 — 1549.

Q. H. F. cum quinque comment. per Venturinum Rossinellum, Venetiis. 1540. f°.

Q. H. F. Poëmata, cum Scholiis per Ant. Dumæum, Antverp. 1540. 8°.

Q. H. F. cum N. Perotti libell. de metris Hor. ex offic. Erasm. Venetiis. 1541. 12.

Q. H. F. cum quat. comment. in æd. Oudini Petit, Paris. 1543. f°.

Q. H. F. opera, cum omnium comment. apud Hieron. Scotum, Venetiis. 1544. f°.

Q. H. F. opera, per Petrum Crinitum, Antverpiæ. 1544.

Q. H. F. opera, cum omnium comment. per Henr. Petrum Basileæ. 1545. f°.
Ead. recusa 1555 — 1570 — 1580.

Q. H. F. poëmata, apud Audoenum Parvum, Parisiis. 1545. 12.

Q. H. F. poëmat. ex officina Mich. Vascosan, Parisiis. 1545. 4°.

Q. H. F. poëmat. cum brevibus Scholiis, apud. J. Roigny, Parisiis. 1546. 4°.

Q. H. F. poëmata, ex officina Jo. Loei Antverpiæ. 1547. 8°.
Recusa 1552 — 1559 — 1566.

Q. H. F. opera, apud Vincent. Valgris. Venetiis. 1548. 8°.

Q. H. F. opera, per Ant. Vincentium, Lugduni. 1551. 12.

Q. H. F. opera, apud Beringos, Lugduni. 1551. 12.
Q. H. F. cum Scol. Ant. Mureti, apud Ald. Juniorem. 1551. 8°.
Recusa 1552—1555—1557—1559 (bis) 1561—1564—1570—1582.
Q. H. F. opera, per Jo. Gymnicum, Antverpiæ. 1552. 8°.
Q. H. F. cum interpret. apud Pet. de Sabio, Venet. 1553. f°.
Q. H. F. opera, cura Joh. Dousæ, Venet. 1554. 4°.
Q. H. F. opera, cum Scholiis diversorum, Coloniæ. 1555. 8°.
Q. H. F. Poëmata, cum Scholiis brevibus, apud Thomam Richard, Parisiis. 1556. 4°.
Q. H. F. opera, cum annot. Acronis. Coloniæ Agr. 1556. 8°.
Recusa 1562. — 1564. — 1568.
Q. H. F. opera, cum annot. Pulmani, excud. M. Nutius Antverpiæ. 1557. 8°.
Recusa 1564—1566—1577—1580—1581—1583—1587.
Q. H. F. opera, cum Schol. cura J. Boulierii, Lugd. 1558. 8°.
Q. H. F. per Rapheleng. ex offic. Plantini, Antverpiæ. 1558. 8°.
Q. H. F. Poëm. apud Jon. Mariam Bonellum, Venet. 1559. f°.
Recusa 1562 — 1573 — 1576.
Q. H. F. opera, per Jo. Frellon, Lugduni. 1559. 12.
Q. H. F. poëmata, cum comment. Mureti apud Guill. Rouillium, Lugd. 1559. 12.
Q. H. F. poëmata omnia, Basileæ. 1560. 8°.
Q. H. F. ex fide x mss D. Lambini, per Tornæs. Lugd. 1561. 4°.
Recusa 1566—1567—1568—1569—1572—1575—1579 1580—1587—1588—1596—1600.
Q. H. F. cum not. Acronis et Variorum, Coloniæ. 1562. 8°.
Q. H. F. cum Annot. Variorum, Lipsiæ. 1563. 8°.
Q. H. F. carminum lib. quart. op. Cruquii, Brugis Fl. 1565. 8°.
Q. H. F. cum indice Th. Treteri apud Plantin, Antv. 1567. 8°.
Q. H. F. Poëmata cum not. Janici in art. poët. Francof. 1567. 8°.
Q. H. F. cum. argum. Fabricii, typis. Vœgel. Lipsiæ. 1570. 8°.
Recusa 1571—1578—1585—1588—1598—1600.
Q. H. F. opera, à Guil. Xilandro ap. Macer Heidelberg. 1571. 8°.

Q. H. F. poëm. cum Schol. excud. Guil. Norton, Lond. 1574. 8°.
Q. H. F. poëmata, ab H. Stephano illust. Parisiis. 1577. 8°.
Recusa 1588 — 1600.
Q. H. F. ex XI MSS. op. J. Cruquii ap. Ch. Plant. Antv. 1578. 4°.
Recusa 1579—1586—1587—1593—1597—1603—1611—1620.
Q. H. F. oper. ex emend. P. Gual. Chabot. Paris. 1582-1587. 8°.
Q. H. F. Poëmata, apud Jo. Gryphium, Venetiis. 1584. f°.
Q. H. F. opera, cum Fed. Ceruti paraph. Venet. 1585. 4°.
Q. H. F. cum anim. Hadr. Turneb Mur. et Man. Paris. 1586. 8°.
Q. H. F. opera, per Ant. Tardiff, Lugduni. 1589. f°.
Q. H. F. cum notis Politiani et aliorum, Venetiis. 1590. f°.
Q. H. F. Poëmata, apud Fr. Raphel. Lugduni Bat. 1594. 8°.
Q. H. F. opera omnia, Francofurti ad Oderam. 1599. 8°.
Q. H. F. Poëm. cum duob. indicibus Wechel Francof. 1600. 8°.

XVII SÆCULI.

Q. H. F. poëmata, cura Bersmanni, Vœgel, Lipsiæ. 1601. 8°.
Recusa 1611.
Q. H. F. opera, cum novis argument. Plant. Antv. 1604. 12.
Q. H. F. poëmata, cum Juvenali, Londini. 1604. 12.
Q. H. F. opera, cum comment. Dan. Heinsii, apud Rapheleng. Recusa 1609 — 1610 — 1612. 1605. 8°.
Q. H. F. opera, cum notis Johannis BOND, Londini. 1606. 8°.
Sæpissime recusa.
Q. H. F. oper. cum comment. Lævin. Torrentii, Antv. 1608. 4°.
Recusa 1620. — 1708.
Q. H. F. opera, cum. not. Dan. Heinsii, apud Lud. Elzevir, Lugd. Bat. 1612. Recusa 1628. 12.
Heinsii de Satyra Horat. 1629 — 1653.
Q. H. F. emend. cum paraph. Eilh. Lubini, Francof. 1612. 4°.
Q. H. F. cum not. Jani Rutgers. ex typ. R. Steph. Paris. 1613. 12.
Q. H. F. à Petr. Gualt. Chabot. apud Lud. Reg. Basil. 1615. f°.
Q. H. F. op. denuo emend. apud Guill. Jansson, Ams. 1619. 24.

Q. H. F. opera, Genevæ. 1619. 16.
Q. H. F. op. Den. emend. ap. Guil. Cæsium, Amstel. 1623. 12.
Q. H. F. opera, ex typograph. Regia, Parisiis. 1624. f°.
Recusa 1642.
Q H. F. opera, ex officina Plantiniana, Antverpiæ. 1625. 12.
Q. H. F. opera, per Jod. Hond, Amstel. 1625. 12.
Q. H. F. op. cum. argum. ex typ. J. Jannoni, Sedani. 1627. 32.
Q. H. F. op. expurgata, cum comment. Maresii, Duaci. 1636. 8°.
Recusa 1638—1647—1648—1653—1664—1686.
Q. H. F. opera, per Jo. Libert. Parisiis. 1641. 12.
Q. H. F. oper. cum comment. Variorum et Schol. integris J. Bond accur. Schrevel. ap. Fr. Hack. Lugd. B. 1653. 8°.
Recusa 1658—1663—1668—1670—1688.
Q. H. F. opera, cum not. Jac. Meursii, Antverp. 1656. 12.
Q. H. F. opera, cum not. Phil. Munckeri, Lugd. B. 1658. 8°.
Q. H. F. opera, per Gid. Litgow. Edimbourg. 1662. 12.
Q. H. F. poëmata, cum notis Min-Ellii, Roterodami. 1668. 12.
Recusa 1673 — 1676 — 1677.
Q. H. F. opera, recens. Tan. Faber, Salmur. 1671. 12.
Q. H. F. opera, ex off. Plantin Raphel. 1673. 8°.
Q. H. F. opera, ex recens. Dan. Heinsii, ex off. Elzeviriana Amstel. 1676. 8°.
Q. H. F. opera, cum annot. J. Bond, ex off. Elzevir. Amstelodami. 1676. 12.
Q. H. F. cum comment. Th. Pulmanni, Antverpiæ. 1677. 16.
Les œuvres d'Horace, traduits en français, avec des notes et remarques par André Dacier; 10 vol. Paris. 1681. 12.
Réimprimés en 1689 — 1691 — 1727 — 1733.
Q. H. F. opera omnia, Venetiis. 1682. 12.
Recusa 1688 — 1698 — 1700.
Q. H. F. cum interpr. et notis Pet. Rodellii ad usum Ser. Gal. Delphini, per Collomerium Tolosæ. 1683. 8°.
Recusa 1686 — 1690.

Q. H. F. opera omnia, Parisiis. 1687. 12.
Q. H. F. opera, cum novis argum. Lugduni Bat. 1690. 12.
Q. H. F. opera, interpret. et notis illustrata à Lud. Desprez per Francisc. Leonard, ad usum Delphini. 1691. 4°.
Q. H. F. opera, cum notis Rutgersii, Ultrajecti. 1694. 12.
Q. H. F. opera, ex recensione Heinsii, Antverp. 1696. 16.
Q. H. F. opera, cum notis Eduard. à Zurck, ex typ. Nic. Braau, Harlem. 1696. 8°.
Recusa 1702.
Q. H. F. carm. expurg. perpetua interpret. perp. illust. Jos. de Jouvency, 2 vol. Parisiis. 1696. 12.
Q. H. F. opera, Lugduni. 1698. 24.
Q. H. F. opera, studio Jacobi Talbot, Cantab. 1699. 4°.
Q. H. F. opera, accedunt I. Rutgersii lectiones Venusinæ, cur. Burmanno, Traject. Bat. 1699. 12.

XVIII SÆCULI.

Q. H. F. Eclogæ, cum scholiis perpetuis, restituit Willelmus Baxter, Londini. 1701. 8°.
Q. H. F. opera, curante J. Talbot, Cantab. 1701. 12.
Q. H. F. opera, ex libris MSS. juxta edit. Rutgersii et Cantabrig. Londini. 1702. 12.
Q. H. F. cum comment. Læv. Torrentii, Antverp. 1708. 4°.
Q. H. F. cum notis D. Heinsii, Lugd. Bat. 1709. 8°.
Q. H. F. opera, cum versione gall. Tarteron. notisque Petri Coste, 2 vol. Amsterd. 1710. 12.
Q. H. F. ex recensione et cum notis Rich. Bentleii, Cantabrigiæ. 1711. 4°.
Recusa 1713 — 1717 — 1728.
Q. H. F. fide MSS. emendatus, Ultrajecti. 1711. 8°.
Q. H. F. ad Rich. Bentleii ed. expressus, Cantabrig. 1713. 12.
Q. H. F. cura Jac. Watson, Edimburgi. 1713. 12.

Q. H. F. opera, per Petrum Burmann, Trajecti. 1713. 4°.
Q. H. F. opera, cum variantibus Mich. Maittaire, apud Tonson et Walts, Londini. 1715. 12.
Q. H. F. opera, Gall. cum notis Pellegrini. Parisiis. 1715. 8°.
Q. H. F. ex recensione Heinsii et Fabri apud Westen. Amst. 1719. 16.
Q. H. F. opera expurgata, illustrav. Jo. Duhamel, Parisiis, apud fratres Barbou. 1720. 8°.
Recusa 1730 — 1764.
Q. H. F. poëmata, ex antiquis codd. varias lectiones adjecit. Alex. Cuningamius Hagæ-comitum. 1721. 8°.
Q. H. F. opera, per Grieson, Dublini. 1721. 12.
Les poésies d'Horace, disposées suivant l'ordre chronologique, par le P. Sanadon, 2 vol. Paris. 1728. 4°.
Q. H. F. carmina, expurg. cum notis Brochard, Paris. 1728. 8°.
Q. H. F. cum emendd. et interp. nova, ap. R. et A. Foulis Glasguæ. 1730. 8°.
Q. H. F. opera, apud R. Fræbarn. 1731. 12.
Q. H. F. opera, æneis tabulis incidit Jo. Pine, Londini, 2 vol. 1733. 8°.
Q. H. F. ex castig. Bentleii, Cuningamii et Sanadoni, apud A. van den Hoeck, Hamburgi. 1733. 8°.
Q. H. F. opera, è typ. Regia, Paris. 1733. 16.
Q. H. F. opera, cum notis Dacierii, variant. Bentleii, Cuningamii et Sanadoni; 4 vol. Amstel. 1733. 4°.
Q. H. F. opera, cum notis congestis Dacierii et Sanadoni, apud Westenium, 8 vol. Amst. 1735. 8°.
Q. H. F. per J. Jones, apud Nourse, Londini. 1736. 8°.
Q. H. F. poëmata, ex castigatione Bentleii, Cuning. et Sanad. Emend. apud Nourse, Londini. 1740. 12.
Q. H. F. anglice vertit Phil. Francis, Londini. 1743. 8°.
Recusa 1750 — 1760.
Q. H. F. ex recens. D. Heinsii, T. Fabri, Bentl. et

Sanad. Westen, Amst. 1743. 8°.

Q. H. F. opera, typis Brindley. 1744. 8°.

Q. H. F. carmina, accur. Steph. And. Philippe, ap. Coutelier, Lut. 1746. 12.

Q. H. F. opera, apud Guill. Sandby, Lond. 1749. 8°.

Q. H. F. poëmata, latine cum vers. Gallica et notis Caroli Batteux, 2 vol. Parisiis. 1750. 12.
Recusa 1753 — 1762.

Q. H. F. Eclogæ Baxteri, auxit Jo. Gesner, Lips. 1752. 8°.

Q. H. F. opera, ex recens. Philippe, Parisiis. 1754. 8°.

Q. H. F. opera, Sanadoniana secunda ed. 8 vol. Paris. 1756. 8°.

Q. H. F. opera, ad exemplar Bentleii excusa, curante Celsiss. Principe de Furstenberg, Pragæ. 1760. 8°.

Q. H. F. opera, curante J. P. Millero, Berolini. 1761. 8°.

Q. H. F. poëmata, lat. et gallice, Car. Batteux, Jenæ. 1762. 8°.

Q. H. F. opera, typ. Baskerville, Birmingham. 1762. 12.

Q. H. F. opera, apud Barbou, Parisiis. 1763. 12.

Q. H. F. opera, cum notis J. Bond, apud Couret-de-Villeneuve, Aurelianis. 1767. 12.

Q. H. F. opera, curante Jos. Valart, Parisiis. 1770. 8°.

Q. H. F. opera, typ. Baskerville, Birmingh. 1770. 4°.

Q. H. F. carmina, illustrata ab H. Wagnero, Halæ. 1770. 8°.

Q. H. F. edit. Baxtero-Gesneriana, Lipsiæ. 1772. 8°.

Q. H. F. à Fran. Dorighello illust. Patavii. 1774. 8°.

Q. H. F. carmina, cum annot. Gallicis Lud. Poinsinet de Sivri è typ. Didot, Parisiis. 1777. 8°.

Q. H. F. opera, recensuit Chr. Dav. Jani, Lipsiæ. 1778. 8°.

Horazens Briefe: übersezt mit historischen Einleitungen und andern nothingen erlauterungen von C. M. Wieland, Dessau. 1782. 8°.
Recusa 1786 — 1787 — 1790 — 1794.

Q. H. F. studiis societatis Bipontinæ, Biponti. 1783. 8°.
Recusa 1792.

Q. H. F. opera, Avenione. 1785. 24.

Q. H. F. carmina, curavit Jer. Jac. Oberlin, Argentorati. 1788. 4°.

Q. H. F. edit. Baxtero-Gesner. Fritsch. Lipsiæ. 1788. 8°.

Q. H. F. opera, typ. Bodonianis, Parmæ. 1791. f°.

Q. H. F. opera, cum var. per Combe, Londini. 1792. 4°.

Q. H. F. opera, Bodoni, Parmæ. 1793. 4°.

Q. H. F. opera, Bodoni, Parmæ. 1794. 8°.

Q. H. F. quæ supersunt, recensuit Gilb. Wakefield, 2 vol. Londini. 1795. 8°.

Q. H. F. ad exemplar Bentleii, curavit Jo. Chr. Fr. Wetzel, Lignitii. 1799. 8°.


Q. H. F. opera excud. Didot natu major, Parisiis. 1799. f°.

Q. H. F. opera, apud P. et Firmin Didot, edit. Stereotypa, Parisiis. 1800. 16.

Q. H. F. opera, illustravit Christ. Guil. Mitscherlich, Lipsiæ, 2 vol. 1800. 8°.



QUINTI HORATII FLACCI
ODARUM SEU CARMINUM
LIBER PRIMUS.



AD MÆCENATEM. Ode I.

Alios aliis rebus duci, se Lyricorum versuum studio teneri.

MÆCENAS, [1] atavis edite regibus,
O et [2] præsidium, et dulce decus meum!
[3] Sunt, quos [4] curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat: [5] metaque [6] fervidis
Evitata rotis, [7] palmaque nobilis
Terrarum Dominos [8] evehit ad Deos.
[9] Hunc, si [10] mobilium turba Quiritium
Certat [11] tergeminis [12] tollere honoribus:
[13] Illum, [14] si proprio condidit horreo
Quidquid de [15] Libycis verritur areis,

1 Antiquis regibus prognate, cui Menodorus, pater, Menippus avus, Cecinna rex Etruscorum fuit atavus. 2 Tutela vel propugnatio mea et dulce ornamentum. 3 Sunt qui ludis delectantur, utpote Olympiacis, in quibus concitari solebat pulvis quo currentes spargebantur. 4 Curru.

5 Terminus (ad quem dirigitur cursus) caute evitatus. 6 Rotæ currendo fervent. 7 Præmium victoriæ, quæ homines nobilitat. 8 Diis æquiparat.

9 Hunc, id est, alium, qui honoribus inservit. 10 Pop. Romanus in suffragiis ferendis semper erat mobilis et inconstans. 11 Honoribus amplissimis et maximis, vel, AEdilitate majore, Prætura et Consulatu. 12 Extollere ad sublimiorem dignitatis gradum. 13 Illum, id est, alium hominem, qui agriculturam exercet. 14 Si factus sit dives et copiosus arator. 15 Quidquid colligitur ex agris fertilibus, cujusmodi sunt in Libya regione frumenti fe-

Q. H. F. opera, Avenione. 1785. 24.

Q. H. F. carmina, curavit Jer. Jac. Oberlin, Argentorati. 1788. 4°.

Q. H. F. edit. Baxtero-Gesner. Fritsch. Lipsiæ. 1788. 8°.

Q. H. F. opera, typ. Bodonianis, Parmæ. 1791. f°.

Q. H. F. opera, cum var. per Combe, Londini. 1792. 4°.

Q. H. F. opera, Bodoni, Parmæ. 1793. 4°.

Q. H. F. opera, Bodoni, Parmæ. 1794. 8°.

Q. H. F. quæ supersunt, recensuit Gilb. Wakefield, 2 vol. Londini. 1795. 8°.

Q. H. F. ad exemplar Bentleii, curavit Jo. Chr. Fr. Wetzel, Lignitii. 1799. 8°.


Q. H. F. opera excud. Didot natu major, Parisiis. 1799. f°.

Q. H. F. opera, apud P. et Firmin Didot, edit. Stereotypa, Parisiis. 1800. 16.

Q. H. F. opera, illustravit Christ. Guil. Mitscherlich, Lipsiæ, 2 vol. 1800. 8°.



QUINTI HORATII FLACCI
ODARUM SEU CARMINUM
LIBER PRIMUS.



AD MÆCENATEM. Ode I.

Alios aliis rebus duci, se Lyricorum versuum studio teneri.

MÆCENAS, [1] atavis edite regibus,
O et [2] præsidium, et dulce decus meum!
[3] Sunt, quos [4] curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat: [5] metaque [6] fervidis
Evitata rotis, [7] palmaque nobilis
Terrarum Dominos [8] evehit ad Deos.
[9] Hunc, si [10] mobilium turba Quiritium
Certat [11] tergeminis [12] tollere honoribus:
[13] Illum, [14] si proprio condidit horreo
Quidquid de [15] Libycis verritur areis,

1 Antiquis regibus prognate, cui Menodorus pater, Menippus avus, Cecinna rex Etruscorum fuit atavus. 2 Tutela vel propugnatio mea et dulce ornamentum. 3 Sunt qui ludis delectantur, utpote Olympiacis, in quibus concitari solebat pulvis quo currentes spargebantur. 4 Curru.

5 Terminus (ad quem dirigitur cursus) caute evitatus. 6 Rotæ currendo fervent. 7 Præmium victoriæ, quæ homines nobilitat. 8 Diis æquiparat.

9 Hunc, id est, alium, qui honoribus inservit. 10 Pop. Romanus in suffragiis ferendis semper erat mobilis et inconstans. 11 Honoribus amplissimis et maximis, vel, Ædilitate majore, Prætura et Consulatu. 12 Extollere ad sublimiorem dignitatis gradum. 13 Illum, id est, alium hominem, qui agriculturam exercet. 14 Si factus sit dives et copiosus arator. 15 Quidquid colligitur ex agris fertilibus, cujusmodi sunt in Libya regione frumenti fe-

Gaudentem patrios [16] findere sarculo
Agros, [17] Attalicis conditionibus
Nunquam dimoveas, ut trabe [18] Cypria
[19] Myrtoum [20] pavidus nauta secet mare.
[21] Luctantem Icariis fluctibus [22] Africum
Mercator metuens, otium, et oppidi
Laudat rura sui : mox reficit rates
[23] Quassas, [24] indocilis pauperiem pati.
[25] Est qui nec veteris pocula [26] Massici,
Nec partem solido [27] demere de die
Spernit; nunc viridi [28] membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput [29] sacræ.
Multos castra juvant, et [30] lituo tubæ
Permistus sonitus, bellaque matribus
[31] Detestata. Manet sub [32] Jove frigido
Venator, [33] teneræ conjugis immemor:
Seu visa est catulis cerva [34] fidelibus,
[35] Seu rupit teretes [36] Marsus aper plagas.

racissima. 16 Agros ligone fodere, vel, agros colere sarculo, quod est genus rastri. Græci τὸ σκαλίδιον appellant. 17 Numquam eum de sententia sua deducas, quamvis regis opes ei offeras, cujusmodi erant Attali regis Pergami. 18 Nave ex trabibus Cypriis compacta, pro quavis nave. 19 Mare a Myrtoo Œnomai regis Arcadiæ auriga sic nominatum. 20 Propter naufragii metum.

21 Confligentem cum fluctibus Icariis. 22 Qui flat ab occasu hyberno. 23 Naves laceras. 24 Qui doceri non potest pauperiem pati.

25 Est aliud genus hominum, qui genio indulgent. 26 Vini generosi, quale in Massico Campaniæ monte nascitur. 27 Frangere diem intermittendo laborem, pabuloque corpus reficiendo. 28 Habens membra strata sub arbuto viridi, id est, sub arbuto amœna et conviviis idonea. 29 Omnis fons in origine sacer est, suoque murmure somnos allicit.

30 Lituus equitum est et incurvus, tuba peditum et directa. 31 Propter filiorum interitum.

32 Sub aëre frigido. 33 Conjugis delicatæ. 34 Mira est canum fidelitas in dominos. 35 Seu effugit aper ruptis retibus ex tereti et rotundo fune contextis. 36 Sabellus pro quovis apro.

Me doctarum [37] ederæ præmia frontium
Dîs miscent superis : me gelidum nemus,
Nympharumque [38] leves cum Satyris chori
[39] Secernunt populo : [40] si neque tibias
[41] Euterpe cohibet, nec [42] Polyhymnia
[43] Lesboum refugit tendere barbiton.
[44] Quod si me Lyricis vatibus inseres,
Sublimi feriam sidera vertice.

37 Poëtæ victores coronis ederaceis donabantur. 38 In saltando celeres. 39 Me dignum faciunt, ut propter excellentiam a vulgo segreger. 40 Si, id est, quia sic placet Musis, quarum favore hæc beneficia consecutus sum. 41 Una ex Musis, eaque jucunda.

42 Musarum altera, cui bene dicendi facultas adscribitur. 43 Quale barbiton Sappho et Alcæus egregii Poëtæ in insula Lesbo tendere solebant.

44 Si me (ô Mæcenas) inter Lyricos Poëtas numerabis, ad cœlum usque evehar, idemque digito attingam, id est, fortunatus ero supra mortalium conditionem, vel ero in oculis omnium resplendens ut sidus inter homines.

AD AUGUSTUM CÆSAREM. Ode II.

Deos omnes iratos esse Romanis, ob Cæsaris cædem: unam imperii spem in Augusto constitutam.

JAM satis terris nivis, atque [1] diræ
Grandinis misit [2] pater; et [3], rubente
Dextera sacras [4] jaculatus arces,
Terruit urbem :
Terruit gentes, grave ne rediret

1 Grandinis formidandæ, ut a Jovis ira provenientis. 2 Jupiter. 3 Fulmine ex igne rubente. 4 Qui Capitolium vel templa deorum quum fulmine percusserit, Romam terruit, id est, cives urbanos timere fecit.

[5] Seculum Pyrrhæ nova monstra [6] questæ :
Omne cum [7] Proteus pecus egit altos
Visere montes :
Piscium et summa genus hæsit [8] ulmo,
Nota quæ sedes fuerat [9] columbis :
Et [10] superjecto pavidæ natarunt
Æquore damæ.
Vidimus [11] flavum Tiberim retortis
[12] Littore Etrusco violenter undis,
Ire dejectum [13] monumenta regis,
Templaque [14] Vestæ :
[15] Iliæ dum se nimium [16] querenti
[17] Jactat ultorem, [18] vagus et [19] sinistra
Labitur ripa, [20] Jove non probante,
[21] Uxorius amnis.
[22] Audiet cives acuisse ferrum,

5 Ne tempus eluvionis rediret, cum Deucalion et Pyrrha soli ex universo hominum genere relicti Parnassum montem conscenderent, ibi ut se tutos ab aquarum vi conservarent. 6 Quæ de admirabilibus monstris quærebatur. 7 Quum Proteus phocarum pastor et custos, pecus, id est, vitulos marinos, eduxit ad visendum altos montes. 8 Ulmus ponitur pro quavis arbore. 9 Turturibus vel palumbibus. 10 In terram ejecto.

11 Tiberim turbidum et arenæ colore flavum. 12 Undis repulsis à littore Etrusco, vel à Tyrrheno mari, in quod Tiberis influit. 13 Regiam Numæ Pompilii. 14 Fuit Vesta Saturni filia ex Ope, foci custos et præses, cui Numa Pompilius ædem condidit. 15 Iliæ Romuli matri, Tiberis uxori, abs qua Julius Cæsar ortum habuit. 16 Conquerenti de Cæsaris nece. 17 Magnifice gloriantur. 18 Errans extra alveum. 19 Ergo sinistra, quia Tiberi currenti urbs est à sinistra. 20 Jove indignante et pen[e] invito. 21 Tiberis, suæ uxori nimium indulgens.

22 Rara juventus, id est, posteri nostri, pauci admodum ex bellorum civilium reliquiis, ideoque rari, audient cives in civium corpora gladios exacuisse, quibus Persæ, Pop. Roman[i] hostes perirent melius, id est, justiu[s] perirent.

Quo graves Persæ melius perirent:
Audiet pugnas, [23] vitio parentum
Rara juventus.
[24] Quem vocet Divûm populus ruentis
Imperî [25] rebus? [26] prece qua fatigent
Virgines sanctæ minus audientem
[27] Carmina Vestam?
[28] Cui dabit partes scelus expiandi
Jupiter? tandem venias, precamur,
Nube candentes humeros [29] amictus
[30] Augur Apollo:
Sive tu mavis [31] Erycina ridens,
[32] Quam Jocus circumvolat, et Cupido:
Sive neglectum [33] genus, et nepotes
Respicis [34] auctor,
Heu! nimis longo satiate [35] ludo:
Quem juvat clamor, galeæque [36] leves,
[37] Acer et Mauri peditis cruentum
Vultus in hostem:
Sive [38] mutata [39] juvenem figura,

23 Parentum culpa. 24 Ergo quem divûm vocet populus? etc. 25 Libertati et dignitati senatus vergentis ad ruinam. 26 Quibus precibus virgines Vestales impense rogent et obsecrare debeant Vestam? 27 Hymnos et preces supplicantium.

28 Cui Deorum dabit Jupiter partes, id est, munus delendi scelus, quod patraverunt Romani in occidendo Cæsare? 29 Habens humeros candente nube amictos. 30 Vates, qui præsentit futura. 31 Venus sic dicta à monte Eryce, ubi religiosissime colebatur. 32 Circa quam Jocus volat. 33 Genus ex oculis tuis rejectum (ô Mars) qui opem ferre negligis. 34 Mars pater Romuli, qui Romam condidit. 35 Bellis, quæ sunt Martis ludi, et oblectamenta. 36 Galeæ expolitæ. 37 Virilis et truculentus, qualis erat Maurorum vultus. 38 Mutata figura tui in formam Augusti. 39 Augustum, cui Poëta assentatur, Mercurium eum esse dicens.

Ales in terris [40] imitaris, almæ
Filius Majæ, [41] patiens vocari
Cæsaris ultor :
[42] Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus intersis populo [43] Quirini :
Neve te [44] nostris vitiis iniquum
[45] Ocyor aura
Tollat. [46] Hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici [47] pater, atque princeps :
Neu sinas [48] Medos [49] equitare inultos
[50] Te duce Cæsar.

40 Repræsentas. 41 Qui pateris te vocari Cæsaris ultorem. Ordo est : Sive, ô tu ales, id est, alate Mercuri, filius almæ Majæ, patiens vocari Cæsaris ultor, imitaris in terris juvenem Augustum, mutata figura. 42 Utinam sero in cœlum redeas, et diu vivas in terris. 43 Romuli, pro Pop. Romano. 44 Nostris contentionibus indignantem. 45 Velox ventus ne tollat te in cœlum e conspectu nostro.

46 Romæ. 47 Augustus S. C. Pater Patriæ appellatus est. 48 Persas et Medos, quibus bellum inferre Augustus hoc tempore cogitabat. 49 Ex equo pugnare. 50 Qui non modo princeps inter homines, sed Deus etiam effectus es, ideoque dux invictissimus.

IN VIRGILIUM ATHENAS PROFICISCENTEM. Ode III.

Secundam ei navigationem precatur, deinde occasionem nactus, hominum audaciam detestatur.

[1] Sic te [2] diva potens Cypri,
Sic [3] fratres Helenæ, lucida sidera,

1 Ordo est : O navis, quæ debes finibus Atticis Virgilium tibi creditum, precor sic te regat salutare Veneris sidus, etc. ut finibus Atheniensibus eum salvum restituas, velut rem tuæ fidei commissam. 2 Venus domina Cypri insulæ, ubi præcipue colebatur. 3 Castor et Pollux nautarum opitulatores.

Ventorumque regat [4] pater,
[5] Obstrictis aliis, præter [6] Iapyga,
Navis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem, precor,
Et serves [7] animæ dimidium meæ.
[8] Illi robur, et æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus, nec timuit [9] præcipitem Africum
[10] Decertantem Aquilonibus,
Nec tristes [11] Hyadas, nec rabiem Noti:
[12] Quo non arbiter Adriæ
Major, tollere, seu ponere vult freta.
Quem mortis timuit [13] gradum,
Qui [14] siccis oculis [15] monstra natantia,
Qui vidit mare turgidum, et
Infames scopulos [16] Acroceraunia?
[17] Nequicquam Deus [18] abscidit

4 Æolus. 5 Aliis ventis vinctis et in utre inclusis, quemadmodum ab Æolo omnes venti dati sunt Ulyssi, præter Zephyrum, qui liber et solutus, eum deferat in patriam. 6 Ventum ex Apulis flantem, iis utilem, qui ex Italia in Græciam navigant. 7 Vitæ meæ dimidium. Amicorum enim una est anima in duobus corporibus.

8 Erat ille animo robusto et pectore ferreo, qui nullius periculi metu territus, primus navigare ausus est. 9 Africum impetuosum, qui præcipitat quicquid impellit. 10 Colluctantem cum Aquilonibus. 11 Stellas à fratre Hyante sic dictas, noxias admodum et pluviosas, quia suo ortu et occasu pluvias solent excitare. 12 Quo Noto nullus est ventus major dominus maris Adriatici, id est, majus obtinet imperium in mare Adriaticum, sive concitare, sive sedare vult fluctus. 13 Quod genus mortis timuit? ad quam quasi gradibus imus. 14 Absque lacrymis. 15 Cete, pisces monstrosos. 16 Altos montes in Epiro à fulmine sæpe ictos, idcirco infames propter crebra naufragia ibi facta. 17 Frustra Dei providentia dissociavit terras à mari, si homines nihilominus audent navigare. 18 Separavit.

Prudens Oceano [19] dissociabili
Terras : si tamen [20] impiæ
Non tangenda rates transiliunt [21] vada.
[22] Audax omnia perpeti
Gens humana [23] ruit per vetitum nefas.
Audax [24] Japeti genus
Ignem fraude [25] mala gentibus [26] intulit.
Post ignem ætheria domo
[27] Subductum, macies, et [28] nova febrium
Terris incubuit cohors :
Semotique prius [29] tarda necessitas
Lethi corripuit gradum.
Expertus [30] vacuum Dædalus aëra
Pennis [31] non homini datis.
Perrupit [32] Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus [33] arduum est.
[34] Cœlum ipsum petimus [35] stultitia : neque
Per nostrum patimur [36] scelus
Iracunda Jovem [37] ponere fulmina.

19 Quem necesse erat à terris secludi, propter salutem hominum aliorumque animantium, quæ usui humano inservientia terræ pabulo nutriuntur. 20 Impii homines cum ratibus, qui Dei consilium in hoc, scilicet navigando, videntur contemnere.

21 Loca in mari periculosissima. 22 Parata ad quamvis facinoris pœnam perferendam. 23 Impetu fertur, non ratione, ad res lege vetitas. 24 Prometheus Japeti filius. 25 Furto. 26 Hominibus distribuit.

27 Post ignem è cœlo furtim ablatum. 28 Inaudita morborum multitudo terram occupavit. 29 Necessitas mortis prius tarde, et matura senecta venientis celeravit gradum, et citius advenit.

30 Aëra apertum, vel inanem, ab hominibus infrequentem. 31 Sed avibus, quibus proprium est volare.

32 Hercules per vim descendit ad inferos, ut inde tricipitem Cerberum ad superos protraheret. 33 Difficile est.

34 Cælum ipsum affectamus, ut olim Gigantes et Phaëton. 35 Per stultitiam, unde nostra vitia enascuntur. 36 Per nostram impietatem. 37 Deponere fulmina, quæ Jupiter effectus iratus sumit in manus, ut improbos exanimet.

AD L. SEXTIUM CONSULAREM. Ode IV.

Adventu Veris, et communi moriendi conditione proposita, hortatur ad voluptates.

[1] SOLVITUR [2] acris hyems [3] grata vice Veris, et [4] Favonî:
[5] Trahuntque siccas [6] machinæ carinas:
Ac neque [7] jam stabulis gaudet pecus, aut arator igni:
Nec prata canis [8] albicant pruinis.
Jam [9] Cytherea choros ducit [10] Venus, imminente Luna:
Junctæque Nymphis [11] Gratiæ decentes
[12] Alterno terram quatiunt pede, [13] dum graves Cyclopum
Vulcanus ardens [14] urit officinas.
Nunc decet aut viridi [15] nitidum caput [16] impedire
Aut flore, [17] terræ quem ferunt solutæ. (Myrto,
[18] Nunc et in umbrosis [19] Fauno decet [20] immolare lucis,

1 Veris adventu mollescit et relaxatur terra, quæ fuerat hyemis frigore vincta et adstricta. 2 Hyems mordax et aspera. 3 Vere in vicem redeunte, quæ vicissitudo post asperam hyemem grata est. 4 Zephyri, qui verno tempore flare incipit. 5 Trahunt ad mare, ad navigandum, naves siccas: atque ideo siccas, quod à principio Novembris usque ad initium Martii conquieverant extra aquam in navalibus. 6 Instrumenta quæ maximas habent virtutes ad moles suo loco movendas. 7 Ut in hyeme. 8 Albescunt.

9 Cythera insula est contra Cretam, in quam ferunt Venerem primum vectam concha marina. 10 Venus dux chori jam cum Nymphis et Gratiis ad Lunam saltat imminentem, id est, propinquam, et supra caput lucentem.

11 Aglaïa, Euphrosyna, Thalia.

12 Nunc hoc, nunc illo pede terram pulsant numerose saltantes. 13 Dum Vulcanus in AEtna monte cudit fulmina cum Gigantibus, quorum opera et ministerio in iis fabricandis utitur. 14 Non revera urit, sed Poëta vehementem ignis ardorem exprimit, quo metalla liquescunt.

15 Caput unguento splendescens. 16 Coronare caput serto ex myrto aut aliis floribus concinnato. 17 Quem veris calore laxatæ producunt terræ, quæ hyemis frigore fuerant constrictæ.

18 Anno jam expleto, scil. veris tempore. 19 Fauno, rusticorum Deo quem quidam volunt eumdem esse atque Pana. 20 Sacrificare vel agnam vel

Seu poscat agnam, sive malit hædum.
[21] Pallida mors [22] æquo pulsat pede pauperum [23] tabernas,
Regumque turres. O beate Sexti,
[24] Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam.
[25] Jam te premet nox, [26] fabulæque manes,
Et domus [27] exilis Plutonia: [28] quo simul meâris,
[29] Nec regna vini sortiere [30] talis,
Nec tenerum [31] Lycidam mirabere, [32] quo calet juventus
Nunc omnis, et [33] mox virgines tepebunt.

hædum, utrum mavult. 21 Mors pallidos efficit. 22 Indifferenter et æque fortiter principum fores atque pauperum casas pulsat. 23 Domos humiliores.

24 Breve vitæ spatium longam sperare vitam nos vetat. 25 Statim te opprimet mors, quæ secundum Epicureos, nihil habet præter tenebras. 26 Fabulosi inferi, de quibus et Poëtæ et Philosophi tam multa fabulantur. 27 Domus tenuis et parva, sic dicta ob manes exiles illic habitantes, qui aspectum oculorum fugiunt, nec possunt circumscribi. 28 Ad quam domum simul ac migraveris. 29 Non eris bibendi magister, cui constituenti leges in conviviis omnes parere necesse erit. 30 Talorum jactu. Veneris enim jactus regem vini efficiebat. 31 Puerum mollem et delicatulum. 32 Cujus amore juvenes nunc ardent. 33 Ubi Lycidas adoleverit, virgines ejus complexu cupient potiri.

AD PYRRHAM. Ode V.

Miseros esse qui illius amore teneantur: se ex eo, tanquam è naufragio, enatasse.

[1] Quis multa gracilis te puer in rosa
[2] Perfusus liquidis urget odoribus
Grato, Pyrrha, sub [3] antro?

1 O Pyrrha, quis puer tenero et gracili corpore, id est, quis adolescens ætati puerili proximus te multis in rosis urget, id est, arcte avideque amplectitur? 2 Delibutus unguentis, quæ odores effundunt. 3 In fornice vel lupanari, ubi meretrices aliquando latebant, ut alienos oculos in re pudenda fugerent, aliquando prostrabant impudice ad captandam prædam.

[4] Cui flavam religas comam,
[5] Simplex munditiis? heu quoties [6] fidem,
Mutatosque [7] deos flebit, et [8] aspera
[9] Nigris [10] æquora ventis
Emirabitur [11] insolens,
Qui nunc te fruitur credulus [12] aurea!
Qui semper [13] vacuam, semper amabilem
Sperat, nescius [14] auræ
Fallacis. [15] Miseri, quibus
Intentata nites! Me tabula [16] sacer
[17] Votiva paries indicat uvida
Suspendisse [18] potenti
[19] Vestimenta maris Deo.

4 Cujus gratia crines flavos habes religatos ut ei placeas. 5 Simplice munditie contenta absque sumptuoso corporis cultu.

6. Promissa in levitatem et perfidiam mutata. 7 Venerem cum suis pedissequis, scil. Gratiis, risu, joco, osculis, aliisque ejusmodi, quæ tales amores comitari, facileque mutari solent. 8 Allegoria est ducta à mari, ventis agitato, significans meretricum blanditias more tempestatum mobiles esse et inconstantes. 9 Tempestates à ventis agitatæ sunt nigræ. 10 Per æquora significat meretricem fallacem, quæ ex serena et placida facta est sæva et implacabilis. 11 Insuetus in talem, in Pyrrha meretricum amorem non expertus. 12 Te pulchra et amabili. Quid enim auro amabilius?

13 Qui sperat te sibi soli vacantem et paratam fore, aliis omnibus contemptis. 14 Inconstantiæ muliebris ignarus.

15 Miseri sunt ii, quibus non probata neque usu cognita fulges et amabilis videris. 16 Sacellum vel templum Neptuno dicatum. Est Allegoria ducta à naufragis, qui periculo elapsi Neptuno solebant suspendere tabulam, in qua naufragii casus depingebatur.

17 Quam vovi mediis in periculis, id est, Pyrrhæ blandimentis. 18 Neptuno imperium maris obtinenti.

19 Naufragi sua vestimenta, in quibus fuerant servati, Neptuno etiam consecrabant.

AD VIPSANIUM AGRIPPAM. Ode VI.

Bella ab eo gesta à Vario cantatum iri : se conviviis tantum, et amoribus describendis aptum esse.

SCRIBERIS [1] Vario fortis, et hostium
Victor, Mæonii carminis alite,
[2] Quam rem cumque ferox navibus, aut equis
Miles te duce gesserit.
Nos, Agrippa, neque hæc dicere, nec gravem
Peleidæ [3] stomachum [4] cedere nescii,
Nec [5] cursus duplicis per mare Ulysseï,
Nec [6] sævam Pelopis domum
Conamur [7], tenues grandia : dum pudor,
[8] Imbellisque lyræ musa potens vetat
Laudes egregii Cæsaris, et tuas
[9] Culpa deterere ingenî.
Quis [10] Martem tunica tectum adamantina
Digne scripserit ? aut pulvere Troïco

1 Scriberis à Vario, Mæonii carminis alite, id est, majestate carminis Homerici ; vel, penna et stylo carminis Homerici ; vel ab heroïco poëta, cantu prædito plane Mæonio, id est, Homerico : fuit enim Homerus, aut ex Mæonia, aut Mæonis filius.

2 Quamcumque rem.

3 Iram implacabilem Achillis, Peleo et Thetide geniti. 4. Qui placari noluit. 5 Navigationes longas subdoli Ulyssis, qui aliud loquebatur, aliud sentiebat : unde à Græcis dictus est διπλοῦς. 6 Sævam propter varia homicidia in eadem familia perpetrata. Nam Pelops à Tantalo patre, Atreus et Agamemnon ab Ægysto, Clytemnestra ab Oreste filio est occisa. 7 Nos, qui tenui sumus ingenio, non audemus dicere grandia viribus nostris imparia. 8 Dum Polyhymnia Musa Lyrica (quæ potestatem habet in Lyram, imbellem nempe et ineptam ad res bellicas scribendas) me vetat deterere, id est, diminuere atque extenuare tuas et Cæsaris laudes. 9 Ingenii mei tarditate.

10 Martem, id est, viros bellicosos, tectos et indutos lorica, quæ dura

Nigrum [11] Merionem? aut [12] ope Palladis
Tydiden [13] superis parem?
Nos convivia, nos prœlia virginum
Sectis in juvenes unguibus [14] acrium
Cantamus, [15] vacui, sive quid urimur,
[16] Non præter solitum leves.

et solida est ut adamas. 11 Virum fortissimum, pulvere Troïco squallidum et obductum. 12 Pallas semper opem tulit Diomedi Tydei filio. 13 Animo et fortitudine diis æqualem; nam Martem et Venerem Diomedes vulneravit. 14 Virgines et puellæ ita acres sunt in juvenes, ut tamen ungues suos ad repugnandum sectos habeant, ne forte pugna sit cruenta, quod raro fit. 15 Sive quod sumus vacui, id est, valde otiosi, sive quid urimur, id est, aliquantulum amamus. 16 Nostro more leves et inconstantes, quod amatoribus proprium est, et usitatum.

AD MUNATIUM PLANCUM CONSULAREM. Ode VII.

Alias aliis, sibi Tiburtinam regionem placere. Cohortatio ad voluptates.

LAUDABUNT alii [1] claram Rhodon, aut [2] Mitylenem,
Aut [3] Ephesum, [4] bimarisve Corinthi
Mœnia, vel Baccho [5] Thebas, vel Apolline [6] Delphos
Insignes, aut Thessala [7] Tempe.

1 Rhodon claram propter elegantem structuram trium civitatum, quæ sunt in eadem insula: aut claram, id est, præclaram portubus, viis, mœnibus, legum præstantia, etc. aut claram, id est semper illustratam radiis Solis, qui puellæ Rhodiæ amore captus, insulam ab ea nominavit Rhodon. 2 Mytylene urbs est in Lesbo. 3 Nobilissimam civitatem ab Amazonibus extructam, et magnæ Dianæ templo nobilitatam. 4 Corinthus dicitur bimaris, quod hinc Ionio, hinc Ægeo mari cingitur. 5 Thebæ urbs est in Bœotia à Cadmo ædificata, cujus filia Semele Bacchum peperit ex Jovis compressu. 6. Nobile fuit Delphis Apollinis oraculum. 7 Loca amœnissima Thessaliæ.

[8] Sunt quibus unum opus est, intactæ Palladis [9] urbem
Carmine [10] perpetuo celebrare, et
[11] Undique decerptam fronti præponere olivam.
[12] Plurimus, in Junonis honorem,
Aptum dicit [13] equis Argos, ditesque [14] Mycenas.
Me nec tam [15] patiens Lacedæmon,
Nec tam [16] Larissæ [17] percussit campus opimæ,
Quam [18] domus Albuneæ resonantis,
[19] Et præceps Anio, et [20] Tiburni lucus, et uda
[21] Mobilibus pomaria rivis.
[22] Albus ut [23] obscuro deterget nubila cœlo
Sæpe Notus, neque parturit imbres
Perpetuos : sic tu sapiens finire memento
Tristitiam, vitæque labores
Molli, Plance, [24] mero : [25] seu te fulgentia [26] signis
Castra tenent, seu densa tenebit

8 Sunt Poëtæ quibus unicum opus est. 9 Athenas Minervæ inviolatæ urbem. 10 Carmine non interrupto, ut aliud laudent. 11 Frontem oliva coronare, cujus folia undique, id est, circumcirca detonsa et breviora facta majorem addunt ornatum. Aliis alia lectio magis arridet, vid. *Undique decerptæ frondi præponere olivam*, ut sit sensus : Omnibus locorum et terrarum frondibus olivam anteponere, quæ Palladis est propria.

12 Plurimi, id est, multi dicunt. 13 Argos equis nutriendis idoneum. Unde Homerus appellat Αργὸς ἱππόβοτον. 14 Urbem opulentam, in qua regnavit Agamemnon, à Mycena Nympha sic appellatam.

15 Lacedæmon dicitur patiens ob severam disciplinam, ubi pueri ad Dianæ aram loris flagellati usque dum sanguis e visceribus exiret, ne ingemuerunt quidem. 16 Larissa est urbs in Thessalia, à qua et Achilles Larissæus dictus est. 17 Permovit, affecit. 18 Nemus delectabile, Albuneæ Nymphæ una cum fonte consecratum. 19 Fluvius Anio de celso scopulo multam aquam deorsum effundens. 20 Tiburnus primus Tiburis conditor dicebatur. 21 Pomaria discurrentibus rivis irrigua.

22 Notus serenus. 23 Cœlo caliginoso. 24 Vino suavi. 25 Sive militiæ, sive domi tuæ eris. 26 Aquila, dracone, aliisque id genus signis militaribus.

Tiburis umbra tui. Teucer [27] Salamina, patremque
[28] Cum fugeret, tamen uda Lyæo
[29] Tempora [30] populea fertur vinxisse corona,
Sic tristes affatus amicos:
Quo nos cumque feret [31] melior fortuna parente
Ibimus, ô socii, comitesque.
Nil desperandum Teucro duce, et [32] auspice Teucro.
[33] Certus enim promisit Apollo
[34] Ambiguam tellure nova Salamina futuram.
O fortes, [35] pejoraque passi
Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas:
Cras ingens [36] iterabimus æquor.

27 Civitatem Telamonis, qui duos habuit filios, Teucrum et Ajacem. 28 Quamvis fugeret. 29 Caput vino madidum. Lyæus, nomen Bacchi, ponitur pro vino. 30 Corona ex frondibus populi arboris, quæ animi fortitudinem denotat. 31 Melior, quia fortuna mihi patriam dabit, at pater Telamon negavit. 32 Me Teucro hortatore.
33 Apollo non fallax aut mentiens.
34 Promisit duas fore Salaminas, quarum altera nunc est in Attica, alteram ego et vos condemus in Cypro.
35 O passi graviora! *Virgil.* 36 Iterum navigabimus.

AD LYDIAM. Ode VIII.

Obscure juvenem quemdam, ut amore perditum, notat.

[1] LYDIA dic, per omnes
Te deos oro, [2] Sybarin cur properes [3] amando
[4] Perdere: cur apricum
Oderit [5] campum, [6] patiens pulveris atque solis?

1 Meretrix delicatula, non vulgaris formæ. 2 Juvenem mollem. 3 Dum tui amore captus est. 4 Ejus bona abligurire, et corporis vires frangere. 5 Campum Martium cur oderit? 6 Quum possit pati pulverem et so-

Cur neque [7] militaris
Inter æquales equitet, [8] Gallica nec [9] lupatis
Temperet ora frænis?
Cur timet flavum Tiberim [11] tangere? [12] cur olivam
Sanguine [13] viperino
Cautius vitat? neque jam livida gestat [14] armis
Brachia, sæpe [15] disco,
[16] Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito?
[17] Quid latet, ut marinæ
[18] Filium dicunt Thetidis [19] sub lacrymosa Trojæ
Funera: [20] ne virilis
Cultus in cædem, et [21] Lycias proriperet catervas?

lem et alios etiam labores militares. 7 Militarem in morem. 8 Gallicorum equorum ora. 9 Frænis instar lupinorum dentium asperis et inequalibus. 10 Moderetur et sibi parere doceat.

11 Tiberim tranare. 12 Cur luctam horret? Luctaturi utebantur unguento, quod ex cera fit oleo subacta. 13 Sanguine venenoso. 14 Frequenti armorum pondere. 15 Disco nobilitatus; qui quidem ludus erat primo Græcus, deinde à Græcis translatus ad Romanos. 16 Sæpe ultra terminum jaculo fortiter et expedite emisso.

17 Cur non prodit Sybaris in publicum, sed inter meretrices latet et emollescit? 18 Achillem, qui à matre Thetide habitu puellari indutus, ne agnosceretur, in insulam Scyrum ad Diomedem est deductus. 19 Paulo ante eversionem Trojœ. 20 Ne vestitus virilis eum in bellum Trojanum protraheret. 21 Ponuntur Lycii pro Trojanis, quibus opem ferebant, sic cognominati à Lyco Pandionis filio.

AD THALIARCUM. Ode IX.

Hyeme indulgendum voluptati.

VIDES, ut alta [1] stet nive candidum
[2] Soracte, nec jam sustineant [3] onus

1 Vides ut Soracte cooperiatur, vel è longinquo appareat nive plenum. 2 Mons in Faliscis, quem hodie appellant montem Divi Sylvestris, eo quod in ejusdem montis spelunca ad plurimum tempus se continuisse dicitur.

3 Nivis pondus.

Silvæ [4] laborantes, geluque
Flumina [5] constiterint acuto?
Dissolve frigus, ligna super foco
[6] Large reponens; atque [7] benignius
Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum [8] diota.
[9] Permitte Divis cætera: qui [10] simul
Stravere ventos æquore [11] fervido
Deprœliantes, nec cupressi,
Nec veteres [12] agitantur orni.
Quid sit futurum cras, fuge quærere; et
[13] Quem fors dierum cumque dabit, [14] lucro
Appone: nec dulces amores
Sperne [15] puer, neque tu [16] choreas,
[17] Donec virenti canities abest
Morosa. Nunc et [18] campus, et areæ,
Lenesque [19] sub noctem [20] susurri
[21] Composita repetantur hora.

4 Oneris magnitudine laborantes. 5 Flumina vi frigoris congelata à cursu desistunt superne.

6 Copiose pro foci magnitudine. 7 Largius quam solebas prome de diota Sabina vinum quadrimum, id est, quatuor annorum. 8 Diota est vas vinarium, duas habens ansas, quadraginta et octo sextarios capiens. 9 Committe cœtera Deorum curæ et procurationi. 10 Simul ac, id est, posteaquam ventos inter se concertantes compresserunt. 11 Mari concitato, ut solet aqua in aheno fervens. 12 Non commoventur.

13 Quemcumque diem tibi dabit fors, id est, fortuna, seu potius Dei voluntas, τύχη δαίμονος. 14 In lucro deputa. 15 Dum puer es, adolescens, juvenis. 16 Chorea dicitur à choro, ubi junctis manibus saltatur. 17 Quamdiu tibi juveni et adhuc virentis ætatis canities, id est, senectus abest querula.

18 Campus Martius, et areæ, id est, loca in quibus Rom. Juventus se exercebat. 19 Paulo ante noctem. 20 Colloquia quæ edi solent ab amantibus voce leni et submissa. 21 Hora constituta iterum atque iterum à te usur-

22 Nunc et latentis proditor intimo
Gratus puellæ risus ab angulo,
23 Pignusque direptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

pentur. 22 Et nunc repetatur à te gratus risus, proditor et index puellæ latentis, id est, in angulum se abdentis ac delitescere simulantis. Ridet enim puella ne diu queratur, sed ut se ipsa prodat. 23 Armilla vi avulsa ex lacertis, aut annulus à digito. Male, id est, parum pertinaciter retinente. Nam fingunt puellæ se velle retinere, quod cupiunt sibi adimi.

IN MERCURIUM. Ode X.

Mercuri, 1 facunde nepos 2 Atlantis,
Qui 3 feros cultus hominum recentum
4 Voce formasti 5 catus, et decoræ
More 6 palestræ:
Te canam, magni Jovis et 7 Deorum
Nuntium, curvæque lyræ 8 parentem:
9 Callidum, quidquid placuit, jocoso
Condere furto.
Te, 10 boves olim nisi reddidisses
Per dolum 11 amotas, 12 puerum minaci
Voce dum terret, 13 viduus pharetra
14 Risit Apollo.

1 Eloquentiæ Deus et orationis inventor. 2 Maïa Atlantis filia Mercurium peperit ex Jove. 3 Agrestes hominum primorum mores. 4 Eloquentia vel musica conformavisti. 5 Quasi cautus. 6 Palæstra Græci exercebantur ad tuendam corporis valetudinem. 7. Reliquorum deorum interpretem. 8. Lyræ inventorem. 9 Astutum et ingeniosum ad furtum occultandum; quod jocum risumque concitaret.

10 Boves Admeti regis, quas Apollo divinitate privatus pascebat. 11 Abactas et furtim ademptas. 12 Te, qui puerilem formam assumpseras, dum terreret minis.

13 Privatus pharetra. 14 Ridendum sibi putavit.

Quin et [16] Atreidas, [17] duce te, superbos,
Ilio dives Priamus relicto,
[18] Thessalosque ignes, et iniqua Trojæ
Castra [19] fefellit.
Tu pias lætis animas reponis
[20] Sedibus: [21] virgaque [22] levem coërces
Aurea turbam, [23] superis Deorum
Gratus, et imis.

15 Agamemnonem et Menelaum. 16. Qui te ducem Priamo præbebas. 17 Thessalicas excubias. 18 Castra Trojanis inimica. 19 Sic latuit, ut à nemine cognitus ac ne visus quidem fuerit.
20 Campis Elysiis. 21 Caduceo, quo Mercurius animas deducit ad inferos. 22 Incorpoream animarum multitudinem. 23 Diis superis et inferis gratus.

AD LEUCONOEN. Ode XI.

Indulgendum voluptati, omissa futurorum cura.

Tu ne quæsieris scire ([1] nefas) quem mihi, quem tibi
[2] Finem Dî dederint Leuconoë: nec [3] Babylonios
Tentâris numeros. [4] Ut melius, quidquid erit, pati
(Seu plures [5] hyemes, seu tribuit Jupiter ultimam,
Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum) sapias, [6] vina liques: et [7] spatio brevi
Spem longam reseces. Dum loquimur, fugerit invida
Ætas. [8] Carpe diem, [9] quam minimum credula postero.

1 Impossibile est, vel malum est. 2 Vitæ terminum. 3 Mathematicos, qui Astrologiam invenisse dicuntur. 4 Ut sapias melius pati, quidquid acciderit. 5 Annos. 6 Ut vina promas et fundas. Aut, ut vina percoles: vina enim percolata sunt delicatiora. 7 Et quum breve sit vitæ spatium, ne spem differas in longum. 8. Fruere die præsenti.
9 Nullam pene fidem adhibens diei futuro.

AD AUGUSTUM. Ode XII.

Diis, heroibus, virisque aliquot claris laudatis, postremo commendat Augustum.

[1] QUEM virum, aut heroa, lyra, vel [2] acri
Tibia sumes celebrare [3] Clio?
Quem deum? cujus [4] recinet jocosa
Nomen [5] imago,
Aut in umbrosis [6] Heliconis oris,
Aut super [7] Pindo, gelidove in [8] Hæmo?
Unde [9] vocalem temere insecutæ
Orphea sylvæ,
[10] Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapsus, celeresque ventos,
[11] Blandum et auritas [12] fidibus canoris
Ducere quercus.
Quid [13] prius dicam solitis parentis
Laudibus? qui res hominum, ac deorum,
Qui mare, et terras, variisque mundum
[14] Temperat [15] horis?

1 O Clio, quem virum fortem aut heroa semideum suscipies celebrandum? 2 Tibia acriter sonante. 3 Una ex novem Musis. 4 Resonabit. 5 Echo vocis imago, quæ veluti ludens respondet. 6 Helicon est mons Bœotiæ non procul à Parnasso, Apollini sacer et Musis, unde Musæ appellatæ sunt Heliconides. 7 Monte Arcadiæ. 8 Monte Thraciæ. 9 Orphea sonorum et facundum Poëtam (Calliopes et Apollinis filium) sylvæ secutæ sunt temere, id est, αὐτομάτως, sua sponte et confuse. 10 Musica. 11 Et adeo blandum, ut quocumque voluerit posset ducere quercus auritas, id est, sensu audiendi præditas. 12 Cithara canora. 13 Quid potius dicam quam solitas et ab omnibus decantatas laudes parentis, id est, Jovis? 14 Regit, vel temperatum efficit. 15 Quatuor anni temporibus, Vere, Æstate, Autumno, Hyeme.

[16] Unde [17] nil majus generatur ipso,
Nec viget quidquam simile, aut [18] secundum:
[19] Proximos illi tamen occupavit
[20] Pallas honores.
Præliis [21] audax neque te silebo
Liber, et sævis inimica [22] virgo
Belluis: nec te metuende [23] certa
Phœbe sagitta.
Dicam et [24] Alciden, [25] puerosque Ledæ,
[26] Hunc equis, [27] illum superare pugnis
Nobilem: [28] quorum simul alba nautis
Stella refulsit,
[29] Defluit saxis agitatus humor,
[30] Concidunt venti, [31] fugiuntque nubes,
Et [32] minax (quod sic [33] voluere) ponto
Unda recumbit.
[34] Romulum post hos prius, an [35] quietum
Pompilî regnum memorem, an [36] superbos

16 A quo Deo. 17 Quia Deus est Optimus Maximus. 18 Nihil Jovi est secundum, quia nullus ordo esse potest inter infinitum et finitum. 19 Pallas proxima est Jovi, sed longo intervallo proxima. 20 Minerva non è muliere concepta, sed Jovis cerebro nata, vera et divina sapientia.

21 Bacchus *ad prœlia trudit inermes*; dictus Liber, quod animum curis liberat. 22 Diana venatrix. 23 Adeo certa est et inevitabilis Phœbi sagitta, ut semper id feriat quod petit.

24 Herculem, Jovis et Alcmenæ filium. 25 Filios Ledæ. 26 Nempe Castorem equestri prœlio nobilitatum. 27 Et Pollucem pugna pedestri insignem. 28 Quorum stella serena simul atque nautis apparuit. 29 Fluit de saxis humor ex nive geluve in aquam resolutus. 30 Venti desinunt flare. 31 Nubes in fugam vertuntur. 32 Unda nautis minans naufragium quiescit, quæ vento intumuerat. 33 Filii Ledæ Castor et Pollux sic voluere.

34 Romæ conditorem. 35 Numa Pompilius à Romulo secundus Romanorum rex, regnum armis paratum, religione, justitia et bonis moribus stabilivit. 36 Magnificos et excellentes

Tarquinî [37] fasces, dubito, an [38] Catonis
Nobile lethum.
[39] Regulum, et [40] Scauros, animæque magnæ
[41] Prodigum Paulum, superante [42] Pœno,
[43] Gratus insigni referam Camœna,
[44] Fabriciumque.
[45] Hunc, et [46] incomptis [47] Curium capillis
Utilem bello [48] tulit, et [49] Camillum
[50] Sæva paupertas, et [51] avitus apto
[52] Cum lare fundus.
Crescit [53] occulto velut arbor ævo
Fama [54] Marcelli: micat inter omnes
[55] Julium sidus, velut [56] inter ignes

honores Tarquinii Prisci, non Tarquinii Superbi, commemoratu certe indigni propter Lucretiæ constuprationem. 37 Virgarum fasces, quos securibus alligatos, lictores primum ante reges, postea ante Consules ad populi terrorem portabant. 38 Catonis Uticensis, qui violentas manus sibi intulit, ne vultum tyranni aspiceret, ut inquit Cicero.

39 Regulum Carthaginienses resectis palpebris illigatum in machina perpetuis vigiliis necuerunt. 40 Quorum clara extitit virtus in Repub. administranda. 41 Paulum, vitæ contemptorem, qui animam profudit ad Cannas, ubi cum quadraginta et quinque Romanorum millibus est occisus. Vide Livium. 42 Hannibale. 43 Libens, ut memor meritorum Pauli in patriam. 44 Fabricium ter Consulem, de cujus abstinentia, continentia, severitate, aliisque egregiis animi dotibus, vide Plutarch. et Valerium Maximum.

45 Fabricium. 46 Capillis impexis: Turpe est viro bellicoso comam habere comptam et calamistratam.

47 Curius Samnitibus magnum auri pondus sibi afferentibus dixit, *Se malle aurum habentibus imperare, quam possidere.* 48 Protulit, et produxit. 49 Camillus, sexto mense post Romam à Gallis captam, eos ex Italia expulit. 50 Paupertas aspera et perpessu difficilis. 51 Fundus à suis majoribus sibi relictus. 52 Cum domo non sumptuosa, sed quæ fundum deceat.

53 Occulte, veluti arbor quæ temporis progressu increscit, hominibus non advertentibus. 54 Marcellus quinquies Consul fuerat, tandem vero ab equitatu Hannibalis circumventus est et occisus. 55 Stella crinita, quæ visa est septem noctes post Cæsarem occisum, et credebatur esse Cæsaris anima in cœlum subvolans. 56 Inter stellas.

Luna minores.
Gentis humanæ [57] pater atque custos,
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæsaris [58] fatis data: [59] tu secundo
Cæsare regnes.
Ille seu Parthos, [60] Latio imminentes
[61] Egerit justo domitos triumpho,
Sive subjectos Orientis oris
[62] Seras et Indos:
[63] Te minor latum reget [64] æquus orbem:
[65] Tu gravi curru quaties Olympum,
[66] Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

57 Jupiter. 58 Per fata, juxta Stoïcorum opinionem, qui deos immortales fatis obligari volunt ad observanda eorum statuta. 59 Ita regnes, ut Cæsar Augustus sit secundus post te, scilicet, ut tu in cœlo regnes, Cæsar in terris.

60 Insidiantes Latio, quod hic ponitur pro toto Imperio Romano. 61 Seu subegerit, vel in triumphum duxerit. 62 Populos in Æthiopia, apud quos altissimæ sunt arbores, quæ non solum folia, sed lanam etiam proferunt tenuissimam, ex qua conficiunt vestimenta. 63 Te minor, id est, se inferiorem te gerens, reget terras. 64 Ille æquus, id est, non invidens tibi, sed æquo animo ferens tuum in cœlo imperium. 65 Tu tonabis; nam ex Jovis curru cœlum quatiente vulgus opinatur tonitru fieri. 66 Tu mittes inimica, id est, tristia fulmina, parum castis lucis, id est, lucis contaminatis et pollutis.

AD LYDIAM. Ode XIII.

Dolet sibi Telephum anteponi.

Cum tu Lydia [1] Telephi
Cervicem [2] roseam, et [3] cerea Telephi

1 Rivalis sui. 2 Cervicem pulchr[illegible] rosæ. 3 Brachia flexibilia, ceræ

Laudas brachia, [4] væ! meum
Fervens [5] difficili [6] bile [7] tumet jecur.
Tunc nec [8] mens mihi, nec [9] color
Certa sede manet: [10] humor et in genas
[11] Furtim labitur, [12] arguens
[13] Quam lentis penitus macerer ignibus.
[14] Uror, seu tibi candidos
Turpârunt humeros [15] immodicæ mero
Rixæ: sive [16] puer furens
[17] Impressit [18] memorem dente labris notam.
Non, [19] si me satis audias,
Speres [20] perpetuum, dulcia [21] barbare
Lædentem oscula, quæ Venus
[22] Quinta parte sui nectaris imbuit.
Felices ter, et [23] amplius,
Quos [24] irrupta tenet copula: [25] nec malis
Divulsus querimoniis
Suprema citius solvet amor die.

similia. 4 Interjectio est dolentis. 5 Tumet jecur ira implacabili, quæ facile sedari non potest. 6 Cholera, qua incalescente in iram insurgimus. 7 Turgescit cystis fellis, jecinori annexa, quæ bilis est receptaculum.

8 Ratio. Nam amantes sunt amentes. 9 Animi perturbatio colorem variat, at pallida res amor est. 10 Lacrymæ, doloris interni indicium.

11 Antequam advertam, et me invito. 12 Demonstrans. 13 Quam languidis flammis amoris intus tabescam.

14 Aspectu crucior. 15 Rixæ ultra modum progredientes mero, id est, per ebrietatem. 16 Telephus ardens libidine. 17 Momordit tibi labra. 18 Ne amoris sui obliviscare.

19 Si mihi credis. 20 Non speres perpetuum tibi fore amatorem. 21 Inhumaniter. 22 Quæ oscula Venus quinta parte suæ suavitatis, id est, concubitu replevit. Quinque etenim sunt partes amoris, aspectus, colloquium, tactus, osculum, concubitus.

23 Terque, quaterque. 24 Indissolubilis conjunctio. 25 Nec amor divulsus malis querimoniis, id est, litibus et rixis, solvet ultima die citius, id est, ante mortem.

ODE XIV.

In Brutum bellum civile reparantem.

O [1] Navis, referent [2] in mare te novi
[3] Fluctus! O [4] quid agis? fortitér occupa
[5] Portum. Nonne vides, ut
[6] Nudum remigio latus,
Et [7] malus celeri [8] saucius Africo,
[9] Antennæque gemant? ac sine [10] funibus
Vix [11] durare carinæ
Possint [12] imperiosius
Æquor? non tibi sunt [13] integra lintea,
[14] Non dî, [15] quos iterum pressa voces malo.
Quamvis [16] Pontica pinus,
Silvæ filia nobilis,
[17] Jactes et genus, [18] et nomen inutile:
Nil [19] pictis timidus navita puppibus
Fidit. Tu, [20] nisi ventis
Debes ludibrium, [21] cave.

1 O Respublica. Tota hæc Ode est Allegorica. 2 In periculum. 3 Bellum civile redintegratum. 4 Quam male agis? 5 Pacem et tranquillitatem. 6 Nudatum remigiis, id est, ut Respublica destituta est militibus. 7 Malus, arbor est cui velum annectitur, ponitur hic allegorice pro AEgyptio rege, à quo Pompeius est obtruncatus. 8 Perfractus est Africo, id est, gravi bello. 9 Senatores et viri principes. 10 Sine pecuniis belli nervis. 11 Perferre. 12 Severiorem civilis belli tempestatem. 13 Integra vela, id est, integri exercitus. 14 Dii tutelares, ut Castor et Pollux, seu quivis alius Deus, quod erat Navis insigne. 15 Quos nunc sub Octaviano tu oppressa invoces.

16 In Ponto magna est arborum copia unde naves fiant. 17 Quamvis generis claritate et antiquitate glorieris. 18 Et famam quæ tibi nihil proderit. 19 Non navis picturæ sed robori et armamentis fidunt nautæ: sic milites non in generis splendore, sed armis et exercitu spem collocant.

20 Nisi vis fieri ludibrio ventis, id est, inflatis et ambitiosis ducibus. 21 Noli

[22] Nuper sollicitum quæ mihi tædium,
[23] Nunc desiderium, curaque non levis,
Interfusa [24] nitentes
[25] Vites æquora [26] Cycladas.

amplius movere bellum. 22 O Respub. quæ mihi ex tuis malis sollicitudinem et tædium induxeras. 23 Quæ nunc me absentem tui desiderio afficis. 24 Cycladas longe apparentes. 25 Suadeo, ut fugias periculorum angustias quibus te facile extricare non possis. 26 Cycladæ sunt insulæ in mari Ionio, numero LIII, sic appellatæ, quod in Cycli formam disponuntur.

ODE XV.

Nerei vaticinium de ruina Trojæ.

[1] PASTOR cum traheret per freta navibus
[2] Idæis Helenam [3] perfidus hospitam,
[4] Ingrato celeres obruit otio
Ventos, ut caneret [5] fera
[6] Nereus fata. [7] Mala ducis avi domum,
[8] Quam multo repetet Græcia milite,
[9] Conjurata tuas [10] rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.
[11] Eheu! quantus equis, quantus adest viris
[12] Sudor! quanta moves [13] funera Dardanæ

1 Paris. 2 Navibus fabricatis in Ida Phrygiæ monte, ubi Paris fuit educatus. 3 Perfidus, quia jura hospitalitatis fregerat. 4 Otio molesto compressit ventos ne spirarent: nihil enim ventis magis est ingratum quam non flare. 5 Fata luctuosa non solum Paridi sed omnibus etiam Trojanis. 6 Deus marinus Ponti filius, à mendacio alienus. 7 O Pari, tu quidem malis auspiciis ad domum paternam ducis Helenam! 8 Quam Græcia cum magno exercitu requiret. 9 Omnibus jurejurando in portu Aulidis obstrictis, ad unanimiter dimicandum, donec Helenam essent nacti. 10 Dissolvere illicitas nuptias, et evertere antiquum Priami regnum.

11 Dolentis est. 12 Labor bellicus. 13 Quantas strages commoves Trojanæ

Genti! jam galeam Pallas, et [14] ægida,
Currusque, et [15] rabiem parat.
[16] Nequicquam, Veneris præsidio [17] ferox,
[18] Pectes cæsariem, grataque fœminis
[19] Imbelli cithara carmina [20] divides:
Nequicquam, thalamo [21] graves
Hastas, et calami spicula [22] Gnossii
Vitabis, [23] strepitumque, et celerem [24] sequi
Ajacem: tamen, heu [25] serus! adulteros
Crines pulvere collines.
Non [26] Laërtiaden, exitium tuæ
Gentis, non [27] Pylium Nestora respicis?
[28] Urgent impavidi te Salaminius
[29] Teucer, te [30] Sthenelus [31] sciens
Pugnæ, sive opus est imperitare equis,
Non auriga piger: [32] Merionem quoque
Nosces. Ecce furit te reperire atrox

genti! quæ olim dicta est Dardana, à Dardano qui vixit tempore Moysis. 14 Scutum Palladis. 15 Furorem belli.

16 Frustra. Nam Venus, cum non sit bellicosa, non potest esse Paridi præsidio. 17 Animosus. 18 Ornabis capillum. 19 Cithara bello non apta est, sed mensæ, ad hilaritatem. 20 Nequicquam suis numeris aptum carmen ad imbellem citharam canes, vel, nequicquam distribues carmina alternatim, ut solent citharœdi, qui dum carmina canunt, modo sua voce, modo lyræ sono utuntur.

21 Hastas odiosas thalamo nuptiali, propter copulæ disjunctionem. 22 Sagittas Cretenses. Est Gnossos urbs Cretæ quæ olim claruit arte sagittandi. 23 Strepitum pugnantium. 24 Celerem ad sequendum: erat Ajax tam celer pedibus, ut nemo fugiens eum evaderet. 25 Sero crines tuos adulteros, olim unguentis delibutos, pulvere deturpabis, id est, sero tandem traheris mortuus.

26 Ulyssem Laertis filium. 27 A Pylo urbe Nestor denominatur Pylius.

28 Insequuntur. 29 Teucer qui in Cypro condidit Salamina. 30 Campanei filius, unus eorum qui in equo Trojano se abdiderunt. 31 Doctus ad pugnandum, et equorum promptissimus moderator. 32 Vide supra Ode 6.

[36] Tydides melior patre ;
[34] Quem tu, cervus uti vallis in altera
Visum parte lupum graminis immemor,
[35] Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus [36] tuæ.
[37] Iracunda diem [38] proferet Ilio,
Matronisque Phrygum classis Achillei.
[39] Post certas hyemes uret [40] Achaïcus
Ignis [41] Iliacas domos.

33 Diomedes patre suo Tydeo fortior et valentior. 34 Quem tu homo mollis et luxuriosus fugies, sicut cervus fugit Lupum visum in altera parte vallis. 35 Anhelitus qui ex alto pectore ducitur. 36 Tuæ Helenæ, cui multa de te gloriose jactaveras.

37 Iracunda classis Achillei (propter ereptam sibi Briseïda) proferet diem Ilio matronisque Phrygum. 38 Prorogabit tempus, id est, bellum Trojanum producet et retardabit.

39 Post annos novem à fatis certo decretos. 40 Ignis Græcus, nam Achaïa est pars Græciæ. 41 Domos Trojanas.

PALINODIA. Ode XVI.

Veniam petit à puella, quam ïambis lœserat.

O Matre pulchra filia [1] pulchrior,
[2] Quem criminosis cumque voles modum
Pones ïambis : [3] sive flamma,
Sive mari libet [4] Hadriano.
Non [5] Dindymene, [6] non adytis quatit

1 Numquid mulier hanc laudem agnoverit, ut dicatur pulchra pulchrior ? 2 Quemcumque voles modum, id est, quamcumque voles rationem tu prescribes ad mordaces ïambos meos abolendos, quos in te scripsi. 3 Sive ïambos exurere voles, sive in mare dejicere. 4 Mare Hadrianum ponitur pro quovis mari.

5 Dea Cybele Dindymene dicta à Dindymo Phrygiæ monte, in qua sacra sibi per Corybantes instituit. 6 Non ex adytis, locis templi sacris et secretis, ad quæ nulli nisi sacerdoti fas

Mentem sacerdotum [7] incola Pythius,
Non Liber [8] æque, non [9] acuta
Sic geminant [10] Corybantes æra,
Tristes ut iræ: quas neque [11] Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec sævus ignis, nec tremendo
Jupiter ipse [12] ruens tumultu.
Fertur [13] Prometheus addere [14] principi
Limo [15] coactus particulam [16] undique
Desectam; [17] et infami leonis
Vim [18] stomacho apposuisse nostro.
Iræ [19] Thyesten exitio gravi
[20] Stravere: et altis urbibus [21] ultimæ
Stetere causæ cur perirent
Funditus, imprimeretque muris

erat accedere. 7 Apollo qui in dandis oraculis mentem sacerdotis incolit, id est, quatit, movet, cogit. 8 Non æque, sed vehementius ira animos hominum commovet, quam Cybele, Apollo, aut Liber concutit mentem sacerdotum. 9 Tympana acute sonantia. 10 Sacerdotes Cybeles, quæ tympanorum pulsu et cornuum cantu Jovis vagitum celabant Saturnum. 11 Noricus, pro quovis ense. In Norico (quam regionem plerique nunc appellant Bavariam) optimi fiunt gladii ex ferro probatissimo. Homo iratus neque enses, neque quodvis aliud periculum extimescit.

12 Descendens cum fulmine tremendo.

13 Japeti et Clymenæ filius, propter singularem ingenii excellentiam, hominem primum ex limo finxisse existimatur., animum vero ex particulis aliorum animalium undique dissectis illi indidisse. Nam à Leone iracundiam, à Sue libidinem, à Vulpe astutiam, et ab aliis aliud mutuatus est. 14 Primo homini ex limo efformato. 15 Necessitate compulsus, quod in bestiis fingendis omnes naturæ facultates consumpsisset. 16 Et omnibus animalibus. 17 Et rapidi leonis furorem. 18 Hinc dicunt Latini stomachum movere, pro iratum facere; et stomachari, pro irasci.

19 Thyesti suos filios frater Atreus edendos apposuit, eo quod Thyestes cum Atrei uxore concubuisset. 20 Dejecere de statu. 21 Extremæ fuerunt causæ usque ad eversionem.

Hostile [22] aratrum exercitus [23] insolens.
[24] Compesce mentem, [25] me quoque [26] pectoris
Tentavit in dulci juventa
Fervor, et in celeres ïambos
Misit [27] furentem. [28] Nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia, [29] dum mihi
Fias [30] recantatis amica
Opprobriis, [31] animumque reddas.

22 Urbs tum esse desinit, cum in ea aratrum sit circumductum : Aratro etiam prisci in condendis urbibus utebantur. *Interea Æneas urbem designat aratro. Virgil.* 23 Exercitus superbus, quia victoria natura insolens est et superba.

24 Comprime animum, nec me imitare, quem pœnitet iræ. 25 Excusat se Horatius conferens iræ causam in adolescentiæ fervorem. 26 Ira est ebullitio sanguinis circa cor. 27 Propter iram.

28 Nunc studeo mitia persequi, tristia relinquere. 29 Ea conditione, ut fias mihi amica. 30 Recantatis conviтiis atque maledictis, quibus tu etiam me lacerasti. 31 Atque ea conditione, ut me in spem ducas tecum in gratiam redeundi.

AD TYNDARIDEM. Ode XVII.

Invitat eam in Lucretilem.

1 VELOX amœnum sæpe [2] Lucretilem
3 Mutat Lycæo Faunus : et igneam
4 Defendit æstatem capellis
Usque meis, [5] pluviosque ventos.
6 Impune tutum per nemus arbutos
Quærunt latentes, et thyma [7] deviæ

1 Caprinos pedes habent Fauni, velocitati accommodos. 2 Lucretilis mons est in Sabinis, in cujus valle villam habuit Horatius amœnissimam. 3 Sæpe demigrat in Lucretilem ex Lycæo, qui mons est in Arcadia, in quo sacra Fauno vel Pani pastorum Deo celebrabantur. 4 Prohibet æstum fervidum à meis capellis, usque, id est, semper. 5 Ventos pluviam ferentes.

6 Sine damno. 7 Olentis mariti uxores deviæ, id est, capellæ errantes de

[8] Olentis uxores mariti :
Nec virides metuunt colubras,
Nec Martiales [9] hædilia lupos :
[10] Utcunque dulci, Tyndari, fistula
Valles, et [11] Usticæ cubantis
[12] Lævia [13] personuere saxa.
Dî me tuentur : dîs pietas mea,
Et [14] musa cordi est. [15] Hinc tibi copia
Manabit ad plenum [16] benigno
Ruris honorum opulenta cornu.
Hic [17] in reducta valle, [18] Caniculæ
Vitabis æstus, et fide [19] Teïa
[20] Dices laborantes [21] in uno
Penelopen, [22] vitreamque Circen.
Hic innocentis pocula Lesbii

recta via quærunt arbutos, etc. 8 Fœtentis capri, qui à Virgilio dicitur, *vir gregis*, hinc maritus. 9 Nec hœdorum stabula, seu greges metuunt lupos martiales, id est, lupos Martis tutelæ consecratos : nam, vi et insidiis pecora spoliant. 10 Ubicumque, ô Tyndari ! istæ valles et lævia saxa montis Usticæ personuere dulci fistula Fauni vel Panos, qui propulsator est cujuscumque mali à monte Lucretili. 11 Ustica mons est in Sabinis leniter declinans instar hominis cubantis. 12 Saxa levigata vel attrita. 13 Sonitu fuere completa.

14 Carmen meum placet diis.

15 Ex hoc meo agro opulenta ruris honorum copia, id est, frugum terræ copia manabit tibi ad plenum. *Ruris honores, sunt ruri nascentia.* 16 Liberali et largo cornu. Alludit ad cornu copiæ, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus, ei detraxit, quo significatur omnium rerum ubertas et copia.

17 In valle secreta, quæ flexuosos habet recessus, à ventis tuta. 18 Ex Canicula dies caniculares nomen sumunt.

19 Carminibus Lyricis, quæ sunt paria et similia versibus Anacreontis, cujus patria fuit civitas Teïa. 20 Cantabis. 21 Ulyssis amore : utraque enim Ulyssem ardenter amavit, quarum altera fuit Ulyssis uxor, altera mulierum veneficarum crudelissima. 22 Circen pulchram et pellucidam instar vitri.

[23] Duces sub umbra : [24] nec Semeleïus
Cum Marte [25] confundet Thyoneus
Prælia : nec metues protervum
[26] Suspecta Cyrum, [27] ne male dispari
Incontinentes injiciat manus,
Et scindat hærentem [28] coronam
Crinibus, [29] immeritamque vestem.

23 Hic bibes pocula vini Lesbii innocentis, id est, non onerantis caput propter tenuitatem. 24 Hic à vino et poculis ad rixas et arma venietur, quod sæpe contingit inter homines bibaces et ebriosos.

25 Commiscebit prælia Bacchus Semeles filius. 26 Nec tu à Cyro suspecta et observata quod alium ames, metues eum. Fuit Cyrus Horatii rivalis vel Tyndaridis maritus. 27 Ne scelerate tibi imbecilliori petulantes manus injiciat. Coronam è floribus, cujusmodi in conviviis utebantur antiqui. 29 Vestem quæ parum commeruit à Cyro dilacerari.

AD QUINTILIUM VARUM. Ode XVIII.

Vini potu moderato hilarari animum, immoderato rixas excitari.

NULLAM, Vare, [1] sacra vite [2] prius severis arborem
Circa [3] mite solum [4] Tiburis, et mœnia [5] Catili.
[6] Siccis omnia nam dura Deus proposuit : neque
[7] Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.
[8] Quis post vina gravem militiam, aut pauperiem crepat?
[9] Quis non te potius, Bacche pater, teque decens Venus?

1 Vite Baccho consecrata. 2 Potius plantaveris. 2 Fundum bene excultum, vel mites uvas efferentem. 4 De quo vide supra Ode 7. Catilus fuit frater Tiburis, à quo conditum est Tibur. Poëta igitur sua utitur licentia, ponens fratrem, pro fratre.

6 Iis qui sobrii sunt, et vino nequaquam madidi. 7 Edaces curæ.

8 Quis bene potus crepat, id est, commemorat, vel queritur militiam esse rem gravem?

9 Quis non te potius, ô Bacche, crepat et prædicat?

At [10] ne quis [11] modici transiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum [12] Lapithis rixa [13] super mero
[14] Debellata : monet [15] Sithoniis non levis Evius :
[16] Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum
Discernunt [17] avidi. Non ego te, [18] candide Bassareu,
[19] Invitum quatiam ; nec variis obsita frondibus
[20] Sub divum rapiam. [21] Sæva tene cum Berecynthio
Cornu tympana, [22] quæ subsequitur cæcus [23] amor sui,
Et tollens [24] vacuum plus nimio gloria verticem,
Arcanique fides [25] prodiga, perlucidior vitro.

10 Ne quis supra modum bibat. 11 Vini moderate bibiti. 12 Centaurea rixa super mero debellata cum Lapithis, etc. id est, pugna à Centauris habita cum Lapithis, inde exorta, quod Centauri inter epulas Pyrithoï nuptiales, plus nimium poti Lapitharum uxoribus vim inferre conarentur. 13 Post ebrietatem. 14 Rixa armis dijudicata. 15 Thracibus non levis, id est, iratus Bacchus, dictus Evius à voce Bacchantium εὐοῖ. 16 Quum licitum et illicitum distinguunt exiguo fine, id est, nullo discrimine. Nam ebrii exiguam differentiam esse volunt inter turpe et honestum. 17 Cupidi ad explendam libidinem.

18 O bone Bacche! qui Bassareus est appellatus à vestis genere, qua Bassarides Bacchi sacerdotes induebantur. 19 Tunc homines bibunt, Baccho invito, quum bibunt usque ad ebrietatem. 20 Nec divulgabo arcana tua multis pampinis operta, id est, non proferam in lucem res secretas meæ fidei commissas.

21 Comprime tympana et cornua tua, id est, reprime ebrietatem, quemadmodum tuæ sacerdotes ad furorem accenduntur tympano tuo audito et cornu Berecynthio, id est, Phrygio. 22 Quæ tympana, id est, quam ebrietatem. 23 φιλαυτία, arrogantia, et linguæ incontinentia, sunt tres comites ebrietatis. 24 Caput sine cerebro, id est, sine prudentia. 25 Fides effusa in secretis prodendis, omnia consilia nudans, veluti vitrum quod nihil occultat.

DE GLYCERA. Ode XIX.

Se illius amore uri.

[1] MATER sæva Cupidinum,
[2] Thebanæque jubet me Semeles [3] puer,
Et lasciva [4] licentia
[5] Finitis animum reddere amoribus.
[6] Urit me Glyceræ nitor
[7] Splendentis Pario marmore purius:
Urit grata [8] protervitas,
Et vultus nimium [9] lubricus aspici.
In me [10] tota ruens Venus
[11] Cyprum deseruit; nec patitur [12] Scythas,
Et [13] versis animosum equis
Parthum dicere; [14] nec quæ nihil attinent.
[15] Hic vivum mihi cespitem, hic
[16] Verbenas pueri ponite, thuraque

1 Venus crudelis mater est multorum affectuum, qui eam comitantur. 2 Bacchus qui colitur Thebis. 3 Semeles filius. 4 Otium quod in lasciviam semper resolvitur. 5 Ad amores extinctos animum reducere.

6 Incendit me Glyceræ pulchritudo. 7 Quæ splendet clarius marmore candidissimo, quod in insula Paro effoditur. 8 Petulantia vel ira ficta, quæ in puella gratior est amatoribus, quam obsequela, pudor, aut taciturnitas. 9 Vultus lubricus aspectu. Nam veluti in via lubrica difficile est sine casu vel prolapsione insistere: adeo certe est difficile Glyceræ splendorem aspicere et complexum ejus non expetere.

10 Totas vires effundens. 11 Insulam, ubi religiosissime colebatur. 12 Scytharum et Parthorum bella describere. 13 Parthi fugientes ex equis pugnant. 14 Nec Venus me patitur ea dicere quæ nihil spectant ad amorem, id est, bella dicere.

15 Ad Venerem placandam, ut facilius Glyceræ complexu fruar. O pueri, id est, ô servi, ponite et parate mihi cespitem vivum, id est, viridem (cujus herba adhuc viridis est) ut super eam Veneri sacrificem. Nota, quod in rebus longam moram non ferentibus cespes locum aræ obtinebat. 16 Herbas

[17] Bimi cum patera meri.
[18] Mactata veniet lenior hostia.

sacras. 17 Duorum annorum. 8 Postquam factum fuerit sacrificium, Glycera veniet multo lenior et mansuetior, non proterva.

AD MECÆNATEM. Ode XX.

Invitat eum ad convivium minime sumptuosum.

[1] VILE potabis modicis [2] Sabinum
[3] Cantharis, Græca quod ego ipse [4] testa
Conditum [5] levi, datus in theatro
[6] Cum tibi plausus,
Care Mæcenas, [7] eques: [8] ut paterni
[9] Fluminis ripæ, simul et jocosa
Redderet laudes tibi [10] Vaticani
Montis [11] imago.
[12] Cæcubum, et prœlo [13] domitam Caleno
Tu bibes [14] uvam: [15] mea nec Falernæ
Temperant vites, neque [16] Formiani
Pocula colles.

1 Non magni pretii. 2 Vinum in montibus Sabinis natum. 3 In poculis modicis, non admodum capacibus. 4 Cado fictili, vel amphora, quæ fingebatur in Græcia. 5 Picavi, vel pice illivi, à verbo *lino*. 6 Quo tempore populus in theatro tibi applaudebat. 7 In equestri dignitate permanens. 8 Sic, ut ripæ Tiberis et mons Vaticanus simul resonarent ad acclamationem et plausum à populo tibi datum, quemadmodum in theatro excipi solebant viri bene de Republica meriti, mali contra sibilis explodebantur. 9 Tiberis, qui fluit ab Hetruria Mæcenatis patria. 10 Vaticanus mons est theatro Pompeii vicinus prope Tiberim. 11 Echo, quæ ultimæ seu extremæ vocis desinentis repercussione jocari videtur.

12 Vinum Campaniæ regionis. 13 Pressam. 14 Tu bibes etiam vinum Calenum, sic dictum ab urbe Caleno. 15 Ego nec Falernum habeo tibi vinum nec Formianum, quæ illis temporibus vina fuere generosissima. Falernus regio est Campaniæ, ubi multi sunt colles vitiferi. 16 Formiæ, urbs est Latina juxta Cajetam, quam Lacones condidere.

IN DIANAM ET APOLLINEM. Ode XXI.

Seculare Carmen.

[1] DIANAM teneræ [2] dicite virgines:
[3] Intonsum pueri dicite [4] Cynthium,
[5] Latonamque supremo
Dilectam [6] penitus Jovi.
[7] Vos lætam fluviis, et nemorum coma,
[8] Quæcumque aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Silvis, aut viridis Cragi.
[9] Vos Tempe totidem tollite laudibus,
[10] Natalemque, mares, Delon Apollinis,
[11] Insignemque pharetra,
Fraternaque humerum lyra.
[12] Hic bellum lacrymosum, hic [13] miseram famem,
Pestemque à populo, et principe Cæsare in
Persas, atque Britannos
Vestra motus [14] aget prece.

1 Latonæ filiam ex Jove, quæ in cœlo Luna, in terris Diana, apud inferos Hecate nominatur. 2 Cantate. 3 Capillis prolixis Sol pingitur, quia radios extendit usque in longissima. Pingitur etiam imberbis, quia nunquam senescit. 4 Sic dictum à Cynthio sublimi monte, qui Delo imminet, ubi natus est. 5 Latona Dianam et Apollinem peperit ex Jove. 6 Valde, vel familiariter. 7 Vos Virgines cantate Dianam, quæ gaudet fluviis et nemorum frondibus, id est, venatione. 8 Quæcumque nemorum coma prominet, aut in Algido (qui mons est in agro Tusculano, distans ab urbe Roma quindecim millia passuum) aut in Erymantho, monte in Arcadia, aut in nigris, id est, umbrosis silvis Cragi, qui mons est in Lycia. 9 Vos mares, id est, pueri, laudate Tempe amœnissima loca in Thessalia. 10 Delos, in qua nati sunt Apollo et Diana. 11 Laudate etiam Apollinis humerum insignem pharetra et lyra quam ipse à fratre Mercurio dono acceperat. 12 Hic Apollo motus vestra prece à populo Romano et principe bellum, famem, pestem abiget in Persas atque Britannos populi Romani hostes. 13 Fame nihil miserius. 14 Depellet.

AD ARISTIUM. Ode XXII.

Vitæ integritatem et innocentiam ubique esse tutam.

[1] INTEGER vitæ, scelerisque purus
Non eget Mauri [2] jaculis, neque arcu,
Nec venenatis [3] gravida sagittis,
Fusce, pharetra:
[4] Sive per Syrtes iter æstuosas,
Sive facturus per [5] inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca [6] fabulosus
[7] Lambit Hydaspes.
Namque [8] me silva lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, et ultra
Terminum curis vagor expeditus,
Fugit [9] inermem:
[10] Quale portentum neque militaris
[11] Daunia in latis alit [12] esculetis,
Nec [13] Jubæ tellus generat, leonum

1 Innocens, et qui suam vitam scelere non reddit impuram. 2 Cujusmodi utuntur Mauri, qui optimi erant jaculatores. 3 Pharetra plena sagittis veneno imbutis. 4 Sive iter fecerit per Syrtes (Lybiæ solitudines mediterraneas, arenosas, pulverulentas, et siticulosas) sive per Caucasum Scythiæ montem. 5 Inhabitabilem propter æstum. 6 Hydaspes Indiæ fluvius, de quo multa fabulosa ab Historicis scribuntur. 7 Præterlabitur et placide tangit.

8 Lupus fugit me inermem in silva Sabina, dum canto meam Lalagen, id est, Lalagæ amicæ meæ laudes, et dum vagor ultra terminum, id est, dum exspatior ultra agri mei fines, curis expeditus, id est, liber à curis. 9 Mirum sane hoc, quod ferus lupus Horatium fugeret inermem: vitæ igitur integritati est hoc assignandum.

10 Qualem portentosum lupum. 11 Apulia, dicta Daunia à Dauno illic rege; militaris autem dicitur quia viros effert fortes, et ad militiam aptos. 12 In silvis quæ esculis arboribus glandiferis sunt consitæ. 13 Mauritania, in qua Juba regnavit.

[14] Arida nutrix.
Pone me, [15] pigris ubi nulla campis
Arbor [16] æstiva recreatur aura,
[17] Quod latus mundi, nebulæ, malusque
[18] Jupiter urget:
Pone [19] sub curru nimium [20] propinqui
Solis, in terra [21] domibus negata:
[22] Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

14 Propter aquarum penuriam.

15 In frigidis locis Arctico vel Antarctico subjectis, ubi aquæ glacie pigrescunt.

16 Tepido temperatur vento.

17 Quam partem mundi. 18 Malignus et insalubris aër perpetuo premit. 19 Sub Zona torrida in Africa. 20 Sol illic directos dejicit radios, obliquos alibi. 21 Credebant antiqui Zonam fuisse inhabitabilem; at jam notum est multis eo navigantibus, eam vitæ humanæ protrahendæ satis esse idoneam. 22 Dulciter.

AD CHLOEN. Ode XXIII.

Non esse jam quod viriles complexus, viro matura, extimescat.

VITAS [1] hinnuleo me similis Chloë,
Quærenti pavidam montibus [2] aviis
[3] Matrem, non sine vano
Aurarum et silvæ metu.
Nam [4] seu mobilibus veris inhorruit
Adventus foliis; seu virides [5] rubum

1 Similis hinnulo pullo cervino, quo nihil timidius. 2 In montibus sine viis queis feræ discurrere solent. 3 Cervam.

4 Sive veris adventus inhorruit, id est, tremuit mobilibus foliis. Sed per Hypallagen, lege sic, sive folia mobilia inhorruerunt veris adventu. Poëta per veris adventum significat Favonium veris comitem. 5 Sentem, vel morum agreste. Angl. *the bramble-bush.*

Dimovere lacertæ;
[6] Et corde, et genibus tremit.
[7] Atqui non ego te, [8] tigris ut aspera,
[9] Getulusve leo, [10] frangere persequor.
Tandem desine matrem
[11] Tempestiva sequi viro.

6 Et animo et corpore. 7 Atqui ô Chloë, ego non persequor te frangere ut aspera tigris, atque ut leo Getulus. 8 Tigris truculentum est animal et velocissimum. 9 Africus leo, est enim Getulia pars Africæ. 10 Ut te frangam et occidam. 11 Viro apta et matura, annos nata decem et septem.

AD VIRGILIUM. Ode XXIV.

Deflet Quintilii mortem.

[1] Quis desiderio sit pudor, aut modus
Tam cari capitis? præcipe [2] lugubres
Cantus Melpomene, cui liquidam [3] pater
Vocem cum cithara dedit.
Ergo Quintilium [4] perpetuus sopor
Urget? cui pudor, et justitiæ soror
[5] Incorrupta fides, [6] nudaque veritas,
[7] Quando ullum invenient parem?
Multis ille quidem flebilis [8] occidit:
Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.

1 O Musa Melpomene, cui pater vocem liquidam dedit cum cithara, præcipe, id est, præmonstra, vel doce, cur quemquam pudeat desiderio tam cari hominis affici? aut quis debeat esse finis ejus desiderio? 2 Querulos cantus ad deplorandam Quintilii mortem accommodatos. 3 Jupiter, cujus filiæ dicuntur Musæ ex Mnemosyne.

4 Perpetua mors occupat. 5 Fides quæ neque prece, neque pretio corrumpitur. 6 Veritas aperta sine fuco. 7 Raro ut nunquam. 8 Mortuus est ille multis bonis deplorandus.

[9] Tu frustra pius, heu! non ita [10] creditum,
Poscis Quintilium Deos.
[11] Quod si Threïcio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem;
Non vanæ redeat sanguis imagini,
Quam virga semel horrida
Non lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi.
[12] Durum; sed levius fit [13] patientia,
Quidquid corrigere est [14] nefas.

9 Tu quamvis pius es, in vanum poscis Deos, ut Quintilium ab inferis excitatum tibi restituant. 10 Non ita tibi commissum à diis, ut nunquam moreretur.

11 Quid si tu blandius et delectabilius Thracio Orpheo moderere fidem, id est, citharæ chordam, auditam arboribus, id est, quam arbores audiebant et sequebantur, non redeat tamen sanguis vanæ imagini, id est, animæ incorporeæ, quam Mercurius non lenis precibus, sed inexorabilis, ad revocandam fati necessitatem semel compulerit et congregaverit in animarum multitudinem virga sua horrida, id est, caduceo, de quo vide supra, Ode XII.

12 Durum est talis amici mortem ferre. 13 Patiendo.

14 Non licet, vel, non est possibile, ἀδύνατον.

AD LYDIAM. Ode XXV.

Insultat ei, quod, jam vetula, vicissim à juvenibus contemnatur.

[1] Parcius [2] junctas quatiunt fenestras
[3] Ictibus crebris juvenes protervi,
Nec tibi somnos adimunt: amatque
[4] Janua limen,

1 Rarius quam antea. 2 Quasi clausas. 3 Lapidum jactu. 4 Janua tua clau-

[5] Quæ prius multum faciles movebat
Cardines. [6] Audis minus, et minus jam:
« Me tuo longas pereunte noctes
» Lydia dormis? »
[7] Invicem mœchos anus [8] arrogantes
Flebis, in solo levis angiportu,
[9] Thracio bacchante magis [10] sub inter-
lunia vento:
Cum tibi flagrans amor, et libido,
[11] Quæ solet matres furiare equorum,
Sæviet circa jecur [12] ulcerosum,
[13] Non sine questu;
Læta quod pubes edera [14] virenti
Gaudeat, [15] pulla magis atque myrto,
[16] Aridas frondes hyemis sodali
Dedicet Hebro.

sa est, nec à limine recedit. 5 Quæ quidem janua crebro olim aperiebatur.

6 Audis quotidie minus et minus vocem amatoris exclusi, dicentis: O Lydia, dormis noctes longas, dum ego qui tuus sum pereo?

7 Tu levis anus et contempta vicissim flebis arrogantes mœchos in solo angiportu, id est, cum fueris sola in angiportu derelicta ab amatoribus., Thracio vento bacchante magis sub interlunia. 8 Amatores te fastidientes. 9 Aquilone è Thracia furenter flante. 10 Paulo ante, vel, circiter interlunii tempus, quando sunt noctis tenebræ. Plinius vocat illud tempus Lunæ silentium. 11 Quæ solet equas ad libidinis furorem concitare: hinc mulieres libidinosæ dicuntur à Græcis ἱππομανεῖς, id est, equæ furentes. 12 Circa jecur tuum ulceribus madens propter ardorem libidinis. 13 Non sine querimonia, eo quod juvenes vetulis anteponunt puellas.

14 Viridiore ætate, puellis nimirum. 15 Quodque magis gaudeat pulla myrto, id est, subviridi myrto, id est, pene nigra. Metaph. est, nam myrtus nigra ponitur pro forma constante, quæ non facile perit, qualis est in puella subfusca et nigrante. Laudant Galli hunc colorem, quum puellam sic coloratam appellant *belle Brunette*. 16 Quod edentulas et rugosas anus ætate frigidas dedicet Hebro Thraciæ fluvio frigidissimo, qui idcirco dicitur hyemis sodalis, quod septentrioni subjacet, ubi maximum est frigus.

DE ÆLIO LAMIA. Ode XXVI.

Se, soluto animo, velle Lamiam laudare.

[1] Musis amicus, tristitiam et metus
[2] Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis : [3] queis sub [4] Arcto
Rex gelidæ metuatur oræ,
Quid [5] Tiridatem terreat, unice
Securus. [6] O quæ fontibus [7] integris
Gaudes, [8] apricos necte flores,
Necte meo [9] Lamiæ coronam
[10] Pimplea dulcis! nil [11] sine te mei
Possunt honores. [12] Hunc fidibus novis,
Hunc Lesbio sacrare plectro
Teque, tuasque decet sorores.

1 Ordo est : Ego amicus Musis tradam tristitiam et metum protervis ventis portare in Creticum mare, id est, ut portent eas animi ægritudines in mare. 2 Tradere ventis, est oblivioni tradere. Perinde ac si diceret, ego omnes curas ex animo ejiciam. 3 Unice securus, id est, non admodum sollicitus à quibus AEolus rex oræ gelidæ metuatur, et quid terreat Tiridatem Armeniæ regem : quasi dicat, quid nostra interest, qui Musas colimus, reges et potentes viros suis affectibus exagitari ? 4 Sub ursa, signo cœlesti. 5 Alii legunt Mithridatem.

6 Ordo est : O Pimplea dulcis, quæ gaudes integris fontibus, necte flores, necte coronam meo Lamiæ. 7 Fontibus puris et plenis, id est, viris bonis et incorruptis. 8 Flores in apricis locis nascentes sunt pulchriores. 9 Qui Consul fuit anno octavo post mortem Horatii cum M. Servilio. 10 Musæ à Pimpla Macedoniæ monte Musis sacro appellantur Pimpleïades. 11 Sine Musarum instinctu, poësis mea in laudem Lamiæ facta nihil honoris ei acquiret.

12 Hunc, id est, Lamiam decet te tuasque sorores fidibus Latinis et plectro Lesbio, id est, carmine lyrico (quali Sappho et Alcæus ex Lesbo uti consueverunt) sacrare, id est, immortalitati consecrare.

ODE XXVII.

Ad Sodales inter pocula rixantes.

[1] NATIS in usum lætitiæ scyphis
Pugnare Thracum est. Tollite barbarum
Morem, [2] verecundumque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
[3] Vino et lucernis Medus [4] acinaces
[5] Immane quantum discrepat! Impium
[6] Lenite clamorem sodales,
Et [7] cubito remanete presso.
Vultis [8] severi me quoque sumere
Partem Falerni? [9] dicat Opuntiæ
Frater [10] Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat sagitta.
[11] Cessat voluntas? non alia bibam
[12] Mercede. [13] Quæ te cumque domat Venus,

1 Pugnare cum scyphis natis, id est, natura factis in usum lætitiæ, est hominum barbarorum, cujusmodi sunt Thraces, gens per ebrietatem rixis dedita. 2 Et prohibete rixas sanguineas à Baccho, quem cum verecundia et modestia tractare debetis. Hyppallage est.

3 A vino et conviviis nocturnis (quæ lucernis indigent) magnopere discrepat ferrum. 4 Gladius Persicus pro quovis gladio. 5 Quam multum discrepat? id est, mirum in modum. Immane hic ponitur pro magno. 6 Compescite vociferationem et tumultum.

7 Ne insurgite ad pugnam, sed discumbite cubito innitentes veterum Romanorum more.

8 Vini austeri et acrioris saporis.

9 Non alia bibam conditione, nisi frater Megillæ (unus è conviviis) dicat quo vulnere, id est, cujus puellæ amore sit saucius, et qua sagitta Cupidinis pereat, id est, quam amet puellam.
10 Megilla dicta est Opuntia ab Opunte Locridis urbe, ubi nata est.

11 Negas puellam quam amas nominare? 12 Nullo alio pretio adducar ad bibendum.

13 Quæcumque Venus aut amasia

Non erubescendis adurit
[14] Ignibus : [15] ingenuoque semper
Amore peccas. [16] Quidquid habes, age,
Depone [17] tutis auribus.... [18] Ah! miser,
[19] Quanta laboras in Charybdi!
Digne puer meliore [20] flamma.
[21] Quæ saga, quis te solvere Thessalis
Magus venenis, quis poterit deus?
[22] Vix illigatum te triformi
[23] Pegasus expediet [24] Chimæræ.

sub suum te jugum mittit, non est cur pudeat pœniteatve te eam amare, quia libera est et ingenua. 14 Amoribus non ignobilibus. 15 Ingenuam non servilem aut mercenariam semper amas.

16 Quæcumque ea sit quam amas, age, dic mihi in aurem non vulgaturo. 17 Auribus fidelibus et clausis ad rem creditam continendam. 18 Horatius audito puellæ nomine exclamat. 19 Quanto in periculo versaris! quam rapacem et avaram meretricem (propter voracitatem Charybdi similem) nactus es! 20 Meliori amore.

21 Quæ mulier venefica et incantatrix? Quis Magus poterit te ejus amore liberare Thessalis venenis, id est, herbis efficacissimis, cujusmodi sunt in Thessalia? 22 Pegasus te illigatum, id est, te in illa implicitum et impeditum vix solvet ab hac Triformi chimæra. Poëta, ut supra meretricem Charybdi, propter rapacitatem, ita hic Chimæræ, propter varios dolos et libidinum incitamenta comparat.

23 Equus alati Bellerophontis, Neptuni et Medusæ filius. 24 Chimæra Typhonis et Echidni filia, monstrum horrendum, tria habuit capita, unum Leonis, alterum Capræ, tertium Draconis, unde dicta est triformis.



ODE XXVIII.

Inducitur Archytas nautæ cuidam respondens, omnibus esse moriendum, oransque ne se insepultum jacere patiatur.

[1] Te maris et terræ, numeroque carentis arenæ
[2] Mensorem cohibent, Archyta,
Pulveris exigui prope littus [3] parva [4] Matinum
Munera, nec quidquam tibi [5] prodest
[6] Aërias tentasse domos, animoque rotundum
Percurrisse [7] polum, morituro.
[8] Occidit et Pelopis [9] genitor conviva deorum,
[10] Tithonusque remotus in auras,
Et Jovis arcanis [11] Minos admissus, habentque
Tartara [12] Panthoïden [13] iterum Orco
Demissum, [14] quamvis clypeo Trojana refixo
Tempora testatus, nihil ultra

1 Archytæ cadaver sic nauta alloquitur: O Archyta parva munera exigui pulveris prope littus Matinum cohibent, id est, continent, te mensorem maris, terræ et arenæ quæ caret numero. 2 Geometram. 3 Munera parvi sumptus, id est, parvum sepulchrum, quod munus et officium viventes præstare debent mortuis.

4 Matinus mons est in Apulia juxta quem Archytas jacet sepultus. 5 Ad mortem effugiendam. 6 Quod sis adeo curiosus in astris observandis. 7 Cœlum mente peragrasse.

8 Respondet Archytas: Non est mirum me Mathematicum et philosophum esse mortuum, quum mors sit omnibus communis. 9 Tantalus, qui deos in convivium recepit. 10 Tithonus Laomedontis filius, tandem post longissimam vitam, in cicadam transformatus dicitur. 11 Minos Rex Cretæ, qui nono quoque anno sermones cum Jove conferre solebat. 12 Pythagoram, qui animarum transmigrationem suo confirmabat exemplo, dicens se fuisse apud Trojam Euphorbum Panthoi filium. 13 Sæpe mortuum, transeunte ejus anima in alios. 14 Quamvis per detractum è poste templi Euphorbi clypeum testatus se Trojanis temporibus Euphorbum fuisse, nihil præter

Nervos, atque cutem morti concesserat atræ,
Judice te, [15] non sordidus auctor
Naturæ, verique. Sed omnes una manet [16] nox,
Et calcanda semel via lethi.
Dant alios [17] Furiæ torvo spectacula Marti.
Exitio est avidis mare nautis.
[18] Mista senum, ac juvenum [19] densantur funera. Nullum
Sæva caput [20] Proserpina fugit.
Me quoque [21] devexi rapidus comes Orionis
[22] Illyricis Notus obruit undis.
[23] At tu, nauta, vagæ ne parce [24] malignus arenæ
Ossibus, et capiti inhumato
Particulam dare. [25] Sic quodcumque minabitur Eurus
Fluctibus Hesperiis, [26] Venusinæ
Plectantur silvæ, [27] te sospite; multaque merces,
[28] Unde potest, tibi defluat [29] æquo
Ab Jove, Neptunoque sacri custode [30] Tarenti.

corpus interire sibi persuaserat. 15 Nobilissimus indagator naturalis veritatis.

16 Una mortis necessitas omnes expectat. 17 A furiis conflantur bella quæ Martis sunt ludi.

18 Cujusque ætatis homines interire oportet, quamvis diverso mortis genere. 19 Cumulantur.

20 Mors, est enim Proserpina mortis et vitæ arbitra.

21 Devexum intellige, vel qui ad occasum vergit, vel qui in declivi cœli parte situs est. Nam Orion, sive oriens sive occidens, nimbos et ventos excitat, qui idcirco ipsius comites dicuntur. 22 Firmum est castellum vergens ad Illyriam, unde hic Archytas dicitur Firmanus.

23 Archytas nautam orat, ne remaneat insepultus. Ordo est: at tu, nauta, ne parce malignus dare particulam vagæ arenæ ossibus et inhumato capiti, id est, corpori meo. 24 Ne parce tanquam malignus, sed velis hilariter et bono animo dare.

25 Adjurantis est, vel comprecantis. Rogat enim, si nauta eum sepeliverit, ut omnes tempestates à navigantibus avertantur in silvas. 26 Silvæ Venusinæ luant, pro quibuscumque silvis. Venusium civitas est Apuliæ. 27 Te salvo. 28 Undecumque est occasio.

29 Ab Jove tibi favente. 30 Ubi Neptunus devotius colebatur.

[31] Negligis immeritis nocituram
Postmodo te natis [32] fraudem committere forsan.
[33] Debita jura, vicesque superbæ
Te maneant ipsum. Precibus non linquar [34] inultis,
[35] Teque piacula nulla resolvent.
Quanquam festinas, [36] non est mora longa, licebit
Injecto [37] ter pulvere [38] curras.

31 Leve esse putas. Ordo est, forsan tu negligis committere fraudem nocituram postmodo te natis immeritis, id est, paulo post ex te natis. 32 Culpam committere (me non sepeliendo) quæ sit culpa etiam tuis liberis immerentibus nocitura.

33 Si me inhumatum relinquas, justa sepulturæ cadaveri insepulto debita, et pœnæ graves reciprocæque superbis factis dignæ te expectent. 34 Execrationibus meis frustratis, *ac si diceret*, eventura precatus sum. 35 Nulla te sacrificia expiabunt, nisi meo cadaveri terram injeceris.

36 Persuadet à facili. 37 Ter manes vocabant. Virg. *Et magna manes ter voce vocavi.* 38 Licebit ut naviges.

AD ICCIUM. Ode XXIX.

Mirum quiddam et monstri simile dicit esse, eum à philosophiæ studio ad militiam transisse.

Icci, [1] beatis nunc Arabum [2] invides
Gazis, et acrem militiam paras
Non ante [3] devictis Sabææ
[4] Regibus, horribilique Medo
[5] Nectis catenas. [6] Quæ tibi virginum
Sponso necato barbara serviet?

1 Divitiæ (ut putat vulgus) beatos efficiunt. 2 AEmularis Arabum divitias, quarum particeps cupis fieri per militiam. 3 Regibus non à Romanis, sed olim ab Alexandro devictis. 4 Militiam paras contra Reges Sabææ, quæ AEthiopiæ est Metropolis et civitas regia. 5 Fabricas.

6 Quæ virgo tuæ serviet libidini (virgo quidem barbara, quamvis pul-

Puer quis [7] ex aula, capillis
[8] Ad cyathum statuetur [9] unctis,
Doctus sagittas tendere [10] Sericas
Arcu paterno? [11] Quis neget arduis
Pronos relabi posse rivos
Montibus, et Tiberim reverti:
Cum tu coëmptos undique nobiles
Libros [12] Panæti, Socraticam et [13] domum
[14] Mutare loricis [15] Iberis,
Pollicitus [16] meliora, [17] tendis?

chra) postquam sponsus erit à te occisus.

7 Puer regius, vel nobili genere natus. 8 Ad ministrandum tibi pocula. 9 Capillis unguento delibutis. 10 Doctus optime sagittare ut Seres, populus Parthis vicinus. 11 Ordo est: quis neget relabi posse rivos pronos arduis montibus, et Tiberim posse reverti, quum tu pollicitus meliora, tendis mutare loricis Iberis libros nobiles Panætii undique coëmptos et domum Socraticam. 12 Philosophi sectæ Stoicæ nobilissimi. 13 Familiam Socraticam, Platonem, Xenophontem et alios veteres Academicos. 14 Philosophiæ studio omisso, arma capere. 15 Loricis Hispanicis. 16 Quam militiam persequi. 17 Contendis et in animo habes?

AD VENEREM. Ode XXX.

Ut in ædem Glyceræ veniat.

O Venus regina [1] Gnidi, Paphique,
[2] Sperne dilectam Cypron, et [3] vocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
[4] Transfer in ædem.

1 Est Gnidus urbs Cariæ, ubi Venus sanctissime colebatur. Paphos urbs in Cypro insula, de qua supra Ode XIX.

2 Minoris facito. 3 Glyceræ te invocantis et tibi sacrificantis. 4 Migra in sacellum à Glycera tibi consecratum.

Fervidus tecum [5] puer, et solutis
[6] Gratiæ zonis, properentque [7] Nymphæ,
Et [8] parum comis sine te [9] Juventas,
[10] Mercuriusque.

5 Cupido. 6 Gratiæ tres sunt Virgines, Veneris comites, quæ pinguntur solutis ac perlucidis vestibus, quia amicorum animi soluti inter se et aperti esse debent. 7 Nympharum varia sunt genera, Naïades, Oreades, Dryades, etc. 8 Juventas severa et tristis sine te, id est, sine rebus venereis. 9 Juventas Dea, Jovis et Junonis filia, quam Græci appellant *Heben*, id est, pubertatem. 10 Multum valet eloquentia ad amorem conciliandum.

ODE XXXI.

Quid petendum ab Apolline.

Quid [1] dedicatum poscit Apollinem
[2] Vates? quid orat, [3] de patera novum
Fundens liquorem? non opimas
[4] Sardiniæ segetes feracis;
Non [5] æstuosæ grata Calabriæ
Armenta; non aurum, aut ebur [6] Indicum;
Non rura, quæ [7] Liris quieta
[8] Mordet aqua, taciturnus amnis.
[9] Premant calena falce, quibus dedit

1 Apollinem divinis honoribus affectum, cui Augustus in Palatio templum dedicaverat. 2 Horatius de se loquitur in tertia persona. 3 De calice fundens vini primitias, sacrificantium more.

4 Horatius non poscit agros fertiles pinguis Sardiniæ, quæ insula est in mari Tyrrheno. 5 Calabriæ Solis ardore torridæ, quæ est ora Italiæ, proxima Siciliæ, omni bonorum genere plena, equorum præsertim. 6 Virgil. *India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.* 7 Liris est Campaniæ fluvius lenis et altus. 8 Alluit, vel lambit, ut supra, Ode XXII.

9 Calcent in torculari uvas abscissas cultello, instar falcis, quæ Calena dicitur à Calibus oppido in agro Sabino, ubi optima nascuntur vina.

Fortuna vitem: [10] dives et aureis
Mercator [11] exsiccet culullis
Vina Syra reparata merce,
Dîs carus ipsis; quippe ter et quater
Anno revisens æquor [12] Atlanticum
[13] Impune. Me pascunt olivæ,
Me [14] cichorea, [15] levesque malvæ.
Frui [16] paratis et [17] valido mihi
[18] Latoë dones: et, precor, [19] integra
Cum mente, [20] nec turpem senectam
Degere, nec cithara carentem.

10 Ordo est: et dives mercator carus diis ipsis, quippe ter aut quater anno impune revisens Atlanticum mare, exsiccet vina aureis culullis. 11 Bibat in poculis vina reparata, id est, vina empta vel permutata Syriis mercibus. 12 Mare remotissimum.

13 Sine naufragio, ergo Diis carus est mercator.

14 Herba est notissima. 15 Malvæ lubricæ, quæ ventrem gravem levant.

16 Iis quæ ego paravi. 17 Mihi sano. 18 O Apollo Latonæ fili. Ordo est: ô Latoë, precor, ut dones mihi valido frui paratis cum mente integra, et dones degere senectam nec turpem, nec cithara carentem. 19 Cum mente sana. 20 Non delirantem vel inhonoratam senectutem, sed laudabilem et jucundam.

ODE XXXII.

Ad Lyram, ne desistat canere.

[1] Poscimus, si quid [2] vacui sub umbra
[3] Lusimus tecum, quod et hunc in annum
Vivat, et plures: age, dic [4] Latinum
Barbite carmen,

1 Poscimus te, ô barbite, si quid memoria dignum in occulto per otium scripsimus, ut id evulgetur, et in publicum prodeat. 2 Otiosi et à negotiis liberi. 3 Cecinimus. 4 Cujus ego sum author et princeps.

[5] Lesbio primum modulate civi,
[6] Qui ferox bello, tamen inter arma,
Sive jactatam religârat udo
Littore navim;
[7] Liberum, et Musas, Veneremque, et illi
Semper hærentem [8] puerum canebat,
Et [9] Lycum nigris oculis, nigroque
[10] Crine decorum.
O decus Phœbi, et dapibus supremi
[11] Grata testudo Jovis! ô laborum
Dulce lenimen! [12] mihi cumque salve
Rite vocanti.

5 Qui primum usurpatus es ab Alcæo ad canendos versus Lyricos. Nota, quod participium verbi deponentis passive profertur. 6 Qui quidem Alcæus vir militaris et bellicosus, tamen sive bella gereret, sive in portu à navigatione conquiesceret, citharæ solatium non omisit. 7 Convivia quæ vino abundant. 8 Cupidinem. 9 Puerum quem Alcæus amabat. 10 Prisci laudabant in pueris et puellis oculos et crines nigros.

11 O Cithara supremi Jovis epulis apta. 12 Salve cithara dulce solatium mihi, te cumque, id est, te quovis tempore vocanti.

AD ALBIUM TIBULLUM. Ode XXXIII.

Solatur eum aliorum exemplo, qui amantes, non redamentur.

Albi, [1] ne doleas plus nimio, memor
[2] Immitis Glyceræ, neu [3] miserabiles
Decantes elegos, [4] cur tibi junior

1 Ne forte doleas plus multo. 2 Glyceræ crudelis, quod amantem non redamet, sed fidem datam violet. 3 Rebus miserabilibus carmen Elegiacum imprimis erat attemperatum. 4 Quod rivalis junior tibi anteponatur et plu–

[5] Læsa præniteat fide.
[6] Insignem [7] tenui fronte Lycorida
Cyri [8] torret amor; Cyrus in asperam
[9] Declinat Pholoën : sed prius [10] Appulis
Jungentur capreæ lupis,
[11] Quam turpi Pholoë peccet [12] adultero.
[13] Sic visum Veneri, cui placet [14] impares
Formas, atque animos [15] sub juga ahenea
Sævo mittere cum joco.
Ipsum me [16] melior cum peteret Venus,
[17] Grata detinuit compede [18] Myrtale
Libertina, fretis [19] acrior Hadriæ
[20] Curvantis Calabros sinus.

ris fiat à Glycera. 5 Fracta fide quam tibi dederat Glycera.

6 Ne forte doleas plus justo, hoc te scire volo, quod Lycoris Cyri amore incenditur, at Cyrus spernit Lycorida. 7 Parva fronte. 8 Inflammat. 9 Cyrus propensus est in amorem Pholoës asperæ et protervæ. 10 Pro quibusvis lupis. 11 Quam Cyro morem gerat Pholoë. 12 Amatore, sic infra amatorem nominat adulterum. Ode XXXVI.

13 Sic placitum est Veneri una cum sævo Joco, id est, Cupidine. 14 Formas inæquales et discordes inter se jungere; utpote, quum deformis formosum, senex puellam, vel quis alius forma vel moribus disparem amat. 15 Sub durum et difficilem amorem, quum maritus cogitur omnia facere non suo, sed conjugis arbitratu.

16 Quum elegantior puella me expeteret. 17 Grata servitute me devinxit. 18 Nomen concubinæ. 19 Iracundior fretis Hadriæ. 20 Quod Calabriam ambit, vel quod sese in Calabriam insinuat.



AD SEIPSUM. Ode XXXIV.

Pœnitere se irreligiosum extitisse, dum Epicureos sectaretur.

[1] Parcus Deorum cultor, et [2] infrequens,
Insanientis dum sapientiæ
[3] Consultus erro; [4] nunc retrorsum
Vela dare, [5] atque iterare cursus
Cogor relictos. Namque [6] Diespiter
[7] Igni corusco nubila dividens,
Plerumque [8] per purum tonantes
[9] Egit equos, volucremque [10] currum,
Quo [11] bruta tellus, et vaga flumina,
Quo [12] Styx, et [13] invisi horrida Tænari
Sedes, [14] Atlanteusque finis
Concutitur. [15] Valet ima summis
Mutare, et insignem [16] attenuat Deus,
[17] Obscura promens. [18] Hinc apicem rapax

1 Tardus. 2 Rarus, non assuetus. 3 Dum erro consultus, id est, peritus Epicureæ sapientiæ, quæ docet contemnere omnes religiones. 4 Nunc mutare consilium cogor. Metaph. à nautis ducta, qui, quum aberraverint, retro navigant. 5 Atque recurrere, et eadem redire via, fortasse ab Epicureis ad Stoicam professionem.

6 Jupiter, diei et lucis pater. 7 Fulmine nubes disrumpens. 8 Per aëra vel cœlum serenum. Fulmina puro cœlo facta portendunt hominibus tristia: Poëta igitur non vano deorum metu perterritus, resipiscit. 9 Tonuit. 10 Vide supra Ode XII. 11 Tellus immobilis, gravis et sine sensu. 12 Inferorum palus. 13 Tænari odiosi sedes. Est Tænarus urbs Laconiæ, vel promontorium, unde fingunt poëtæ descensum esse ad Inferos. 14 Atlas mons est in ultimo Oceani fine, cujus cacumen cerni non potest.

15 Deus alta potest humilia reddere, humiliaque in altum attollere. 16 Deus obscurat excellentem. 17 Quæ non apparent aperiens.

18 Ab hoc homine apicem, id est, summitatem potestatis aufert Fortuna.

[19] Fortuna cum [20] stridore acuto
Sustulit : [21] hic posuisse gaudet.

19 Poëta Fortunam et Deum pro eodem hic ponere videtur. 20 Cum strepitu luctuoso. 21 Hic posuisse gaudet, id est, in alium opes et honores transfert.

AD FORTUNAM. Ode XXXV.

Orat Fortunam ut servet Cœsarem in Britannos ire meditantem.

O [1] Diva, gratum quæ regis [2] Antium,
[3] Præsens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
[4] Vertere funeribus triumphos :
Te pauper [5] ambit sollicita prece
Ruris colonus, te dominam æquoris
[6] Quicumque Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.
Te [7] Dacus asper, te [8] profugi Scythæ,
Urbesque, gentesque, et Latium ferox,
Regumque [9] matres barbarorum, et
[10] Purpurei metuunt tyranni,
Injurioso ne pede proruas
[11] Stantem columnam, [12] neu populus frequens

1 O Fortuna Jovis subministra. 2 Quæ præsides Antio urbi, in qua templum tibi consecratum. 3 Potens et parata hominem de ima plebe in altum efferre. 4 Mutare in cædes et funera. 5 Te rogat. 6 Omnis te rogat, qui lacessit, id est, qui navigat et remis impellit pelagus Carpathium Bithyna carina. 7 Gens bellicosa juxta Istrum fluvium degens. 8 Scytæ in plaustris tanquam in domibus habitantes, certam sedem nusquam habentes. 9 Solent matres timere liberis. 10 Reges purpura ornati. 11 Statum imperii ne evertas. 12 Neve populus congregatus concitet quietos ad arma et destruat imperium.

Ad arma cessantes, ad arma
Concitet, imperiumque frangat.
Te semper anteit sæva [13] necessitas,
[14] Clavos trabales, et [15] cuneos manu
Gestans ahena: nec severus
[16] Uncus abest, liquidumque plumbum.
[17] Te spes, et albo [18] rara fides colit
Velata panno: [19] nec comitem abnegat
[20] Utcumque mutata potentes
Veste domos inimica linquis.
At vulgus infidum, et meretrix [21] retro
Perjura cedit: diffugiunt cadis
Cum fæce siccatis amici,
Ferre jugum pariter [22] dolosi.
[23] Serves iturum Cæsarem in ultimos
Orbis Britannos, [24] et juvenum recens

13 Idcirco necessitas dicitur Fortunam præcedere, quod certiora sunt et stabiliora quæ fiunt necessario, quam quæ fortuito. 14 Trabales sunt clavi magni, quibus trabes configuntur, vel, ut alii volunt, sunt prægrandes pali ad instar clavorum cuspidem habentes, ad torquendum et cruciandum noxios parati. 15 Quibus insertis non solum res finduntur, sed etiam combinantur. 16 Unco utebantur antiqui ad maleficorum pœnas, sed hic significat hamum ferreum, quo saxa et cæmenta firmissime inter se devinciuntur, præsertim plumbo liquido adjecto.

17 Ordo est, te Spes albo velata panno, et rara Fides colit. Alludit ad candidatos, qui veste candida induti quum peterent Magistratum aut dignitatem, sperabant se ἐυτυχεῖς futuros. 18 Fides nuda et simplex, vel, quæ à paucis colitur. 19 Nec ipsa (Fides scilicet) tibi comes esse recusat; fidelis enim amicus non deserit amicum olim florentem, nunc miserum. 20 Quandoque tu facta inimica linquis et deseris quos antea beaveras, veste tua mutata aut luctu aut pauperie.

21 Retrocedit et diffugit te mutata et adversa. 22 Amici dolosi et fraudulenti in ferendo pariter jugo cum amicis calamitate affectis, diffugiunt consumptis amicorum divitiis.

23 O Diva gratum quæ regis Antium, serves iturum Cæsarem, etc. 24 Et

Examen Eois timendum
Partibus, [25] Oceanoque rubro.
Eheu! [26] cicatricum, et sceleris pudet,
[27] Fratrumque. [28] Quid nos dura refugimus
Ætas? quid intactum [29] nefasti
Liquimus? unde manus juventus
[30] Metu Deorum continuit? [31] quibus
Pepercit aris? [32] ô utinam nova
Incude diffingas retusum in
[33] Massagetas, Arabasque ferrum!

serva novum exercitum ex juvenibus conscriptum. Eois, id est, Orientalibus partibus, Medis, Persis, etc., horribilem. 25 Et formidolosum Britannis, qui incolunt partem mundi solis occasui propinquam, cujus radiis Oceanus quasi rubescit.

26 Pudor vulnerum in bello civili acceptorum. 27 Fratrum interfectorum, qui contrariarum erant partium.

28 A quo scelere refugimus nos, qui sumus dura ætas, id est, homines hujus ætatis sine misericordia? 29 Nefarii. 30 Religione adversus Deos.

31 Quæ templa deorum non violat juventus?

32 O fortuna, utinam nova incude diffingas, id est, de novo fingas et refabrices ferrum retusum in bello civili, quod non in cives, ut in prima fabricatione, sed in hostes Massagetas et Arabes formari debeat. Ego certe hanc explicationem (cum bona Lambini venia) neque pinguem esse puto, neque elegantia Horatiana indignam, sed cum genuino sensu totius Ode optime consentire. 33 Populum Scythicum ultra mare Caspium.

AD POMPONIUM NUMIDAM. Ode XXXVI.

Gratulatur Numidæ amico faustum in patriam reditum.

Et thure, et [1] fidibus juvat
Placare, et vituli sanguine [2] debito
Custodes Numidæ [3] Deos:

1 Carmine lyrico. 2 Debito, vel voti vel officii causa. 3 Castorem et Pollucem navigationis præsides, iratos forsan futuros nisi sacrificia eis promissa

[4] Qui nunc [5] Hesperia sospes ab ultima
Caris multa sodalibus,
Nulli plura tamen dividit oscula,
Quam dulci Lamiæ; [6] memor
Actæ non alio rege puertiæ,
[7] Mutatæque simul togæ.
[8] Cressa ne careat pulchra dies nota,
[9] Neu promptæ modus amphoræ,
[10] Neu morem in Salium sit requies pedum,
[11] Neu multi Damalis meri
Bassum Threïcia vincat [12] amystide,
Neu desint epulis rosæ,
Neu [13] vivax apium, neu [14] breve lilium.
[15] Omnes in Damalim putres

persolveret. 4 Ordo est, qui nunc sospes reversus ab ultima Hesperia dividit multa oscula caris sodalibus, nulli tamen plura quam dulci Lamiæ, memor pueritiæ actæ non alio rege, et memor simul mutatæ togæ. 5 Hispania, non ab ea Hesperia, quæ apud hunc poëtam sæpe pro Italia ponitur. 6 Memor pueritiæ exactæ sub eodem magistro et communi doctore. 7 Cumque essent ætate pares, simul et eodem tempore prætexta deposita, togam virilem sumpserunt.

8 Cretensi vel niveo lapillo notetur hæc dies. 9 Neve in bibendo sit mensura, sed promatur vinum in amphora magna.

10 Neve cessent saltus et tripudia in morem Salium, id est, ut saltant Salii Martis Gradivi sacerdotes, à Numa Pompilio primum instituti. Salium est adjectivum quarti casus. 11 Neque Damalis, quæ multi meri est et mulier bibacissima, Bassum vincat in potando, sed cum Numida potius contendat bibendo. 12 Poculo capacissimo, quod sine interspiratione haustim et labris non clausis epotabatur. Alii dicunt amystidem hoc loco non poculum significare, sed intemperatum inter Thraces bibendi genus, in quo compotatores potum in alvum non secus atque in dolium infundebant, idque confertim, et sine respiratione, cui sorbillare paulatim est contrarium. Angli appellant *Carowsing or drinking of health.* 13 Apium diu virens. 14 Lilii flos magnus est, sed durat brevi tempore.

15 Omnes defigent et conjicient in Damalim suos oculos putres, id est, oculos ebrios vel libidine fractos.

Deponent oculos; [16] nec Damalis novo
Divelletur adultero,
Lascivis ederis [17] ambitiosior.

16 Non tamen illa divelletur à novo amatore Pomponio Numida. 17 Eum arctius ambiens, quam hederæ complectuntur arbores.

AD SODALES. Ode XXXVII.

Sodales suos ad lœtitiam hortatur ob Actiacam Augusti victoriam.

NUNC est bibendum, [1] nunc pede libero
Pulsanda tellus, nunc [2] Saliaribus
Ornare [3] pulvinar Deorum
[4] Tempus erat dapibus, sodales.
[5] Antehac nefas depromere Cæcubum
[6] Cellis avitis, [7] dum Capitolio
Regina dementes ruinas,
[8] Funus et imperio parabat,
Contaminato cum grege [9] turpium
Morbo virorum: [10] quidlibet impotens
Sperare, fortunaque dulci

1 Nunc post Augusti victoriam libere tripudiandum est. 2 Dapibus opiparis et delicatis, cujusmodi Salii Martis sacerdotes uti consueverunt. 3 Lectulos et pulvinos, quibus dii imponebantur. 4 Tempus est.

5 Antehac nefas erat è cellis avitis depromere vinum Cæcubum, id est, vinum generosum. Cæcubum dictum à Cæcubis Campaniæ populis apud quos nascitur, sed nunc devicto Antonio cum Cleopatra, hoc erat illud tempus, in quo decebat epulari.

6 Cellæ avitæ annotant vini vetustatem, in qua laus summa est. 7 Interea dum demens Cleopatra ruinam et eversionem urbi et Reipub. Rom. moliretur. 8 Exitium. 9 Cum grege Eunuchorum turpi morbo laborantium, quos Cleopatra cubicularios habebat. 10 In eo impotens, quod se continere non poterat, quin ea spe-

[11] Ebria. [12] Sed minuit furorem
Vix una sospes navis ab ignibus :
Mentemque [13] lymphatam Mareotico
Redegit [14] in veros timores
Cæsar, ab Italia [15] volantem
[16] Remis adurgens, accipiter velut
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis nivalis
[17] Æmoniæ, daret ut catenis
Fatale monstrum : quæ generosius
Perire quærens, [18] nec muliebriter
Expavit ensem, nec latentes
Classe cita reparavit oras.
Ausa et [19] jacentem visere regiam
Vultu sereno fortis, [20] et asperas
Tractare serpentes, ut [21] atrum
Corpore combiberet venenum,
[22] Deliberata morte ferocior;

raret quæ speranda non erant. 11 Rebus secundis elata, et ob hoc improvida, ut solent esse ebrii.

12 Sed ejus in sperando insaniam compressit vix una navis superstes in qua fugit Cleopatra. 13 Mentem furiosam vino, quod apud Mareotidem in AEgypto paludem nascitur, vel mentem fanaticam Mareotici regni, id est, regni AEgyptiaci opulentia dementatam.

14 In timores mentem ejus graviter concutientes. 15 Celeriter fugientem. 16 Ordo est, Cæsar remis adurgens, id est, celeri navigatione Cleopatram persequens (velut accipiter, etc.) ut illam in vincula conjiceret quasi monstrum fatis sibi reservatum. 17 Thraciæ ab Hæmone monte, frigido et nivoso. 18 Nec more mulierum extimuit ensem, nec celeri navigio in abstrusas AEgypti latebras se contulit, ubi latitaret.

19. Regnum suum desperatum et dejectum. 20 Et fortis, id est, impavida ad apponendos suo corpori serpentes. 21. Ideo atrum, quia veneno interempti plerumque nigrescunt et inflantur. 22 Propter deliberatam et præmeditatam mortem promptior effecta et ferocior, quam prius fuerat.

[23] Sævis Liburnis, scilicet invidens
[24] Privata deduci superbo
Non humilis mulier triumpho.

23 Scilicet invidens, id est, nolens ad triumphum Cæsaris Romam deduci sævis Liburnis, id est, in hostilibus navibus Liburnorum, quorum auxilio parta fuerat Augusto victoria. 24 Invidens etiam quod tanquam privata (non amplius regina) duceretur in superbo Cæsaris triumpho, existens mulier non ignobilis, sed summo loco nata.

AD PUERUM. Ode XXXVIII.

Non esse opus sibi magno apparatu.

[1] Persicos odi, puer, apparatus:
Displicent nexæ [2] philyra coronæ:
[3] Mitte sectari, rosa quo locorum
[4] Sera [5] moretur.
Simplici myrto nihil allabores
[6] Sedulus curo: neque te ministrum
Dedecet [7] myrtus, neque me sub arcta
Vite bibentem.

1 Odi regales et sumptuosas delicias, scil. odores, unguenta, coronas operosas, quibus uti solebant Persæ in conviviis. 2 Tenuissima tiliæ membrana qua flores floribus annectebantur. 3 Omitte studiose quærere quo in loco succrescunt rosæ tardius enascentes, ex quibus fiunt coronæ. 4 Rosa serotina, quæ elapso suo tempore non nisi in raris locis invenitur. 5 Maneat et ultra cæteras rosas duret.

6 Sedulo curo ut nihil laboriose addas ad convivium condecorandum præter myrtum. 7 Myrtus Veneri gratissima et ad discutiendum vini vaporem utilissima, non faciet te minoris esse gratiæ, neque me, sub spissa et umbrosa vite bibentem.



QUINTI HORATII FLACCI
ODARUM SEU CARMINUM
LIBER SECUNDUS.

AD C. ASINIUM POLLIONEM. Ode I.

Eum monet ut suas de bellis civilibus Tragœdias tantisper intermittat, dum res civiles ordinârit.

[1] MOTUM ex Metello consule civicum,
Bellique [2] causas, et [3] vitia, et [4] modos,
Ludumque Fortunæ, [5] gravesque
Principum amicitias, [6] et arma
Nondum expiatis uncta cruoribus,
Periculosæ plenum opus [7] aleæ
Tractas, et incedis per ignes
Suppositos [8] cineri doloso.
[9] Paulum severæ Musa tragœdiæ
Desit theatris : mox, [10] ubi publicas

1 Tu Pollio tractas motum civilem ex Metello, id est, ex eo tempore quo Metellus fuit consul, etc. periculosæ plenum opus aleæ, etc. Intermitte hanc scriptionem, etc. et sine Musam tragicam paulisper desiderari in theatris. 2 Dominandi cupiditatem. 3 Arrogantiam, avaritiam, ambitionem. Pompeïus enim non ferebat parem, nec Cæsar superiorem. 4 Modos, quibus Fortuna lusit in his contentionibus, nunc adversa, nunc prospera. 5 Amicitias noxias et infidas. 6 Et arma sanguine civili oblita, nondum lota, nec aliqua expiatione pura effecta.

7 Opus plenum fortunæ, quæ, ut *alearum* lusus, dubium habebit eventum, tibique periculosum, quod multorum vitia quum notaveris, in eo non paucis displicebis. 8 Cineri, qui tegit ignes subjectos.

9 Paulisper intermittat tua Musa Tragœdias scribere, easque scenæ committere. 10 Postquam belli civilis

Res ordinâris, [11] grande munus
[12] Cecropio repetes cothurno,
[13] Insigne mœstis præsidium reis,
Et consulenti, Pollio, curiæ,
Cui [14] laurus æternos honores
[15] Dalmatico peperit triumpho.
[16] Jam nunc [17] minaci murmure cornuum
[18] Perstringis aures: jam litui strepunt:
Jam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumque vultus.
Audire magnos jam videor duces
[19] Non indecoro pulvere sordidos,
[20] Et cuncta terrarum subacta,
Præter atrocem animum Catonis.
Juno, et Deorum quisquis [21] amicior
Afris, [22] inulta cesserat impotens
Tellure, [23] victorum nepotes
Rettulit inferias Jugurthæ.

historiam, quæ res publicas continet, soluta oratione conscripseris. 11 Tragœdiæ scriptionem, quæ grandia continet, revocabis. 12 Atheniensi cothurno (quo tragœdi in theatris calceabantur) sic dicto à Cecrope Athenarum rege, qui primus scripsit tragœdias. 13 O Pollio, qui reis insignis es patronus, et curiæ, id est, senatui in statuendo de rep. das consilium, id à te expetenti. 14 Victoria, quæ laurum meruit. 15 Salonam Dalmatiæ civitatem vicerat Pollio, de qua egerat triumphum.

16 Tam graphice exprimis res gestas, ô Pollio, ut jam mihi videar non audire, sed interesse præliis quæ narras. 17 Murmure mortem minitante. 18 Percutis vel obtundis aures. 19 Pulvere glorioso sordidos, qui fortiter pugnantes pro patriæ libertate ceciderunt. 20 Et omnes terrarum partes imperio Rom. à Cæsare subjugatas præter invictum animum Catonis.

21 Qui faverat Numidis in bello Jugurthino. 22 Ab Africa discesserat haud potens suum odium explere. 23 Romanorum posteros nuper cæsos in Africa mactavit, tanquam victimas Jugurthæ manibus immolandas.

[24] Quis non Latino sanguine pinguior
Campus sepulchris impia prœlia
Testatur, [25] auditumque Medis
[26] Hesperiæ sonitum ruinæ?
[27] Qui gurges? aut quæ flumina lugubris
Ignara belli? quod mare [28] Dauniæ
Non decoloravere cædes?
Quæ caret ora cruore nostro?
[29] Sed ne relictis Musa procax jocis
Ceæ retractes munera [30] næniæ:
Mecum Dionæo sub antro
Quære modos leviore [31] plectro.

24 Quis campus factus pinguior Romanorum sanguine et sepulchris, non testatur impia prœlia, in quibus civem civis trucidavit? quasi diceret: Omnis campus est pinguior Romanorum sanguine. 25 Auditum ab extremi orbis habitatoribus præ stragis magnitudine. 26 Italicæ ruinæ. 27 Quæ aquarum congeries: *Est lamentatio belli navalis.*

28 Italorum cædes Dauniæ dictæ à Dauno rege Apuliæ, quæ pars est Italiæ.

29 Poëta dum tragicum laudat, ipse pene tragicus factus est: revocat igitur suam Musam à luctu et lamentis ad res amœnas et amatorias carmini lyrico aptiores. Ordo et sententia horum verborum hæc est: sed tu, ô procax, id est, petulans, Musa! ne iterum tractes lugubre carmen primo inventum à Simonide Poëta in Insula Cea nato, jocis, id est, rebus lascivis relictis, quære mecum modos, id est, versus faciliori stylo, sub antro Dionæo, id est, sub antro venereo, in quo res leves et venereæ sunt canendæ.

30 Nænia, carmen est lugubre, quod cum lamentatione extremum atque ultimum defunctis canitur. 31 Plectrum, Latine pecten, id est, instrumentum citharœdi, quo fides plectuntur, id est, percutiuntur, à πλήττω percutio.

AD CRISPUM SALLUSTIUM. Ode II.

Avaritiam vituperat, et liberalitatem extollit.

[1] NULLUS argento color est avaris
Abditæ terris, inimice lamnæ
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat usu.
Vivet [2] extento Proculeius ævo,
[3] Notus in fratres animi paterni :
[4] Illum aget penna metuente solvi
Fama superstes.
[5] Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam si Lybiam [6] remotis
Gadibus jungas, [7] et uterque Pœnus
Serviat [8] uni.
[9] Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
[10] Fugerit venis, [11] et aquosus albo

1 Ordo est : ó Crispe Sallusti inimice lamnæ (id est, laminæ) ab avaris in terris abditæ et defossæ, nullus est color vel splendor argento, id est, argentum nihil habet pulchritudinis, cujus nullus est usus moderatus.

2 Ævo producto ad posteros, id est, Proculeius vivet in æternum. 3 Nobilitatus propter animum paternum in suos fratres, qui hostes publici post Cæsaris victoriam judicati, omne patrimonium amiserant. 4 Fama perennis Proculeio superveniens, extollet eum penna cujus, nulla unquam dissolutio futura est : significatur æternitas, quæ neque perit neque perire metuit.

5 Latius possis regnare, si animum tuum à cupiditatibus refrænes, quam si orbem universum possideas. 6 Gadibus disjunctis et procul sitis ab ipsa Lybia. Gades oppidum est Hispaniæ à Pœnis conditum. 7 Tam Carthago quæ est in Africa, quam illa Carthago quæ est in Hispania Spartica dicta. 8 Tibi uni

9 Hydropicus dum bibendi desiderio obsequitur, morbum suum auget. 10 Fugiens è venis, id est, ex hepate infirmato. 11 Et nisi fugerit ex pallido et pigro corpore ipse hydrops, qui aquam inducendo facit languorem in corpore.

Corpore languor.
[12] Redditum Cyri solio [13] Phraaten,
Dissidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus, [14] populumque falsis
Dedocet uti
Vocibus: regnum, et diadema tutum
Deferens uni, propriamque laurum,
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos.

12 Ordo est: virtus dissidens plebi, id est, virtus à plebe discrepans, beatum non reputat Phraaten in Cyri sedem restitutum; et virtus dedocet, id est, virtus secus docet populum uti falsis vocibus; deferens uni sapienti regnum et tutum diadema, propriamque laurum, id est, gloriam specialem et perpetuam ei qui spectat ingentes acervos (pecuniæ) oculo irretorto, id est, oculo continenti; quique ad aspectum pecuniæ non magis movetur quam lapis. 13 Persarum regem, Cyri filium. 14 Populus inter beatos, reges, ut omnes alios divites, numerat.

AD Q. DELIUM. Ode III.

Moderate utraque ferenda fortuna.

[1] AEQUAM memento rebus in arduis
Servare mentem, non secus in bonis
[2] Ab insolenti temperatam
Lætitia, [3] moríture Deli;
Seu mœstus omni tempore vixeris,
[4] Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum beâris,

1 Mentem æquabilem, non fractam in rebus adversis. 2 A gestiente et profusa hilaritate temperatam in rebus secundis. 3 O Deli, qui moriturus es, sive mœstus vixeris, sive hilaris.
4 Seu te recumbentem ad bibendum feceris beatum in gramine remoto, id est, in loco herboso, à fre-

[5] Interiore nota Falerni ;
[6] Quo pinus ingens, albaque [7] populus
Umbram hospitalem consociare [8] amant
Ramis, et obliquo laborat
Lympha fugax [9] trepidare rivo.
[10] Huc vina, et unguenta, et nimium [11] breves
Flores amœnæ ferre jube rosæ,
[12] Dum res, et ætas, et sororum
Fila trium patiuntur atra.
[13] Cedes coemptis saltibus, et domo,
Villaque, [14] flavus quam Tiberis lavit:
Cedes, [15] et extructis in altum
Divitiis potietur hæres.
Divesne, prisco natus ab [16] Inacho,
Nil interest, an pauper, et infima
De gente [17] sub dio moreris,
[18] Victima nil miserantis [19] Orci.
[20] Omnes eodem cogimur : [21] omnium

quentia hominum remoto. 5 Vino optimo et vetustissimo, quale erat Falernum in interiore parte cellæ vinariæ reconditum. Consulum nominibus vini cadis inscriptis, ad tempus et vini præstantiam significandum.

6 In quo gramine. 7 Populus arbor, cujus frondes internæ sunt albæ. 8 Amanter consociant suos ramos ad umbram faciendam, quæ velut hospitium sit epulantibus. 9 Trepide fluere et cum murmure.

10 Ad hunc locum. 11 Rosæ cito deflorescentis. *Quam longa una dies, ætas tam longa rosarum est.* Virg. 12 Dum res familiaris et ætas juvenilis patiuntur, et dum Parcæ etiam patiuntur, quarum fila dicuntur atra, quod omnibus mortem minentur.

13 Discedes ab omnibus divitiis, et à villa etiam quam Tiberis præterfluit. 14 Vide Ode II. lib. I. 15 Et divitiis coacervatis potietur hæres, fortasse ingratus.

16 Argivorum rege. 17 An vivas sine domo et sub cœlo nudo habites. 18 Existens victima Plutoni mactanda, id est, qui es moriturus. 19 Orci, quem nullius miseret.

20 Omnes ad mortem compellimur. 21 Ordo est: sors omnium exitura serius vel ocyus, et nos impositura

Versatur [22] urna, [23] serius, ocyus
Sors exitura, et nos in æternum
Exilium impositura [24] cymbæ.

cymbæ in æternum exilium, versatur in urna. 22 In urna fatali, in quam conjiciuntur omnium sortes vitæ mortisque. 23 Sive tardius, sive celerius moriendum est. 24 Navi Charontis, quæ animas per Acherontem fluv. traducit.

AD XANTHIAM PHOCEUM. Ode IV.

Quod ancillam amet, non esse cur eum pudeat: multis enim magnis viris idem usu venisse.

[1] Ne sit ancillæ tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu: [2] prius insolentem
[3] Serva Briseis [4] niveo colore
Movit Achillem.
Movit Ajacem [5] Telamone natum
[6] Forma captivæ dominum Tecmessæ:
Arsit [7] Atreides medio in triumpho
[8] Virgine rapta,
[9] Barbaræ postquam cecidere turmæ
[10] Thessalo victore, [11] et ademptus Hector
Tradidit fessis leviora tolli

1 Ut non pudeat te amare ancillam Phyllidem. 2 Achillem antea non amare solitum. 3 Ex Lyrnesso capta; ergo serva, jure belli. 4 Colore candido, id est, sua pulchritudine. 5 Non Ajacem, qui fuit Oileï filius. 6 Pulchritudo Tecmessæ, quæ ex Ajace filium peperit Eurisacen. 7 Agamemnon Atrei filius in media victoria vehementer amavit Cassandram. 8 Cassandra Priami filia è templo Palladis rapta à Græcis. 9 Phrygiæ turmæ, quia Phryges proprie barbari dicebantur. 10 Achille, qui fuit ex Laryssa urbe Thessaliæ. 11 Et postquam Hector morte peremptus ab Achille, tradidit Græcis decennali bello fessis Pergama leviora tolli, id est, faciliora ut tollerentur et everterentur.

Pergama Graiis.
[12] Nescias, an te generum [13] beati
Phyllidis flavæ decorent parentes.
[14] Regium certe genus, et penates
Mœret iniquos.
Crede non illam tibi [15] de scelesta
Plebe delectam : [16] neque sic fidelem,
Sic lucro aversam, potuisse nasci
Matre pudenda.
Brachia et vultum, [17] teretesque Suras
[18] Integer laudo, [19] fuge suspicari,
Cujus octavum [20] trepidavit ætas
Claudere lustrum.

12 Incertum est, an pulchra Phyllis, quamvis captiva, sit summo loco nata. 13 Parentes nobiles et divites.

14 Dolet certe se tam regiis parentibus ortam penates habere sibi inimicos; adeo ut, jam captiva sit, et præ paupertate suo stemmati respondere nequeat. 15 Impura et abjecta plebe esse natam. 16 Neque crede mulierem tam fidelem, et à lucro abhorrentem potuisse nasci à matre erubescenda, id est, à matre quæ propter vitæ turpitudinem suis liberis est pudori.

17 Tibias longas et rotundas. 18 Castus laudo. 19 Noli suspicari me Phyllidis amore esse captum, quod eam laudo; quippe, quadragenarius sum, id est, languidior ad res venereas quam adolescens annos viginti natus. 20 Cujus ætas properavit finire octavum lustrum, id est, quinquennium octavum, scilicet XL annos.

IN LALAGEN. Ode V.

Revocandam esse mentem à cupiditate virginis immaturæ.

[1] NONDUM subacta ferre jugum valet
[2] Cervice : [3] nondum munia comparis

1 Lalage nondum est ad concubitum matura. Metaphora est perpetua, ducta à juvenca, quæ nondum subiit jugum, nec taurum irruentem ferre queat. 2 Cervice subacta, id est, supposita vel domita. 3 Nondum offici

Æquare, nec [4] tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa virentes est animus tuæ
Campos [5] juvencæ, nunc fluviis gravem
[6] Solantis æstum, nunc in udo
Ludere cum vitulis salicto
[7] Prægestientis. [8] Tolle cupidinem
Immitis [9] uvæ: jam tibi lividos
[10] Distinguet Autumnus racemos
Purpureo varius colore.
[11] Jam te sequetur. [12] Currit enim ferox
Ætas, [13] et illi, quos tibi dempserit,
Apponet annos. [14] Jam proterva
Fronte petet Lalage maritum
[15] Dilecta, quantum non Pholoë [16] fugax,
Non Chloris, [17] albo sic humero nitens,
Ut pura nocturno renidet

conjugii valet exæquare cum suo pari, id est, marito. 4 Pondus viri robusti ad concubitum prompti.

5 Tuæ puellæ. 6 Refrigerantis æstum. 7 Vehementer cupientis ludere non cum tauris morosis, sed cum vitulis lætis in udo salicto, id est, loco salicibus consito.

8 Est alia allegoria ducta ab uva immatura. 9 Puellæ impuberis, id est, ad concubitum propter teneriorem ætatem ineptæ. 10 Autumnus tibi fructus maturos depinget, id est, tempus subsequens illam tibi virginem maturabit.

11 Puellæ, quæ propter ætatem immaturam te nunc refugit, propediem matura te ultro petet. 12 Non tarda est ætas, cito pede labitur. 13 Et ætas, id est, tempus adjiciet tuæ Lalagi florentes annos, quos tibi detraxit, id est, illa maturescet, tu vero senesces.

14 Jam tua Lalage te maritum petet fronte inverecunda, id est, non pudebit eam maritum petere. 15 Dilecta à quocumque qui eam viderit, magis quam Pholoë et Chloris fœminæ pulcherrimæ. 16 Viros fugiens, ut inde plus ametur. 17 Lalage sic splendens humeris albis, quemadmodum luna pura, id est, luna nullis nebulis obducta, resplendet in mari tempore nocturno.

Luna mari, 18 Gnidiusve Gyges;
19 Quem si puellarum insereres choro,
Mire sagaces falleret hospites
Discrimen obscurum, solutis
Crinibus, ambiguoque vultu.

18 Puer formosissimus, Gnidius dictus ex Gnido Insula Veneri dicata. 19 Quem Gygen si inter puellas prostitueres, discrimen obscurum, id est, parva differentia falleret peregrinos, quantumvis acutos et perspicaces: nam ignoraretur ille ab hospitibus qui eum aspiciant, quia crinibus longis utitur et intonsis, faciemque habet tam venustam et politam, ut ambigi possit sitne puer an puella.

AD SEPTIMIUM. Ode VI.

Tiburtinæ et Tarentinæ regionis amœnitatem laudat.

Septimi 1 Gades aditure mecum, et
2 Cantabrum indoctum juga ferre nostra, et
3 Barbaras Syrtes, 4 ubi Maura semper
Æstuat unda:
Tibur Argeo 5 positum colono
Sit meæ sedes utinam senectæ!
6 Sit modus lasso maris, et viarum,
Militiæque!
7 Unde si Parcæ prohibent iniquæ,
Dulce 8 pellitis ovibus Galesi

1 Qui, si opus est, mecum aditurus es Gades ultimam Hispaniæ insulam. 2 Populum Hispaniæ ferocissimum, qui nondum didicit Romano imperio obedire. 3 Syrtes inhospitales. Vide Ode xxii. lib. 1. 4 Ubi unda Africana veluti fervens exundat. 5 Tibur conditum à Tiburno colono Argivo. 6 Utinam Tibur sit finis mihi, navigationibus, itineribus, et militia defatigato!

7 A quo Tibure si Parcæ, id est, tres sorores lanificæ (Erebi et noctis filiæ) me prohibent. 8 Adibo Galesum

Flumen, [9] et regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus [10] ridet, ubi non [11] Hymetto
Mella decedunt, viridique certat
[12] Bacca Venafro:
Ver ubi longum, tepidasque præbet
[13] Jupiter brumas, et amicus [14] Aulon,
Fertili Baccho minimum Falernis
Invidet uvis.
[15] Ille te mecum locus, et [16] beatæ
Postulant arces: [17] ibi tu calentem
[18] Debita sparges lacryma favillam
[19] Vatis amici.

Calabriæ fluvium juxta Tarentum, ubi oves aliis pellibus præterquam suis sunt coopertæ propter excellentem lanæ bonitatem, ne sua vellera inquinentur ad tincturæ nocumentum. 9 Et adibo Tarentum, in quo regnavit Phalantus Lacædemonius, quo duce Lacones Apollinis oraculo Tarentum condiderunt.

10 Arridet, placet. 11 Ubi mella non dant locum, id est, ubi mella non sunt deteriora melle suavissimo quod colligunt apes in Hymetto Atticæ monte, thymo aliisque herbis odoriferis abundante. 12 Et ubi oliva propter bonitatem contendit cum oliva quæ oritur in Venafro, oppido in Campaniæ littore sito. 13 Aër. 14 Aulon mons est Tarento vicinus, ferax, fertilis uvis, cujus uva non invidet, id est, non cedit neque est deterior uvis Falernis.

15 Ille locus, ubi hæc omnia sunt. 16 Beatæ arces, id est, fertiles montes. 17 Ibi tu, mihi mortuo, justa persolves. Favillam calentem, id est, cineres meos lacrymis conspergens.

18 Lacryma debita propter nostram amicitiam. 19 Tui Horatii.



AD POMPEIUM VARUM. Ode VII.

Huic reditum è militia gratulatur.

O [1] Sæpe mecum tempus in ultimum
Deducte, Bruto militiæ duce!
Quis te redonavit Quiritem
Dîs patriis, [2] Italoque cœlo,
Pompei, meorum [3] prime sodalium?
Cum quo [4] morantem sæpe diem mero
[5] Fregi, [6] coronatus nitentes
Malobathro Syrio capillos.
Tecum [7] Philippos, et celerem fugam
[8] Sensi, relicta [9] non bene parmula:
Cum fracta virtus, [10] et minaces
[11] Turpe solum tetigere mento.
Sed me per hostes Mercurius celer
[12] Denso paventem sustulit aëre:
Te rursus in bellum [13] resorbens

1 Ordo est: ô Pompei prime meorum sodalium, sæpe deducte mecum in ultimum tempus! id est, qui sæpe mecum deductus fuisti à Bruto in periculum mortis, quis redonavit te Quiritem diis patriis Italoque cœlo? id est, quis te patria ejectum, iterum fecit civem Romanum? 2 Italiæ regioni. 3 Princeps vel amicissime meorum sodalium. 4 Diem longum æstivum. 5 Diem frangere, est partem diei in vino et poculis ponere. Vide Od. 1. lib. 1. 6 Habens capillos coronatos et delibutos Malobathro, quod est unguentum Syrium pretiosissimum, factum ex folio in Indicis paludibus nascente sine radice. 7 Ubi Cassius et Brutus sunt victi. 8 Vidi et expertus sum. 9 Indecore, quia fugi, clypeo abjecto. 10 Quum Cassius et Brutus, vel eorum milites, de virtute sua gloriantes, turpiter ceciderunt. 11 Terram cruore fœdatam cum suis mentis tetigere.

12 Nube, quæ densior est aër. 13 Retrahens; Metaph. ducta à Charybdi, qua significat Pompeium cum impetu mentis et furore correptum ad Bruti

Unda fretis tulit [14] æstuosis.
Ergo [15] obligatam redde Jovi dapem :
Longaque fessum militia [16] latus
Depone [17] sub lauru mea : nec
Parce cadis tibi [18] destinatis.
[19] Oblivioso lævia Massico
Ciboria exple : funde capacibus
Unguenta de [20] conchis. Quis udo
[21] Deproperare apio coronas,
Curatve myrto ? quem [22] Venus arbitrum
[23] Dicet bibendi ? non ego sanius
Bacchabor [24] Edonis : [25] recepto
Dulce mihi [26] furere est amico.

partes esse reversum. 14 Per freta æstuosa, id est, bella ferventia.

15 Promissum ac debitum redde epulum. 16 Corpus. 17 Sub meo patrocinio : nam laurus est incolumitatis et custodiæ symbolum. 18 Vasis vinariis ad tuum reditum reservatis.

19 Imple ad summum et ebibe ciboria lævia, id est, expolita pocula capaciora, Massico oblivioso, id est, vino Campaniæ impleta, quod vinum liberius epotum oblivionem malorum affert, vel per se, vel propter somnum subsequentem.

20 Testis in quibus unguenta servabantur.

21 Celeriter nectere, et ex apio et myrto concinnare coronas in conviviis assuetas. 22 Venereus talorum vel tesserarum jactus regem bibendi conviviique magistrum efficiebat, quem jactum alii putárunt esse numerum ter senarium; alii, quum omnes tali jacti cadebant dissimiliter, vultuque diverso apparebant. 23 Dabit. 24 Thraciæ populo bibacissimo. 25 Amico præter spem mihi reddito. 26 Furenter potare.



IN BARINEN. Ode VIII.

Non esse cur ei juranti credatur : formosarum enim perjuria à diis non vindicari.

ULLA si [1] juris tibi pejerati
Pœna, Barine, nocuisset unquam :
[2] Dente si nigro fieres, vel uno
Turpior ungui,
[3] Crederem. Sed tu [4] simul obligasti
Perfidum votis caput, enitescis
Pulchrior multo, juvenumque prodis
[5] Publica cura.
[6] Expedit matris cineres opertos
Fallere, [7] et toto taciturna noctis
Signa cum cœlo, gelidaque divos
[8] Morte carentes.
[9] Ridet hoc, inquam, Venus ipsa, rident
[10] Simplices Nymphæ, ferus et Cupido
Semper ardentes acuens sagittas
[11] Cote cruenta.

1 Jurisjurandi abs te violati, id est, perjurii. 2 Si minima parte corporis fieres deformior. 3 Crederem tibi juranti, vel crederem deos esse vindices perjurii in rebus amatoriis. 4 Simul ac, id est, postquam per caput tuum jurasti. 5 In publicum prodis à multis juvenibus unice amata.

6 Utile est tibi et aliis (si perjuria non puniantur) matri mortuæ promissa non persolvere. 7 Et omnem mundi majestatem fallere, scilicet sidera, quæ sunt signa nocte silenti. 8 Deos immortales ἀθανάτους.

9 Hoc deridet Venus : *Perjuria ridet amantûm Jupiter, et ventos irrita ferre jubet. Tibullus.* 10 Nymphæ faciles, non iracundæ, Veneris comites, nimirum, Jocus, Risus, Fletus. 11 Cote aspersa sanguine sagittarum quæ in illa cote acuuntur ; vel cruenta dicitur cos, propter cædes ex

Adde, quod [12] pubes tibi crescit omnis:
[13] Servitus crescit nova; [14] nec priores
Impiæ tectum dominæ relinquunt
Sæpe minati.
Te suis matres metuunt [15] juvencis:
[16] Te senes parci, miseræque nuper
Virgines nuptæ; tua ne retardet,
[17] Aura maritos.

amore orientes, vel, quod immoderatus amor exitium amantis maturet. 12 Juventus perjurii tui et doli meretricii ignara. 13 Amatores accedunt novi, qui tibi serviant. 14 Nec veteres amatores domum tuam relinquunt, quamvis id sæpe minentur, propter tuum perjurium.

15 Matres filiis suis juvenibus metuunt, ne à te corrumpantur. 16 Senes etiam te metuunt, ne dilapidetur patrimonium liberis suis relictum. 17 Ne tui odores, venustas et blanditiæ maritos suos ab sese alienent, inque tuo amore occupatos detineant.

AD VALGIUM. Ode IX.

Ut Mystis pueri mortem aliquando tandem flere desinat.

[1] NON semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros, aut mare [2] Caspium
Vexant [3] inæquales procellæ
[4] Usque, nec [5] Armeniis in oris,
Amice Valgi, stat Glacies [6] iners
Menses per omnes, aut Aquilonibus

1 Imbres è nubibus non semper manant in agros asperos et senticosos, id est, non est semper hyems. 2 Mare in Scythia. 3 Procellæ tempestuosæ, quæ mare reddunt inæquale.

4 Semper. 5 Armenia regio est in Asia, inter montes Taurum et Caucasum sita. 6 Glacies, quæ fluvios et agros efficit pigros atque otiosos.

[7] Querceta Gargani laborant,
[8] Et foliis viduantur orni.
[9] Tu semper urges flebilibus modis
Mysten ademptum: [10] nec tibi, Vespero
Surgente, decedunt amores,
Nec rapidum fugiente Solem.
At non [11] ter ævo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum senex
Annos: nec [12] impubem parentes
Troïlon, [13] aut Phrygiæ sorores
Flevere semper. [14] Desine mollium
Tandem querelarum, et potius nova
Cantemus Augusti [15] trophæa
Cæsaris, [16] et rigidum Niphaten,
[17] Medumque flumen gentibus additum
Victis, minores volvere vortices,

7 Quercus altæ in Gargano Apuliæ monte, non semper ventis agitantur. 8 Nec foliis semper nudantur orni, id est, fraxini sylvestres.

9 Tu assidue insequeris Mysten mortuum carminibus Elegiacis ad fletum provocantibus. 10 Nec mane, nec vesperi Mystis amor te deserit. Est Vesper stella Veneris, quæ Solem occidentem subsequens dicitur Vesper, orientem vero antegrediens nuncupatur Hesperus vel Lucifer.

11 Nestor, qui tertiam ætatem hominum vivebat, id est, trecentos annos, non semper ploravit Antilochum filium suum, ex Euridice, cæsum in prælio ab Hectore. 12 Imberbem Troïlum Priami filium. 13 Aut Troïli sorores, Polixena, Cassandra, etc.

14 Desine à muliebribus querelis. Græcorum more ponitur Genitivus post Verbum finiendi. 15 Cæsaris victorias; sunt enim trophæa victoriæ signa.

16 Et cantemus Niphaten, qui vel frigidus est Scythiæ fluvius, vel mons est Armeniæ, nive horridus et inaccessus. 17 Et cantemus Mediæ flumen adjunctum gentibus, nimirum Armeniis, Parthis et aliis à Cæsare victis. Cantemus (inquam) hos fluvios, quia minores aquarum globos jam volvunt: nam sentientes se cum Armeniis et Medis esse debellatos, angustius fluunt propter acceptæ cladis dolorem.

[18] Intraque præscriptum Gelonos
Exiguis equitare campis.

18 Et cantemus Gelonos Scythiæ Europeæ populos intra exiguos terminos ab Augusto præscriptos equitare, id est, non excurrere et vagari, ubi libuisset.

AD LICINIUM. Ode X.

Servandam esse mediocritatem, et animi in utraque fortuna æquabilitatem.

[1] Rectius vives, Licini, [2] neque altum
[3] Semper urgendo; neque dum procellas
[4] Cautus horrescis, nimium premendo
[5] Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret [6] obsoleti
Sordibus tecti, caret [7] invidenda
Sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, et celsæ graviore casu
[8] Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.
[9] Sperat infestis, metuit secundis

1 Facilius, commodius. 2 Est allegoria, qua significat, neque sublimia nimis appetenda, neque quod ad infima et sordida, metus gratia, sic debemus descendere, ut nulla habeatur dignitatis ratio. 3 Semper occupando profundum mare, id est, in alto mari semper navigando. 4 Cautus reformidas. 5 Littus flexuosum, vel, littus nautis propter vada et saxa periculosum.

6 Domicilii paupertate squallidi. 7 Caret aula sumptuosa, quæ propter magnificentiam cadit in invidiam.

8 De alto ruunt. 9 Pectus bene præparatum, id est, animus bene institutus, in rebus adversis fortunam bonam sperat, in secundis metuit

Alteram sortem bene præparatum
Pectus. [10] Informes hyemes reducit
Jupiter, idem
[11] Summovet. Non, si male nunc, et [12] olim
Sic erit. [13] Quondam cithara tacentem
Suscitat Musam, neque semper arcum
Tendit Apollo.
[14] Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare : sapienter [15] idem
[16] Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

alteram sortem, id est, fortunam malam.

10 Hyemes assiduis imbribus terram deformantes. 11 Idem abducit. 12 Posthac. Non semper eadem manet fortuna. 13 Apollo non est semper iratus, sed quondam, id est, interdum citharam ad cantandum provocat.

14 In rebus difficilibus fortis esto animoque plenus, in secundis humilis esto, et animum contrahe. 15 Quisquis es. 16 Supprime vela vento nimium prospero inflata.

AD Q. HIRPINUM. Ode XI.

Jucunde vivendum esse, omissis curis.

[1] QUID bellicosus [2] Cantaber, et [3] Scythes,
Hirpine Quincti, cogitet, Hadria
[4] Divisus objecto, remittas
Quærere : [5] nec trepides in usum

1 Ordo est : ô Q. Hirpine, remittas quærere, quid cogitet bellicosus Cantaber, et quid cogitet Scythes divisus objecto Hadria. 2 Populus Hispaniæ. Vide supra Ode VI. 3 Gens Orientalis. Vide Ode XXXV. lib. I. 4 Scythes sejunctus à nobis maris Hadriatici interfusione. Hadria in masc. genere ponitur pro mari Hadriatico. 5 Nec sis anxius propter usum vitæ, quæ pauca poscit,

Poscentis ævi pauca. 6 Fugit retro
Levis juventas, et decor, 7 arida
Pellente lascivos amores
Canitie, facilemque somnum.
Non semper idem floribus est 8 honos
Vernis; neque uno Luna rubens nitet
Vultu. Quid æternis 9 minorem
Consiliis animum fatigas?
10 Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu jacentes sic temere, et rosa
Canos 11 odorati capillos,
Dum licet, 12 Assyriaque nardo,
Potamus uncti? dissipat 13 Evius
Curas edaces. 14 Quis puer ocyus
Restinguet ardentis Falerni
Pocula prætereunte lympha?
15 Quis devium scortum eliciet domo

quia vita brevis est. 6 Imberbis juventus tandem senescit. 7 Sicca senectute Venerem abigente et somnum facilem, id est, somnum gravem et longum; nam somnus senibus difficilis est et brevis, propter caloris defectum et morborum molestiam. 8 Pulchritudo. 9 Inferiorem quam ut futura Dei consilia comprehendat. 10 Ordo est, cur non potamus uncti, dum licet jacentes sic temere, id est, in umbra jacentes, sine ullis cærimoniis, ut casus tulerit, nulla habita personarum ratione?

11 Habentes capillos odoratos rosa, id est, rosæ succo, vel ipsa rosa internexos. 12 Unguento nardino. Est nardus herba in unguentis componendis laudatissima. Assyria pro Syria, non quod in Syria nardus nascitur, sed quod montis, in quo oritur, pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur, unde dicta est Nardus Indica, Diosc. lib. 1. 13 Bacchus.

14 Loquitur Poëta quasi jam sit in convivio, dicens: quis servus refrigerabit pocula ardentis vini Falerni prætereunte lympha, id est, quis refrigerabit pocula, aqua fluviatili diluta, ne in ebrietatem incidatur? 15 Quis evocabit è domo sua Lyden, meretricem non publicam, sed secretius cognitam? quæ quum sit devia, id est, à via publica semota, minus est vulgaris, minusque omnium libidini exposita.

Lyden? [16] eburna, dic age, cum lyra
Maturet, incomptum Lacænæ
More comam religata nodum.

16 Ego, cum Cruquio locum hunc sic ordinandum, intelligendumque censeo: ô puer, age, dic Lydæ, ut maturet venire cum Lyra eburnea, (erat enim fidicina) habens comam religatam in nodum comptum, more Lacænæ, id est, pexum tantum et negligenter compositum, more mulieris Laconicæ.

AD MECÆNATEM. Ode XII.

Non convenire res graves lyrico carmini.

[1] NOLIS longa feræ bella [2] Numantiæ,
Nec [3] durum Hannibalem, nec [4] Siculum mare
Pœno purpureum sanguine, mollibus
[5] Aptari citharæ modis:
Nec sævos [6] Lapithas, et nimium mero
[7] Hylæum, domitosque Herculea manu
[8] Telluris juvenes, [9] unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris. Tuque [10] pedestribus
Dices historiis prœlia Cæsaris

1 Ne velis, ne jubeas, æquum est te nolle. 2 Numantiam, post bellum xviii annos inter Romanos et Carthaginienses gestum, Scipio Africanus funditus delevit. 3 Hannibalem laborum patientem, alii legunt *dirum*, id est, crudelem. 4 Duilius Consul in mari siculo primus omnium Carthaginienses prælio navali superavit, captis navibus xxxi, mersis xiii, tribus hominum millibus cæsis, captis septem millibus. 5 A me decantari Lyricis carminibus. 6 Lapithas ab Hercule in nuptiis Pirithoi devictos. 7 Unum è Centauris mero nimium, id est, ex nimio meri potu superbum et intolerabilem. 8 Gigantes, terræ filios, Herculis subsidio superatos, qui bellum diis indixerant. 9 Unde, id est, à quibus cœlum timuit periculum.

10 Historiis scriptis prosa, oratione quæ constat numeris et pedibus, sed

Mæcenas melius, ductaque per vias
[11] Regum colla minantium.
Me dulces dominæ Musa [12] Licymniæ
Cantus, me voluit dicere [13] lucidum
Fulgentes oculos, et [14] bene mutuis
Fidum pectus amoribus :
[15] Quam nec ferre pedem dedecuit choris,
[16] Nec certare joco, nec dare brachia
[17] Ludentem nitidis virginibus, [18] sacro
Dianæ celebris die.
[19] Num tu, quæ tenuit dives [20] Achæmenes,
[21] Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,
Permutare velis crine Licymniæ,
[22] Plenas aut Arabum domos?
Dum [23] fragrantia [24] detorquet ad oscula
Cervicem, [25] aut facili sævitia negat,
Quæ poscente magis gaudeat eripi,
[26] Interdum rapere occupet?

non certa lege strictis. 11 Regum quos Cæsar subjugaverat in triumphum ductos.

12 Amicæ tuæ et dominæ. Alii legunt Licinniæ. 13 Lucide fulgentes oculos. 14 Pectus valde fidele. 15 Quam non dedecuit saltare. 16 Nec facetis dictis certare, vel jocose gesticulari. 17 Quam non dedecuit brachia manusque dare pulchris virginibus, quum inter illas saltaret. 18 Die festo Dianæ.

19 Ordo est : numquid tu permutare velis crine Licymniæ regna, vel bona quæ tenuit dives Achæmenes, aut Mygdonias opes pinguis Phrygiæ, aut plenas Arabum domos, id est, domos omnium rerum copia refertas? 20 Persarum rex. 21 Aut fertilis Phrygiæ opes, dictas Mygdonias à Mygdone Phrygiæ rege. 22 Domos opulentas propter aromata. Sensus Poëtæ hic est : tu non potes regum opes pluris facere quam Licymniæ amorem.

23 Alii flagrantia. 24 Avertit cervicem. 25 Aut ficta sævitia negat oscula, quæ magis gaudeat sibi eripi, quam ille (nempe amans) qui oscula poscit. 26 Quæ interdum osculum rapere antevertat, atque prior osculetur, ut irascenti amatori satisfaciat. O astum meretricium!

INSECTATIO. Ode XIII.

In arborem, cujus casu in agro Sabino pene oppressus est.

[1] Ille et nefasto te posuit die,
Quicumque primum, et sacrilega manu
[2] Produxit, arbos, in nepotum
Perniciem, opprobriumque pagi.
Illum et parentis [3] crediderim sui
Fregisse cervicem, et [4] penetralia
Sparsisse nocturno cruore
Hospitis. Ille venena [5] Colcha,
Et quidquid usquam concipitur nefas,
Tractavit, agro qui statuit meo
Te, triste lignum, te, [6] caducum
In domini caput immerentis.
Quid quisque vitet, nunquam homini satis
Cautum est [7] in horas. Navita [8] Bosporum
Pœnus perhorrescit, [9] neque ultra
Cœca timet aliunde fata,
[10] Miles sagittas, et celerem fugam

1 O arbos, ille te plantavit infausto die. 2 Progenuit in posterorum perniciem, et totius vici ignominiam.

3 Credere possim. 4 Partem interiorem domus. 5 Venena præsentissima. Colchis est Scythiæ regio venenorum et mulierum veneficarum feracissima. 6 Te lignum ruinosum, quod in caput meum nil mali meritum incidisti.

7 Per singulas horas. 8 Bosporus ponitur pro quolibet mari, et Pœnus pro quovis nauta. Bosporus est Ponti fretum, propter angustias valde periculosum. 9 Neque aliunde metuit improvisa fata, id est, neque sibi metuit ab alio exitio quam à Bosporo.

10 Miles Romanus timet sagittas et celerem fugam Parthi, qui fugiens pugnat. Vide Ode. xix. lib. 1.

Parthi; catenas Parthus, et Italum
Robur: sed improvisa lethi
[11] Vis rapuit, rapietque gentes.
[12] Quam pene [13] furvæ regna Proserpinæ,
Et judicantem vidimus [14] Æacum,
[15] Sedesque discretas piorum, et
[16] Æoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus:
[17] Et te sonantem plenius aureo,
[18] Alcæe, plectro dura navis,
Dura [19] fugæ mala, dura belli!
[20] Utrumque sacro digna silentio
Mirantur umbræ dicere; [21] sed magis
Pugnas et exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus.
Quid mirum? [22] ubi illis carminibus stupens

11 Sed violentia et mortis necessitas rapit unumquemque, nunc hoc, nunc illud timentem.

12 Quam parvo interstitio ab inferis abfui, id est, à morte. 13 Nigræ Proserpinæ, quæ Plutonis uxor est, inferni regina, vide Ode XXVIII. lib. I. 14 Patrem Achillis, inferorum janitorem et Judicem. 15 Campos Elysios, in quibus umbræ beatorum placide quiescunt. 16 Et Sappho Graiis chordis murmurantem. Scripsit Sappho Æolice, quæ de puellis Lesbiis querebatur, quod sibi in amore non responderent; nam, mortuo suo marito, multas puellas et pueros amavit, unde à Poëta dicitur mascula. 17 Et quam pene vidimus te, ô Alcæe, lyra canentem dura mala navigationis, fugæ et belli, aureo plectro, id est, excellenti stylo, quo tyrannos es insectatus. 18 Fuit Alcæus Poëta lyricus in eloquendo brevis et magnificus, plurimumque Homero similis. *Quintil.* 19 Exilii, vel fugæ è prælio. 20 Alcæum et Sappho mirantur umbræ, cum res canant religiosissimo silentio dignas.

21 Ordo est: sed vulgus densum humeris bibit aure pugnas et exactos tyrannos, id est, turba umbrarum frequens et conferta attentius audit pugnas et tyrannorum exactiones, quam res amatorias.

22 Quando ad audiendum illa carmina Cerberus Orci custos stupefactus

Demittit atras bellua [23] centiceps
Aures, et intorti capillis
[24] Eumenidum [25] recreantur angues?
Quin et Prometheus, et [26] Pelopis parens
Dulci laborum decipitur sono;
[27] Nec curat Orion leones,
Aut timidos agitare lyncas.

atras demittit aures. 23 Numerus finitus pro infinito; vel Cerberus dicitur centiceps, propter centum angues, qui à capite ipsius crinium loco dependebant. 24 Eumenides sunt tres Furiæ infernales, Alecto, Megæra, Tisiphone, cædis et flagitiorum ultrices, quarum capillis intorquentur angues. 25 Delectantur.

26 Tantalus carminibus Alcæi delectatus laborum obliviscitur, quos in vita sustinuerat. 27 Nec curat Orion venator Leones aut Lyncas apud inferos persequi, dum Alcæum et Sápho canentes audit, sed venationi præfert eorum carmina. Fingunt Poëtæ, umbras apud inferos iisdem rebus delectari, quibus viventes hic gaudebant.

AD POSTHUMUM. Ode XIV.

Mortem vitari non posse.

[1] EHEU fugaces, Posthume, Posthume,
Labuntur anni: [2] nec pietas moram
Rugis, et instanti senectæ
Afferet, [3] indomitæque morti.
[4] Non si, tricenis, [5] quotquot eunt dies,
Amice, [6] places illacrymabilem
Plutona tauris, [7] qui ter amplum

1 Dolentis est. 2 Ob religionem tu neque tardius senesces, neque tardius morieris. 3 Morti inexorabili, vel inexpugnabili.

4 Amice Posthume, tu neque senectam, neque mortem effugies; etiamsi quotidie trecentos tauros Plutoni immoles. 5 Singulis diebus. 6 Si placare studeas Plutona lacrymis non flectendum. 7 Ordo est: qui compescit ter amplum Geryonem et Titium tristi unda, omnibus enaviganda quicumque vescimur terræ munere, sive erimus reges, sive erimus inopes coloni.

[8] Geryonen, [9] Tityonque tristi
Compescit [10] unda, scilicet omnibus,
[11] Quicumque terræ [12] munere vescimur,
Enaviganda, sive reges,
Sive inopes erimus coloni.
[13] Frustra cruento Marte carebimus,
Fractisque rauci fluctibus [14] Hadriæ:
Frustra per [15] Autumnos nocentem
Corporibus metuemus [16] Austrum:
[17] Visendus ater [18] flumine languido
[19] Cocytus errans, [20] et Danai genus
Infame, damnatusque longi
[21] Sisyphus Æolides laboris.
Linquenda tellus, et domus, et placens
Uxor: [22] neque harum, [23] quas colis, arborum,

8 Geryonem trimembrem. Fuit Geryon Rex Hispaniæ, qui ob triplex regnum corpore triplicato fertur constitisse. Hunc Hercules interfecit boves suos suffurantem. 9 Jovis filium ex Elora, cujus corporis magnitudinem Poëtæ dixerunt fuisse novem jugerum. 10 Stygia palude omnibus cum Charonte enaviganda, quia mors omnibus communis. 11 Quicumque vivimus. 12 Terræ fructu.

13 Frustra, vel hoc, vel illud periculum vitabimus ad vitam diu producendam, quandoquidem inopinato mortis genere nobis fortasse erit moriendum. 14 Hadriæ sonori et tempestuosi maris. Ponitur Hadria in masc. genere, ut supra Ode xi. 15 Autumno, inquit Hippocrat. Aphor. ix, lib. iii. morbi sunt acutissimi atque exitiales maxima ex parte. Causas citat Gal. quinque, quem consule (si placet) in eumdem Aphor. 16 Austri auditum hebetant, caliginem offundunt, caput gravant, tarditatem motus ac languorem inducunt, Gal. in v Aphor. lib. iii. 17 Ordo est: ater Cocytus flumine languido est visendus, id est, moriendum est. 18 Aqua pigre fluente propter ejus crassitiem. 19 Cocytus est fluvius flexuosus, infernalis, è Styge derivatus. 20 Et Danai filiæ infames, quod una nocte patris jussu maritos suos interfecerint. 21 Sisyphus AEoli filius sic damnatus, ut longum laborem nunquam finiret.

22 Ordo est: neque ulla harum arborum, quas colis, sequetur te brevem dominum, id est, te brevi victurum, præter cupressos invisas, id est, funebres, et Proserpinæ consecratas. 23 Ad

Te, præter invisas cupressos,
Ulla brevem dominum sequetur.
[24] Absumet hæres [25] Cæcuba [26] dignior
Servata centum clavibus, et mero
[27] Tinget pavimentum superbum,
Pontificum potiore cœnis.

delicias et voluptatem comparatas, quales sunt Platanus, etc.

24 Hæres tuus effusissime consumet, quæ tu nimis parce conquisivisti. 25 Vina accuratissime servata. 26 Te dignior, quia his utitur quæ possidet, cum tuis tu parcas, ut sacris. 27 Resperget magnificum triclinii pavimentum vino meliore, quam quod datur in cœnis Pontificum.

ODE XV.

In sui sæculi circa ædificia luxum.

JAM pauca [1] aratro jugera [2] regiæ
Moles relinquent: undique latius
[3] Extenta visentur Lucrino
Stagna lacu, [4] platanusque cælebs
Evincet ulmos. Tum [5] violaria, et
Myrtus, et omnis [6] copia narium
Spargent [7] olivetis odorem,

1 Ad arandum, cum omnis pene ager sumptuosis domibus, piscinis et hortis vix sufficiat. 2 Sumptuosa ædificia, quæ regibus conveniant, instar molis. 3 Stagna latius producta et ampliora lacu Lucrino in sinu Baiano, ad quæ videnda omni ex parte concurretur. 4 Platanus non maritata vitibus, ut ulmus, sed deambulationi tantum inserviens propter opacitatem, evincet ulmos, id est, major erit numerus platanorum ad voluptatem, quam ulmorum ad utilitatem.

5 Violaria sunt loca in quibus violæ nascuntur. Ordo est: tum violaria et myrtus et omnis copia narium spargent odorem olivetis fertilibus domino priori.

6 Copia narium significat, omnes flores, qui naribus afflati delectationem afferunt. 7 In locis ubi antea crescebant olivæ, quæ sub priore do-

Fertilibus domino priori.
Tum spissa ramis laurea fervidos
Excludet [8] ictus. [9] Non ita Romuli
[10] Præscriptum et intonsi Catonis
[11] Auspiciis, veterumque norma.
[12] Privatus illis census erat brevis,
[13] Commune magnum. [14] Nulla decempedis
[15] Metata privatis opacam
Porticus excipiebat [16] Arcton:
[17] Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant, oppida publico
Sumptu jubentes, et deorum
Templa novo decorare saxo.

mino loca erant fertilia, nunc infrugifera. 8 Calores solis.

9 Ordo est: non ita præscriptum est auspiciis Romuli et Catonis veterumque norma. 10 Præceptum. Metaph. ducta à ludimagistris. 11 Legibus et potestate Romuli Romæ conditoris, et Catonis intonsi, id est, hirsuti et severi. 12 Illi parvam et angustam habebant rem familiarem. 13 Rem publicam magni æstimabant.

14 Nemo privatus habebat porticum septentrionibus objectam, in qua æstivo tempore inambularet, adeo amplam, ut ea perveniret ad mensuram decem pedum. Decempeda est pertica decempedum, in qua fabricæ mensura colligitur. 15 Decempedis mensurata. 16 Ursam astrum boreale. 17 Sensus est: leges vetabant Romanos villas sumptuosas et porticus ædificare: quapropter vitam agebant simplicem et sine ambitione, nec omnino curabant privatas opes, ut qui omne studium publico ornatui et templis impendebant.



AD GROSPHUM. Ode XVI.

Tranquillitatem animi optari ab omnibus : eamque coërcendis cupiditatibus comparari.

[1] OTIUM Divos rogat in patenti
[2] Prensus Ægæo, [3] simul atra nubes
Condidit Lunam, neque [4] certa fulgent
Sidera nautis :
[5] Otium bello furiosa [6] Thrace,
Otium Medi pharetra decori,
Grosphe, non gemmis, neque purpura, [7] venale, nec auro.
Non enim [8] gazæ, neque consularis
Summovet [9] lictor miseros tumultus
Mentis, [10] et curas laqueata circum
Tecta volantes.
[11] Vivitur parvo bene, cui [12] paternum
Splendet in mensa tenui salinum :

1 Vitam quietam petit à Castore et Polluce. 2 Is qui à tempestate deprehenditur in lato mari AEgæo, sic dicto ab AEgæo, qui illud in mare se præcipitem dedit. 3 Statim ut nubes abscondidit lunam. 4 Sidera nautis certo cognita, ut Ursa, et similia.

5 Nationes bellicosæ, ut Thraces et Medi, pacem etiam expetunt. 6 Thrace, seu Thracia, id est, Thrax bellicosus. 7 Animi tranquillitas non potest emi gemmis, nec purpura, nec auro, quia solum provenit ab appetitu rationi obtemperante.

8 Non immensæ divitiæ, neque magistratus, aut imperia removent animi perturbationes. 9 Publicus minister, qui ante Consulem fasces et secures præferebat. 10 Et curas discurrentes circa domos et tecta divitum laquearibus ornata.

11 Ab eo bene beateque vivitur, id est, bene vivit is parvo, qui tenui victu et modico apparatu contentus est.

12 Salinum à patre relictum filio, pro quavis supellectile paterna. Salinum vas est, in quo sal continetur.

Nec leves somnos [13] timor, aut Cupido
Sordidus aufert.
[14] Quid brevi fortes [15] jaculamur ævo
Multa? [16] quid terras alio calentes
Sole mutamus? [17] patriæ quis exul
Se quoque fugit?
Scandit [18] æratas vitiosa naves
Cura; nec turmas equitum relinquit
[19] Ocyor cervis, et agente nimbos
Ocyor [20] Euro.
[21] Lætus in præsens animus, quod ultra est
Oderit curare, et amara lento
Temperet risu. Nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem;
Longa [22] Tithonum minuit senectus:
Et mihi forsan, tibi quod negârit,
Porriget [23] hora.
[24] Te greges centum, [25] Siculæque circum
Mugiunt vaccæ: [26] tibi tollit hinnitum

13 Metus perdendi, aut sordida cupiditas quæstus faciendi.

14 Quorsum nos exiguo tempore victuri multa desideramus? 15 Cur jaculamur et sagittas dirigimus ad multa? Id est, cur multa petimus? 16 Quorsum proficiscimur in terras longinquas patria relicta?

17 Quis patriæ dulcedinem et se, id est, suos affectus et naturæ propensionem obliviscitur?

18 Naves rostratas et robustas.

19 Cura est velocior cervis et ipsis ventis qui nimbos agitant. Non potes igitur eam fugere, sive navim, sive equum conscenderis. 20 Eurus est ventus flans ab Oriente.

21 Gaudeat animus donis præsentibus; quod futurum est minime curet.

22 Senectus Tithonum minuit, vitamque ejus reddidit insuavem, quamvis immortalitatem ab Aurora impetraverat. 23 Tempus.

24 Circum te. 25 Vaccæ pinguissimæ. 26 Tibi edit hinnitus equa certaminibus curulibus apta. Quadrigæ

AD GROSPHUM. Ode XVI.

Tranquillitatem animi optari ab omnibus : eamque coërcendis cupiditatibus comparari.

[1] OTIUM Divos rogat in patenti
[2] Prensus Ægæo, [3] simul atra nubes
Condidit Lunam, neque [4] certa fulgent
Sidera nautis :
[5] Otium bello furiosa [6] Thrace,
Otium Medi pharetra decori,
Grosphe, non gemmis, neque purpura, [7] venale, nec auro.
Non enim [8] gazæ, neque consularis
Summovet [9] lictor miseros tumultus
Mentis, [10] et curas laqueata circum
Tecta volantes.
[11] Vivitur parvo bene, cui [12] paternum
Splendet in mensa tenui salinum :

1 Vitam quietam petit à Castore et Polluce. 2 Is qui à tempestate deprehenditur in lato mari AEgæo, sic dicto ab AEgæo, qui illud in mare se præcipitem dedit. 3 Statim ut nubes abscondidit lunam. 4 Sidera nautis certo cognita, ut Ursa, et similia.

5 Nationes bellicosæ, ut Thraces et Medi, pacem etiam expetunt. 6 Thrace, seu Thracia, id est, Thrax bellicosus. 7 Animi tranquillitas non potest emi gemmis, nec purpura, nec auro, quia solum provenit ab appetitu rationi obtemperante.

8 Non immensæ divitiæ, neque magistratus, aut imperia removent animi perturbationes. 9 Publicus minister, qui ante Consulem fasces et secures præferebat. 10 Et curas discurrentes circa domos et tecta divitum laquearibus ornata.

11 Ab eo bene beateque vivitur, id est, bene vivit is parvo, qui tenui victu et modico apparatu contentus est.

12 Salinum à patre relictum filio, pro quavis supellectile paterna. Salinum vas est, in quo sal continetur.

Nec leves somnos [13] timor, aut Cupido
Sordidus aufert.
[14] Quid brevi fortes [15] jaculamur ævo
Multa? [16] quid terras alio calentes
Sole mutamus? [17] patriæ quis exul
Se quoque fugit?
Scandit [18] æratas vitiosa naves
Cura; nec turmas equitum relinquit
[19] Ocyor cervis, et agente nimbos
Ocyor [20] Euro.
[21] Lætus in præsens animus, quod ultra est
Oderit curare, et amara lento
Temperet risu. Nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem;
Longa [22] Tithonum minuit senectus:
Et mihi forsan, tibi quod negârit,
Porriget [23] hora.
[24] Te greges centum, [25] Siculæque circum
Mugiunt vaccæ: [26] tibi tollit hinnitum

13 Metus perdendi, aut sordida cupiditas quæstus faciendi.

14 Quorsum nos exiguo tempore victuri multa desideramus? 15 Cur jaculamur et sagittas dirigimus ad multa? Id est, cur multa petimus? 16 Quorsum proficiscimur in terras longinquas patria relicta?

17 Quis patriæ dulcedinem et se, id est, suos affectus et naturæ propensionem obliviscitur?

18 Naves rostratas et robustas.

19 Cura est velocior cervis et ipsis ventis qui nimbos agitant. Non potes igitur eam fugere, sive navim, sive equum conscenderis. 20 Eurus est ventus flans ab Oriente.

21 Gaudeat animus donis præsentibus; quod futurum est minime curet.

22 Senectus Tithonum minuit, vitamque ejus reddidit insuavem, quamvis immortalitatem ab Aurora impetraverat. 23 Tempus.

24 Circum te. 25 Vaccæ pinguissimæ. 26 Tibi edit hinnitus equa certaminibus curulibus apta. Quadrigæ

Apta quadrigis equa : te bis Afro
[27] Murice tinctæ
Vestiunt lanæ : [28] mihi parva rura, et
Spiritum [29] Graiæ tenuem Camœnæ
Parca non mendax dedit, et malignum
Spernere vulgus.

sunt quatuor equi ad currum vincti. 27 Te vestiunt lanæ bis tinctæ purpura Tyria, quam M. Tullius Dibaphum nominat. Color purpureus ex sanguine piscis Muricis conficiebatur. 28 Ordo est : Parca non mendax dedit mihi parva rura et tenuem spiritum Graiæ Camœnæ, et dedit mihi spernere malignum vulgus, id est, invidum vulgus nihili facere. 29 Parca non mendax, id est, fatum immutabile mihi tribuit facultatem poëticam ex Græcis poëtis desumptam. Graiæ, nomen est adjectivum genitivi casus singularis.

AD MÆCENATEM ÆGROTUM. Ode XVII.

Quo mortuo negat, se velle vivere.

Cur me querelis [1] exanimas tuis?
[2] Nec dîs amicum est, nec mihi, te prius
Obire, Mæcenas, mearum
[3] Grande decus, columenque rerum.
[4] Ah! te meæ si partem animæ rapit
Maturior vis, [5] quid moror altera,
[6] Nec carus æque, nec superstes
Integer? [7] Ille dies utrâmque
Ducet ruinam. Non ego perfidum

1 Occidis. 2 Non est gratum, neque placet diis, sic Græci, οὐ θεοῖς φίλον. 3 Ornamentum et firmitas bonorum et facultatum mearum, sic Ode 1. lib. 1.

4 Ah! si celerior mortis violentia rapiat te, qui animæ meæ pars es una. 5 Cur ego vivam, qui sum animæ meæ pars altera? 6 Nec mihi tam carus futurus, ut antea, nec integram vitam habiturus te mortuo, qui es animæ meæ medietas.

7 Eodem die uterque nostrûm ruet et

8 Dixi sacramentum. Ibimus, ibimus
9 Utcumque præcedes, supremum
10 Carpere iter comites parati.
Me nec 11 Chimæræ spiritus igneæ,
Nec, si resurgat centimanus 12 Gyges,
13 Divellet unquam. Sic potenti
14 Justitiæ, placitumque Parcis.
15 Seu libra, seu me Scorpius aspicit
16 Formidolosus, pars violentior
Natalis horæ, seu 17 tyrannus
Hesperiæ Capricornus undæ;
Utrumque nostrum incredibili modo
Consentit astrum. Te Jovis impio
18 Tutela Saturno 19 refulgens
Eripuit, volucrisque fati
20 Tardavit alas, cum populus frequens
Lætum theatris 21 ter crepuit sonum.

morietur. 8 Ego non pejeravi, ut milites, qui sacramento obstricti fidem violàrunt. 9 Quandocumque præcedes sive ætate, sive sorte correptus. 10 Tecum ibimus, ut comites in morte parati.

11 Ignis spirans ex tricipite Chimæræ capite, de qua vide Ode XXVII. lib. I. 12 Gyges cœli et terræ filius, qui centum habuit manus et capita quinquaginta. 13 Nec me unquam separabit à proposito meo non vivendi post mortem tuam. 14 Duplicem reddit rationem arctæ amicitiæ. Justitia id poscit, propter accepta à Mæcenate beneficia. Parcæ id poscunt, quia Mæcenas et Horatius nati erant sub eodem sidere, quod multum valet ad amicitiam contrahendam. 15 Ordo est: utrumque nostrum astrum, id est, astrum tuum et astrum meum consentit incredibili modo, seu Libra me aspicit, seu Scorpius. Idem erat situs astrorum in tuo horoscopo, qui fuit in meo.

16 Metuendus, quia Scorpius attribuitur Marti, cujus stella malefica est et inclemens. 17 Idcirco Capricornus Italiæ tyrannus dicitur, quia Saturnus in Capricorno gravissimas pluvias excitat, maxime in Italia. 18 Jovis stella, quæ te tuetur, Saturni malignitatem discussit et avertit. 19 Suo aspectu subveniens et Saturno repugnans.

20 Mortem impendentem repressit.
21 Ter applausit. Vide Od. XX. lib. I.

Me [22] truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus ictum
Dextra levasset, [23] Mercurialium
Custos virorum. Reddere victimas
[24] Ædemque votivam memento:
[25] Nos humilem feriemus agnam.

22 Arbor irruens in caput me interemisset, nisi Faunus sylvarum deus ictum sustinuisset. 23 Custos virorum doctorum, quales sunt Poëtæ, qui sunt sub Mercurii tutela. 24 Templum quod Mæcenas ægrotans Saluti promiserat, si salvus evaderet. 25 Nos parvum sacrificium offeremus, conveniens nobis, qui humiles sumus.

ODE XVIII.

Se sua sorte, et mediocri fortuna contentum vivere.

[1] Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes [2] Hymettiæ
Premunt columnas [3] ultima recisas
Africa: [4] neque Attali
[5] Ignotus hæres regiam occupavi:
[6] Nec Laconicas mihi
Trahunt honestæ purpuras clientæ.
At fides, et ingenî

1 Neque eburneum neque aureum lacunar renidet, id est, resplendet in domo mea. 2 Trabes marmoreæ, non ligneæ, ex monte Hymetto petitæ; quæ ex transverso columnis superimponuntur. 3 In Numidia, quæ est pars Africæ interior, ubi lapis erat optimus ad columnas. 4 Neque fraude aut malis artibus, cujusquam hæreditatem expugnavi, veluti populus romanus qui, juris simulatione, Attali regiam, id est, regias opes sibi vindicavit. 5 Non legitimus hæres, sed peregrinus et dolo malo factus. 6 Nec honestæ vicinæ, meorum clientium uxores, lanas mihi nent purpureas, ex quibus

[7] Benigna vena est; pauperemque dives
Me [8] petit. Nihil [9] supra
Deos lacesso; [10] nec potentem amicum
Largiora flagito,
[11] Satis beatus unicis Sabinis.
[12] Truditur dies die,
[13] Novæque pergunt interire Lunæ.
[14] Tu secanda marmora
Locas sub ipsum funus, et sepulchri
Immemor, struis domos,
[15] Marisque Baiis obstrepentis [16] urges
Summovere littora,
Parum locuples [17] continente ripa.
[18] Quid? quod usque proximos
Revellis agri terminos, [19] et ultra
Limites clientium
Salis avarus; [20] pellitur paternos

faciam vestes, cum magistratum obtinuerim. Circa Tænarum Laconicæ regionis promontorium capitur piscis Murex, ex cujus humore fit color purpureus.

7 At larga est ingenii vena. Metaph. ducta à Metallis vel fontibus, quorum venæ aliæ latiores, aliæ sunt angustiores. 8 Propter fidem meam et ingenium, dives appetit meum favorem. 9 Non plura à diis peto. 10 Nec Mecænatem ampliora rogo. 11 Satis dives unico agro Sabino.

12 Diem dies subsequitur, et integri menses cito transeunt. 13 Lunæ accrescunt et decrescunt.

14 Tu avare conducis homines mercenarios, qui tibi secent marmora ad ædificiorum structuram sub ipsum funus, id est, paulo ante mortem.

15 Ædificas in mari, quod suo sonitu Baiis obstrepit. Baiæ civitas est Campaniæ, à Baio Ulyssis socio illic sepulto. *Nullus in orbe locus Baiis prœlucet amœnis.* 16 Instas fabris, ut maris undas excludant, et littora, ulterius protendant. 17 Terra continente non contentus, sed quod mare fuit, in terram convertis.

18 Quid quod usque, id est, semper removes agri terminos, qui sunt inter te et vicinum? 19 Et transilis ultra limites vicinorum, alieni fundi cupidus. 20 Eliminatur.

In sinu ferens [21] deos
Et uxor, et vir, [22] sordidosque natos!
[23] Nulla certior tamen
[24] Rapacis Orci [25] fine destinata
Aula divitem [26] manet
Herum. [27] Quid ultra tendis? æqua tellus
Pauperi [28] recluditur,
Regumque pueris: nec [29] satelles Orci
[30] Callidum Promethea
Revexit auro [31] captus. [32] Hic superbum
Tantalum, atque Tantali
[33] Genus coërcet. [34] Hic levare functum
Pauperem laboribus,
[35] Vocatus, atque non vocatus audit.

21 Penates. 22 Natos ob paupertatem squallidos.

23 Ordo est: nulla tamen aula manet divitem herum certior destinata fine rapacis Orci, id est, nulla tamen tibi certior domus est reservata, quam Inferorum sedes. 24 Orcus omnes mortales rapit. 25 *Finem* usurpavit in fœmineo genere, concordat autem cum *destinata*. Mallem, *sede destinata*; ut legitur in duobus mss.

26 Exspectat divitem.

27 Quid plura cupis? 28 Terra pauperi et regibus aperitur æqualiter. Sic Ode xxviii. lib. i. 29 Charon, qui animas cymba sua transvectas nunquam revehet. 30 Ideo Promethea callidum appellat, quia Jovi ignem vitalem eripuerat.

31 Auro corruptus. 32 Charon. 33 Tantali posteros, Pelopem, Atreum, Agamemnonem, Orestem.

34 Ordo est: vocatus atque non vocatus audit levare pauperem functum laboribus, id est, audit ut sublevet et liberet pauperem, qui vitam egit laboriosam. 35 Velit, nolit pauper, Charon Orci satelles ei præsto est.



IN BACCHUM. Ode XIX.

Sibi fas esse Bacchi laudes, ut ejus numine pleno et concitato, canere.

BACCHUM [1] in remotis carmina rupibus
Vidi docentem, [2] credite posteri,
[3] Nymphasque discentes, et aures
[4] Capripedum Satyrorum [5] acutas.
[6] Evoe! recenti mens [7] trèpidat metu,
Plenoque Bacchi pectore [8] turbidum
Lætatur. Evoe! parce Liber,
Parce, gravi metuende [9] thyrso.
[10] Fas pervicaces est mihi [11] Thyadas,
Vinique fontem, lactis et uberes
Cantare rivos, atque truncis
Lapsa cavis [12] iterare mella.
Fas et beatæ [13] conjugis additum
Stellis [14] honorem, tectaque [15] Penthei
Disjecta [16] non levi ruina,
Thracis et exitium [17] Lycurgi.

1 In secretis nemoribus. 2 Credite vos qui venturi estis, et fidem adhibete talia dicenti. 3 Vidi etiam Nymphas ad discendum paratas. 4 Habent Satyri pedes instar Caprarum. 5 Aures quoad formam acutas et ad audiendum erectas.

6 Vox, qua mulieres Bacchantes furore plenæ uti consueverant.

7 Subsultat mens et conturbata est.

8 Et mens turbide lætatur, id est, turbida lætitia afficitur.

9 Virga, nempe hasta Bacchica pampinis involuta. 10 Licet mihi, vel, possibile est, δυνατόν ἐςι. 11 Protervas Bacchi Sacerdotes et Ministras. 12 Iterum atque iterum cantare mella cavis arboribus defluentia.

13 Ariadnæ, quam à Theseo relictam Bacchus in uxorem adoptavit. 14 Coronam nuptialem inter sidera collocatam. 15 Thebarum regis. 16 Ruina sæva ab irato deo illata, quod mulieres Bacchantes spectaret. 17 Fuit Lycur-

Tu flectis amnes, tu mare [18] barbarum:
Tu separatis [19] uvidus in jugis
Nodo coërces viperino
Bistonidum [20] sine fraude crines.
Tu, cum parentis regna [21] per arduum
Cohors Gigantum scanderet impia,
[22] Rhœtum retorsisti leonis
Unguibus, horribilique [23] mala:
Quamquam choreis aptior, et jocis,
Ludoque dictus, non sat idoneus
Pugnæ [24] ferebaris; sed idem
Pacis eras, [25] mediusque belli.
Te vidit [26] insons Cerberus aureo
[27] Cornu decorum, [28] leniter atterens
Caudam, [29] et recedentis trilingui
Ore pedes, tetigitque crura.

gus rex Thraciæ, qui à Baccho in furorem versus et vites intersecare conatus, crura sua sibi amputavit.

18 Mare Indicum domas; nam Indos Bacchus superaverat. 19 Tu ebrius et vino madidus in remotis montibus, colligis in nodum mulierum Thraciarum comas serpentibus implicitas. 20 Sine ullo damno.

21 Per arduos montes inter se superstructos. 22 Rhœtum Gigantem tu in leonem conversus dejecisti.

23 Maxilla leonina. 24 Dicebaris. 25 Ad utrumque paratus, sive bellum esset gerendum, sive pax colenda. Poëta significat, vinum aliquando homines ad arma excitare, interdum animos feros et truculentos mitigare.

26 Cerberus non nocens tibi ad inferos descendenti, ut inde Ariadnen uxorem reduceres. 27 Poëtæ idcirco cornua affingunt Baccho, quod bibaces plerumque sunt pugnaces; *vel ut alii volunt*, quod Bacchus primus terram junctis bobus excoluit. 28 Leni motu caudam agitans, quod faciunt canes suis dominis aut notis adulantes. 29 Et ore suo trilingui pedes tuos atque crura redeuntis ad superos.



AD MÆCENATEM. Ode XX.

Famam suam æternam fore.

[1] NON usitata, nec tenui ferar
Penna, [2] biformis per liquidum æthera
Vates; neque in terris morabor
Longius; [3] invidiaque major
[4] Urbes relinquam. [5] Non ego, pauperum
Sanguis parentum, [6] non ego, quem vocas
Dilecte, Mæcenas, obibo,
[7] Nec Stygia cohibebor unda.
Jam jam [8] residunt cruribus asperæ
Pelles, et album mutor [9] in alitem
[10] Superne, nascunturque leves
Per digitos, humerosque plumæ.
Jam [11] Dædaleo ocyor Icaro,
Visam [12] gementis littora Bospori,
Syrtesque [13] Getulas canorus
[14] Ales, [15] Hyperboreosque campos.

1 Ordo est : Ego vates biformis ferar per liquidum æthera non inusitata nec tenui penna, sed penna sublimi, Latinis auribus ante me inaudita. 2 Nuper homo, nunc cygnus, vel vates Lyricus, et vates Satyricus. 3 Cujus gloria superat invidiam.

4 Æthera petens. 5 Non ego obscuris parentibus sum ortus. 6 Hic ordo et horum verborum sensus mihi præ reliquis placet : O Mæcenas, ego non obibo mortem, quem, licet pauperem, tu vocas, ô dilecte Horati. 7 Ut alii quorum fama cum morte interiit. De Styge, vide Ode xxxiv, lib. I. 8 Hærescunt, insidunt. 9 In cygnum. 10 Mutor à partibus superioribus. Alii legunt superna.

11 Ocyor Icaro Dædali filio, qui una cum patre à Creta fugiens, fretus alarum fiducia decidit in mare. 12 Bospori murmur emittentis. De Bosporo, vide supra Ode XIII. 13 Syrtes Libycas, vide Ode XXII, lib. I.

14 Cygnus. 15 Montes sub polo et cardine cœli positos, unde spirat Bo-

Me Colchus, et qui dissimulat metum
[16] Marsæ cohortis Dacus, et ultimi
Noscent [17] Geloni : me peritus
Discet [18] Iber, [19] Rhodanique potor.
[20] Absint inani funere næniæ,
Luctusque turpes, et querimoniæ :
Compesce clamorem, ac sepulchri
[21] Mitte supervacuos honores.

reas, ubi dies est sex mensium et nox totidem, anno in duas partes diviso.

16 Marsi sunt populi Italiæ, quos Dacus, quamvis revera timet, fingit tamen se non timere. 17 Scythiæ populi : vide supra Ode IX. 18 Hispanus usu peritus, propter longa bella et navigationes assiduas. 19 Gallus Lugdunensis. Rhodanus est Galliæ fluvius, ortum ducens ex Alpibus, quæ Italiam à Gallia dividunt.

20 Absint næniæ, id est, absint carmina funebria à funere meo inani, id est, inane appello, quia mihi mortuo funus nihil proderit : nam in sepulchro contineri non possum, sed immortalis futurus poëtarum ales. 21 Omitte.



QUINTI HORATII FLACCI

ODARUM SEU CARMINUM

LIBER TERTIUS.

ODE I.

Non opibus, aut honoribus, sed animi tranquillitate vitam beatam effici.

ODI [1] profanum vulgus, et arceo.
[2] Favete linguis : [3] carmina non prius
Audita, Musarum sacerdos,
[4] Virginibus, puerisque canto.
[5] Regum [6] timendorum in proprios greges,
[7] Reges in ipsos imperium est Jovis,
[8] Clari Giganteo triumpho,
Cuncta supercilio moventis.
[9] Est, ut viro vir latius ordinet
Arbusta sulcis : hic generosior

1 Odi vulgus indoctum. Imperitos homines, et à Musis alienos Horatius arcet ab his carminibus, tanquam profanos à sacris. 2 Attendite cum silentio, vel, bona verba dicite : ἐυφημεῖτε. 3 Ego Musarum sacerdos canto virginibus puerisque carmina non prius audita à Romanis, lyrica scilicet, exacte et ad plenum facta. 4 Quo rectius suam vitam instituant.

5 Ordo est : Imperium regum timendorum est in proprios greges. Imperium Jovis clari Giganteo triumpho, et cuncta moventis supercilio, est in ipsos reges. 6 Reges à subditis timeri debent ; at amari magis. 7 Reges ipsi qui habent imperium in sibi subditos, habent etiam Deum suum Regem, omnis iniquitatis et violentiæ vindicem. 8 Jovis magnifici, qui potuit immanissimos Gigantes supercilio, id est, nutu et majestate superare.

9 Fieri potest, ut alius alio plures possideat agros, in quibus arbores in

Descendat [10] in campum petitor ;
Moribus hic, meliorque fama
Contendat ; illi turba clientium
Sit major : [11] æqua lege necessitas
Sortitur insignes, et imos :
Omne capax [12] movet urna nomen.
[13] Districtus ensis cui super impia
Cervice pendet, non [14] Siculæ dapes
Dulcem [15] elaborabunt saporem :
Non avium, citharæque cantus
[16] Somnum reducent. [17] Somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit, umbrosamque ripam,
Non Zephyris agitata Tempe.
[18] Desiderantem quod satis est, neque
Tumultuosum [19] sollicitat mare,
Nec sævus [20] Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis [21] Hœdi :

ordinem redactas plantet, alius honores ambiat, alius alia sectetur, etc. mortis tamen conditio est omnibus æqua. 10 In Campum Martium, ubi alicujus Magistratus est petitor, hic generis claritate, ille suis virtutibus, alius amicorum numero celebris.

11 Necessitas tamen, id est, mors æqualiter sortitur, id est, sorte et sine delectu sumit omnes, tam claros quam obscuros. 12 Volvit ad sortiendum fatum. Vide Ode III. lib. II.

13 De Damocle Dionysii assentatore. Vide M. Tul. Tusc. lib. V.

14 Dapes à Dionysio Siciliæ tyranno apparatæ, quæ erant exquisitissimæ et regio luxu instructæ. 15 Non reddent. 16 Non somnum restituent, quem metus abstulit.

17 Ordo est et sensus : Somnus lenis non spernit humiles agrestium domos, neque umbrosam ripam, aut amœna Thessaliæ loca Zephyris agitata.

18 Qui desiderat quod satis est ad victum et vestitum, non navigat, neque se maris periculo exponit, ut rem familiarem augeat. 19 Tumultuosum mare non reddit eum sollicitum. 20 Arcturus stella est in Boote, quæ propter tempestates, quas oriens excitat, est vehemens ; sed occidens est multo vehementior. 21 Hœdi duæ

Non verberatæ grandine vineæ,
[22] Fundusque mendax, [23] arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hyemes iniquas.
[24] Contracta pisces æquora sentiunt,
Jactis [25] in altum molibus. [26] Huc frequens
[27] Cæmenta demittit [28] redemptor
Cum famulis, dominusque terræ
Fastidiosus: sed timor, et minæ
Scandunt eodem quo dominus; neque
Decedit [29] ærata triremi, et
[30] Post equitem sedet atra cura.
[31] Quod si dolentem nec [32] Phrygius lapis,
Nec purpurarum sidere clarior
[33] Delenit usus, nec Falerna
[34] Vitis, [35] Achæmeniumque costum:
[36] Cur invidendis postibus, et novo
Sublime ritu moliar atrium?

sunt stellæ exiguæ in sinistra manu Erichtonii, quibus orientibus sævit mare. 22 Fundus infructuosus, qui votis agricolæ non respondet. 23 Arbore, quæ nec flores nec fructus profert, modo pluvias culpante, modo sidera, id est, æstum immoderatum è vi siderum provenientem.

24 AEquora angustiora facta. 25 In profundum mare. Vide Ode xv. lib. II. 26 In hoc altum mare. 27 Lapides cæsos ad fundamentum substruendum, ubi ædificium consistat. 28 Operum conductor ἐργολάβος. Angl. à *Tasker*.

29 Vide Ode xvi. lib. II. 30 In clunibus equi.

31 Quod si neque ædes sumptuosæ, neque vestes purpureæ, neque vina Falerna, neque unguenta preciosissima mentem dolentem ac perturbatam mitigent; cur ædificia magnifica aut divitias magno dolore acquisitas concupiscam? 32 Columnæ ex lapide Phrygio, quæ domos sumptuosas fulciebant.

33 Mitigat. 34 Nec vinum Falernum. 35 Unguentum Persicum, sic dictum ab Achæmene rege Persiæ, unde venit Costum. Vide Ode xii. lib. II. 36 Cur extruam sublime atrium vel sublimem domum postibus marmoreis, invidia nimirum laborantibus propter luxus magnificentiam?

[37] Cur valle permutem Sabina
Divitias operosiores?

37 Cur relicto meo agro Sabino, in quo vitam ago tranquillam, divitias appetam molestiarum plenas magnaque opera comparatas.

AD AMICOS. Ode II.

Pueros ab ineunte ætate assuefaciendos esse rei militari et vitæ laboriosæ.

[1] ANGUSTAM, amici, pauperiem pati
[2] Robustus acri militia puer
Condiscat, et [3] Parthos feroces
Vexet eques metuendus hasta,
Vitamque [4] sub dio et trepidis agat
In rebus. Illum ex mœnibus hosticis
[5] Matrona bellantis tyranni
Prospiciens, et [6] adulta virgo
[7] Suspiret: Eheu! ne [8] rudis agminum
Sponsus lacessat [9] regius asperum
Tactu [10] leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira cædes.
Dulce et decorum est pro patria mori.
Mors et [11] fugacem persequitur virum,

1 Pauperiem duram et difficilem. 2 Puer factus robustus per acrem militiam. 3 Parthos pro quibuslibet hostibus. 4 Sub sole extra tectum vivat et in rebus formidolosis.

5 Uxor tyranni alicujus barbari. 6 Virgo nubilis et matura viro. 7 Voce queribunda hæc verba loquatur: Eheu! ne regius sponsus rudis agminum lacessat leonem asperum tactu, quem rapit cruenta ira per medias cædes. 8 Rei militaris inscius. 9 Sponsus regia stirpe progenitus. 10 Militem Romanum in conflictu sævum. Est allegoria.

11 Qui fugiendo consulunt saluti,

Nec parcit imbellis juventæ
[12] Poplitibus, timidoque tergo.
Virtus, repulsæ [13] nescia sordidæ,
Intaminatis fulget honoribus;
Nec sumit aut ponit [14] secures
Arbitrio popularis [15] auræ.
[16] Virtus, recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via,
Cœtusque vulgares, et udam
Spernit [17] humum fugiente penna.
[18] Est et fideli tuta silentio
Merces. [19] Vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgârit arcanæ, sub iisdem
Sit [20] trabibus, fragilemque mecum
Solvat [21] phaselum. Sæpe [22] Diespiter
Neglectus, incesto addidit integrum.
[23] Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

sæpius periclitantur quam qui fortiter pugnant. 12 Juvenibus ignavis, quorum poplites, quemadmodum et terga cernuntur dum fugiunt.

13 Virtus repulsæ ignominiosæ ignara, puris honoribus fulget; nam viri virtute præstantes non petunt à populo honores. 14 Honores aut Magistratus, quorum insignia sunt secures et fasces. 15 Favoris, id est, prout mobili et levi populo placuerit.

16 Virtus aperiens cœlum iis, qui non mortem, sed immortalitatem sunt meriti, iter patefacit et sibi et suis, per vias difficiles et interclusas. 17 Res terrenas spernit, quærens immortalia.

18 Laus silentii. 19 Neque mecum habitabit, neque mecum in eadem nave vehetur, qui sacra Cereris, id est, quodvis arcanum evulgârit, homo scilicet rimarum plenus.

20 Sub eodem tecto. 21 Navem velocem et oblongam.

22 Jupiter diei et lucis pater non cultus, sæpe castos et innocentes punit cum impiis et incestuosis. 23 Pœna tardo pede incedens raro patitur scelestum hominem præeuntem effugere, sed eum aliquando assequitur et comprehendit.

ODE III.

Virtute præditum virum nihil extimescere.

JUSTUM, et [1] tenacem propositi virum,
[2] Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus [3] instantis tyranni
[4] Mente quatit solida; neque Auster
[5] Dux inquieti turbidus Hadriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus.
[6] Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.
[7] Hac arte Pollux, et [8] vagus Hercules
Innixus, arces attigit [9] igneas:
Quos inter Augustus [10] recumbens
[11] Purpureo bibit ore nectar.
[12] Hac te [13] merentem, Bacche pater, tuæ
Vexere tigres, [14] indocili jugum
Collo trahentes. Hac [15] Quirinus

1 Virum in proposito recto perseverantem. 2 Non seditio civium iniquas leges ponentium, quæ cum æquo et bono pugnant. 3 Tyranni præsentis. 4 De sententia dimovet, id est, non efficit inconstantem. 5 Arbiter Hadriæ, vide Ode III, lib. I. Est Hadria generis masculini.

6 Si cœlum ruat, vir justus illius ruinam non expavescet. 7 His virtutibus, constantia nimirum et justitia, Pollux, Hercules, Bacchus, Romulus, ex mortalibus facti sunt immortales. 8 Hercules longinquas terras et multa maria peragravit ad varia monstra domanda. 9 Arces sideribus micantes, id est, cœlum. 10 Accumbens. Virgil. *Tu das epulis accumbere divûm.* 11 Augustus ore suo roseo et pulchro bibit nectar, jam Divus factus, etiamnum in terra vivus. Virgil. *O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit;* id est, Augustus.

12 Hac virtutis via. 13 Te merentem honores divinos, vel merentem, id est, militantem. 14 Tigrium collum suapte natura est indocile, Bacchi tamen jussui obsequitur. 15 Romulus patris sui equis, id est, arte militari, fugit Acheronta, paludem infernalem,

Martis equis Acheronta fugit,
[16] Gratum elocuta [17] consiliantibus
Junone divis. [18] Ilion, Ilion,
[19] Fatalis incestusque judex,
[20] Et mulier peregrina vertit
In pulverem, [21] ex quo destituit Deos,
Mercede pacta, Laomedon, mihi
Castæque [22] damnatum Minervæ
Cum populo, et [23] duce fraudulento.
Jam nec Lacænæ splendet adulteræ
[24] Famosus hospes, nec Priami domus
[25] Perjura, pugnaces Achivos
[26] Hectoreis opibus refringit:
Nostrisque [27] ductum seditionibus
Bellum resedit. [28] Protinus et graves
Iras, et invisum [29] nepotem,
Troïca quem peperit sacerdos,
[30] Marti redonabo. Illum ego lucidas

et ad superos evasit. 16 Junone rem gratam Diis elocuta, quod veteres inimicitias ex animo jam depòsuisset. 17 Divis consilium habentibus de recipiendo Romulo in numerum Deorum.

18 Hìc incipit Junonis oratio in Divorum cœtu habita. 19 Paris à fatis datus judex de aureo malo Veneri dato. 20 Et Helena à Paride rapta. 21 Ex quo tempore, Laomedon pater Priami destituit, id est, fraudavit promissa mercede Deos, Neptunum nempe et Apollinem, qui Jovis jussu Laomedonti suas operas locàrant ad muros Trojanos extruendos. 22 Ilion mihi et Minervæ damnatum, propter injuriam nobis illatam in malo pulchritudinis Veneri dato. 23 Laomedonte.

24 Paris infamis hospes Helenæ. 25 Perjura, propter Laomedontis fraudem. 26 Hectoris auxiliis. 27 Et bellum nostris discordiis productum in decennium resedit, id est, finitum est et compositum.

28 Deinceps. 29 Romulum Junonis nepotem per Martem, qui eum genuit ex Ilia. 30 Marti reddam et remittam; quamvis enim Romulus sit de genere Trojano, Marti tamen filio meo et patri suo concedam, ut Romulus sit primus rex Romanorum.

[31] Inire sedes, [32] ducere nectaris
Succos, et adscribi quietis
Ordinibus patiar Deorum.
[33] Dum longus inter sæviat Ilion
Romamque pontus; qualibet exules
In parte regnanto beati.
Dum Priami, Paridisque [34] busto
Insultet armentum, [35] et catulos feræ
Celent inultæ; stet Capitolium
Fulgens, [36] triumphatisque possit
Roma ferox dare jura Medis.
[37] Horrenda late nomen in ultimas
Extendat oras, qua [38] medius liquor
Secernit Europen ab Afro,
Qua tumidus rigat arva [39] Nilus:
[40] Aurum [41] irrepertum, et sic melius situm
Cum terra celat, spernere fortior,
Quam cogere humanos in usus,

31 In cœlos ascendere. 32 Divinos liquores bibere, et Divis adnumerari.

33 Ordo est et sensus: dummodo longus pontus intercurrat inter Trojam et Romam, qualibet in parte orbis regnanto Trojani felices et beati, exules tamen regnanto, sic ut Trojano imperio fruantur nunquam.

34 Paridis sepulchro. 35 Et dummodo Troja sit ita deserta, ut in ea et armenta pascere et feræ suos catulos occultare possint inultæ, id est, illæsæ et securæ, nemine prohibente: ea lege, stet Capitolium, etc. 36 Medis devictis et per triumphum ductis.

37 Roma barbaris gentibus formidanda extendat nomen in oras ultimas. 38 Mare Gaditanum. 39 Nilus Ægypti fluvius, sic dictus à Nilo rege, vel quod trahit νέαν ἰλύν, id est, novum limum, quo tota Ægyptus redditur fœcundior post suam inundationem. 40 Ordo est: Horrenda Roma nomen suum in ultimas terrarum oras extendat, Roma (inquam) fortior spernere, id est, fortior ad spernendum aurum, quam cogere.

41 Aurum nondum ex auri fodinis effossum.

Omne sacrum [42] rapiente dextra.
Quicumque mundi [43] terminus obstitit,
[44] Hunc tangat armis, visere gestiens
[45] Qua parte debacchentur ignes,
[46] Qua nebulæ, pluviique rores.
Sed bellicosis [47] fata Quiritibus
Hac lege dico: ne nimium pii,
[48] Rebusque fidentes, avitæ
Tecta velint reparare Trojæ.
[49] Trojæ renascens alite lugubri
Fortuna [50] tristi clade iterabitur,
Ducente victrices catervas
Conjuge me Jovis, et sorore.
Ter si resurgat murus aheneus
[51] Auctore Phœbo, ter pereat meis
[52] Excisus Argivis, ter [53] uxor
Capta [54] virum, puerosque ploret.
[55] Non hoc jocosæ conveniet lyræ.

42 Dextra, quæ sacris non parcit.
43 Polus septentrionalis et Australis. 44 Arma usque eo Roma inferat. 45 Juxta torridam Zonam, ubi sævit ingens solis æstus. Vide Ode xxii. lib. i. 46 Circulum intelligit utriusque poli, ubi mundus perpetua glacie obrigescit.

47 Hæc fata Romanis prædico et confirmo, ut totius mundi sint Imperatores, verum sub conditione, nempe, ne nimium pii, id est, ne nimium amantes Trojæ, unde sunt orti, velint reparare, etc. 48 Potentissimo imperio freti.

49 Ordo est: Fortuna Trojæ renascens alite lugubri, id est, malis auspiciis, iterabitur tristi clade, me, conjuge et sorore Jovis, ducente victrices catervas. 50 Flammis et ferro iterum vastabitur.

51 Etiamsi Apollo sit operis auctor, tamen ter pereat, etc. 52 Expugnatus ab Argivis meis, qui me Argis colunt. 53 Hecuba vel Andromache. 54 Maritum et filios cæsos ploret. 55 Lyrico carmini res graves non conveniunt. Musam igitur Poëta monet, ut humili carmine sermones Deorum non imminuat.

Quo, Musa, tendis? desine [56] pervicax
Referre sermones Deorum, [57] et
Magna modis tenuare parvis.

56 Desine, Musa licentiosa et audax, referre, etc.

57 Et desine res amplas lyricis modulationibus extenuare.

AD CALLIOPEN. Ode IV.

Musarum præsidio, è periculis ereptum se dicit, eodemque tutum semper fore sperat.

[1] DESCENDE [2] cœlo, et dic age tibia
Regina longum, Calliope, melos,
Seu voce nunc mavis acuta,
Seu fidibus, citharave Phœbi.
[3] Auditis? an me ludit amabilis
Insania? [4] audire, et videor pios
Errare per lucos, amœnæ
Quos et aquæ [5] subeunt, et auræ.
[6] Me fabulosæ, Vulture in Appulo,
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo fatigatumque somno
Fronde nova puerum palumbes

1 Ordo est : O Regina Calliope, descende de cœlo, et age, dic tibia longum melos, id est, longam et suavem cantilenam. 2 Habent Musæ etiam sedem in cœlo, ut Jovis filiæ.

3 Sodales mei, numquid auditis Calliopen canentem; an me fallit poëtica insania? 4 Videor mihi audire Calliopen, quodque ipsa discurrit per lucos pios, id est, per lucos quos Dii incolunt. 5 Quos lucos aquæ jucundæ præterfluunt, et in quibus gratæ spirant auræ.

6 Ordo est et sententia : Palumbes fabulosæ id est, palumbes de quibus Poëtæ multa fabulantur, me puerum ludo fatigatum et somno victum texere, et cooperuere nova fronde, id est, fronde recenti et viridi, in Vulture Appulo, id est, in Vulture monte Apuliæ, extra

Texere : mirum quod foret omnibus,
Quicumque celsæ nidum [7] Acherontiæ,
Saltusque [8] Bantinos, et arvum
Pingue tenent [9] humilis Ferenti;
[10] Ut tuto ab atris corpore viperis
Dormirem et ursis; [11] ut premerer sacra
Lauroque, [12] collataque myrto,
[13] Non sine Dîs animosus infans.
[14] Vester, Camœnæ, vester in arduos
[15] Tollor Sabinos; seu mihi [16] frigidum
Præneste, seu Tibur [17] supinum,
Seu [18] liquidæ placuere Baiæ.
Vestris [19] amicum fontibus, et choris,
Non me [20] Philippis versa acies retro,
[21] Devota non extinxit arbos,
Nec Sicula [22] Palinurus unda.

limen Apuliæ altricis, id est, nutricis meæ et soli natalis. 7 Acherontia est urbs Lucaniæ admodum parva, in sublimitate montis posita, ideoque eam nido comparat: vel per nidum domum propriam significat. 8 Bantina est oppidum Apuliæ pascuis abundans. 9 Ferentum est urbs in humili et depressa valle posita. 10 Admirabile præsagium omnibus, quo pacto dormirem corpore tuto, etc. 11 Quod premerer lauro sacra, id est, lauro Apollini dicata, quæ quidem laurus præsagiebat eum futurum Poëtam. 12 Et myrto comportata à palumbibus, quæ Veneri consecrata significabat eum res amatorias cantaturum. 13 Non sine divino numine, ego infans impavidus.

14 Ubicumque fuero, ô Camœnæ, vester sum. 15 In montes excelsos Sabini vehor. 16 Non ideo frigidum, quia Præneste in monte positum est, sed propter frigidas aquas ibi è fontibus profluentes ad varios morbos salutares. 17 In ascensu montis constitutum. 18 Baiæ est urbs Campaniæ aquis calidis nobilitata.

19 Ordo est : me amicum vestris fontibus et choris non extinxit Philippis acies versa retro, non arbos, etc. 20 Philippi est urbs in Thessalia, ubi versus erat in fugam Bruti et Cassii exercitus, in quo bello Horatius erat Tribunus militum. 21 Arbor scelerata, Vide Ode XIII, lib. II. 22 Promontorium Lucaniæ, sic denominatum à Palinuro navis Æneæ gubernatore, ubi Horatius in summo periculo est ver-

[23] Utcumque mecum vos eritis, libens
[24] Insanientem navita Bosporum
Tentabo, et [25] arentes arenas
[26] Littoris Assyrii viator.
Visam [27] Britannos hospitibus feros,
Et lætum equino sanguine [28] Concanum:
Visam pharetratos [29] Gelonos,
[30] Et Scythicum inviolatus [31] amnem.
Vos [32] Cæsarem altum, militia simul
Fessas cohortes [33] abdidit oppidis,
Finire quærentem labores
[34] Pierio recreatis antro.
Vos [35] lene consilium et datis, et dato

satus, cum ex bello Philippensi in Italiam rediret.

23 Quandocumque. 24 Mare Bosporum æstuosum. Vide Ode XIII et XX. lib. II. 25 Arenas calentes: in Assyria enim Persarum regione, vehementior est sol. 26 Assyria, Strabone teste, complectitur Babyloniam, et magnam partem adjacentium regionum. Itaque, per littus Assyrium, intellige littus maris Persici, vel Caspii, vel etiam Syrii; nam, Syria dicta quoque olim est Assyria.

27 Britanni, inquit Acron, hospites olim mactabant pro hostia. Feri igitur et inhospitales tunc temporis erant. Nunc vero, illa gens quæ à nostro Poëta hic dicitur fera, perhumana, ut cœteræ gentes Europæ, facta est, atque hospitalis. 28 Concani erant Hispani, si Ptolomæo credatur, apud quem Concana urbs est Mediterranea Cantabriæ: sed, ut alii volunt Thraces, quibus sanguis ex equini cruris venis subtractus et lacti commixtus, potus erat familiaris. 29 Scythiæ populum sagittis potentem, vide Ode XX. lib. II. 30 Et inviolatus, id est, salvus Musarum præsidio visam, etc. 31 Per Scythicum ammem intelligit Tanaïm, hodie *le Don*, quo Europa ab Asia distinguitur versus Scythas et Septentrionem.

32 Cæsarem magnum et triumpho sublimem. Ordo est: vos recreatis Pierio antro Cæsarem quærentem finire labores, simul atque abdidit oppidis cohortes fessas militia. 33 Simul ut in hybernis constituit exercitum propter anni tempus ad bellum gerendum ineptum. 34 Antro Musis sacro et secreto, id est, vos Cæsarem oblectatis arte poëtica.

35 Consilium ab immanitate remotum, quo usus est Çæsar in subjugandis barbaris.

Gaudetis almæ. Scimus ut [36] impios
Titanas, immanemque turmam,
Fulmine sustulerit [37] caduco,
Qui terram [38] inertem, qui mare temperat
Ventosum, et urbes, regnaque [39] tristia,
Divosque, mortalesque turbas
Imperio regit [40] unus æquo.
[41] Magnum illa terrorem intulerat Jovi
Fidens, juventus horrida brachiis,
[42] Fratresque tendentes [43] opaco
Pelion imposuisse Olympo.
Sed quid [44] Typhœus, et validus Mimas,
Aut quid [45] minaci Porphyrion statu,
Quid Rhœtus, [46] evulsisque truncis
Enceladus jaculator audax,
Contra sonantem Palladis [47] ægida
Possent ruentes? [48] hinc [49] avidus stetit
Vulcanus, hinc matrona Juno, et
Nunquam humeris [50] positurus arcum,
Qui [51] rore puro Castaliæ lavit

36 Gigantes cum Diis belligerantes. 37 Fulmine in caput Titanum cadente. 38 Terram immobilem. 39 Sedem inferorum, ubi omnia sunt tristia. 40 Solus Jupiter.

41 Ordo est: Illa juventus horrida, fidens brachiis, magnum terrorem intulerat Jovi. 42 Gigantes ex terra nati contendentes montem monti imponere. 43 Olympo umbroso.

44 Typhœus, Mimas, Porphyrion, Rhœtus, Enceladus, sunt nomina Gigantum. 45 Ingenti statura. 46 Enceladus tam fuit robustus, ut arbores eradicatas jacularetur in hostes. 47 Contra Minervæ clypeum, quo Jupiter etiam usus est contra Gigantes. Contra Jovis sapientiam nil possunt Gigantes. 48 Ex parte Jovis in hac pugna. 49 Vulcanus dicitur avidus propter ignis rapacitatem, vel quia pugnæ est avidus. 50 Apollo, qui semper arcum gestat. 51 Aqua sincera fontis Castalii, sic dicti à Castalia puella, quam Apollo adamavit.

[52] Crines solutos, qui [53] Lyciæ tenet
Dumeta, [54] natalemque silvam,
Delius, et Patareus Apollo.
[55] Vis consilî expers mole ruit sua :
[56] Vim temperatam Dî quoque provehunt
In majus : iidem odere vires
Omne nefas animo [57] moventes.
Testis mearum [58] centimanus Gyges
Sententiarum notus, et [59] integræ
Tentator [60] Orion Dianæ,
Virginea domitus sagitta.
[61] Injecta monstris Terra dolet suis,
Mœretque partus fulmine luridum
Missos ad Orcum : nec peredit
Impositam celer ignis [62] Ætnam :
[63] Incontinentis nec Tityi jecur
Relinquit ales, [64] nequitiæ additus
Custos : amatorem trecentæ
[65] Pirithoüm cohibent catenæ.

52 Crines humeris sparsos. 53 In Lycia fons est Castalius. 54 Silvam, in qua natus est Apollo, dictus Patareus à Patara Lyciæ civitate, ubi maxime colebatur. 55 Robur corporis sine prudentia suo labitur impetu. 56 Vires consilio gubernatas Dii augent. 57 Vires cogitantes iniquitatem.

58 Briareus, de quo vide Ode xvii lib. ii. 59 Castæ Dianæ. 60 Orion venator, stuprare conatus Dianam, ejus sagittis est confossus.

61 Ordo est : Terra mater, imposita monstrosis Gigantibus suis filiis, dolet et mœret suos partus esse fulmine missos ad Orcum, id est, ad Plutona supra modum pallidum, et inferno colore fœdatum. 62 Siciliæ montem, Encelado Giganti injectum. 63 Nec vultur relinquit perdere jecur Tityi luxuriosi, qui Latonæ stuprum inferre conatus est. 64 Intemperantiæ suæ appositus custos, ut ei sit infestus. 65 Ixionis et Diæ filium, amatorem Proserpinæ, quam rapere cum tentaret Pirithoüs, catenis dicitur implicitus esse apud inferos.

AUGUSTI LAUDES. Ode V.

M. Attilii Reguli constantia, et ad Pœnos reditus.

1 Cœlo tonantem credidimus Jovem
Regnare: 2 præsens divus habebitur
Augustus, adjectis Britannis
3 Imperio, gravibusque Persis.
Milesne 4 Crassi, 5 conjuge barbara
6 Turpis maritus vixit? et hostium
(7 Proh curia, inversique mores!)
Consenuit socerorum in armis
Sub rege Medo, 8 Marsus, et Appulus,
9 Anciliorum, et nominis, et togæ
Oblitus, 10 æternæque Vestæ,
11 Incolumi Jove, et urbe Roma?

1 Ut tonitrua demonstrant Jovem esse cœli regem, sic Cæsaris victoriæ divinitatem ejus arguunt. 2 Dum est in vivis. 3 Imperio Romano additis Britannis, qui ab Augusto per Drusum privignum superati sunt.

4 Propter Crassi cladem, Persæ vel Parthi graves et perniciosi habebantur, qui tamen Augusto facile cesserunt, signaque militaria Crasso et M. Antonio adempta reddiderunt. 5 Cum conjuge alienigena. 6 Ut servus et captivus vixit? 7 O Senatus, vel ô curia, quam indignas res passa es contra majestatem populi Romani; et, ô mores quam inversi et corrupti estis, ut Romani milites jam barbaris serviant, qui iis olim dominari solebant!

8 Marsi et Appuli inter Romanos milites erant clarissimi, qui cum Crasso superati et capti, uxores acceperunt à Medis et Persis, ut ibi velut in propriis sedibus omnem ætatem agerent. 9 Ignavi erant milites sub Crasso, qui obliviscerentur ancilia; scuta brevia numero duodecim in æde Martis servata; ex quibus unum de cœlo lapsum credebatur: nam datum est pro oraculo, ibi fore Imperium, ubi fuisset ancile. Ancilia hic pro virtute ponuntur; toga pro dignitate.

10 Æterni ignis, qui in templo Vestæ à Virginibus custoditus nunquam extinguebatur. 11 Salvo Capitolio, quæ Jovis erat sedes, quasi diceret non deserta urbe à suis Diis. Turpe igitur militibus Romanis ut sub armis hostilibus senescerent.

[12] Hoc caverat mens provida Reguli
Dissentientis [13] conditionibus
Fœdis, [14] et exemplo trahenti
Perniciem veniens in ævum,
Si non periret immiserabilis
Captiva pubes. [15] Signa ego [16] Punicis
Affixa delubris, et arma
Militibus sine cæde, dixit,
Direpta vidi: vidi ego civium
[17] Retorta tergo brachia libero,
[18] Portasque non clausas, [19] et arva
Marte coli populata nostro.
[20] Auro repensus scilicet acrior
Miles redibit? flagitio additis
[21] Damnum. Neque amissos colores
[22] Lana refert medicata [23] fuco;
Nec vera virtus, cum semel excidit,
[24] Curat reponi deterioribus.

12 Regulus hoc providerat, ne quis suo exemplo spem vitæ in captivitate poneret. 13 A conditionibus fœdis. Noluit enim Regulus captivos Afrorum pro se reddi. 14 Et dissentientis ab exemplo quod traheret perniciem in posterum tempus, nisi pubes captiva periret immiserabilis, id est, sine misericordia. Nam, tali exemplo milites deinceps ignavius pugnarent.

15 Hæc est Reguli Oratio in Senatu Romano habita: *genus est deliberativum.* 16 Ego vidi arma Africanis templis affixa, quæ nostri milites hosti tradiderunt sine cæde. 17 Vidi brachia Romana revincta tergo quondam libero. 18 Portas Carthaginis apertas, quod arguit Carthaginiensium securitatem. 19 Et vidi eos agros coli, qui fuerant à nobis antea devastati.

20 Scilicet miles auro redemptus, ad pugnam fortior redibit. Ironia est. 21 Turpitudinem damno cumulatis, dum milites ignavos auro redimitis.

22 Candida lana, alio colore tincta, non resumit candorem genuinum amissum. 23 Colore. Fucus herba est, qua tinguntur vestes.

24 Vera virtus non solet restitui aut reparari ab iis qui corrupti jam ac de-

[25] Si pugnat extricata densis
Cerva plagis, erit ille fortis,
[26] Qui perfidis se credidit hostibus:
[27] Et Marte Pœnos proteret altero,
Qui lora restrictis lacertis
Sensit [28] iners, timuitque mortem.
[29] Hic, unde vitam sumeret inscius,
Pacem duello miscuit. O pudor!
O magna Carthago, probrosis
[30] Altior Italiæ ruinis!
[31] Fertur pudicæ conjugis osculum,
Parvosque natos, [32] ut capitis minor,
A se removisse, et virilem
[33] Torvus humi posuisse vultum:
Donec labantes consilio Patres
Firmaret [34] auctor nunquam alias dato,
Interque mœrentes amicos
Egregius properaret [35] exul.
[36] Atqui sciebat quæ sibi barbarus
Tortor pararet: non aliter tamen

pravati sunt. 25 Si fieri potest, ut cerva retibus expedita; pugnare audeat. 26 Qui hostium potestati se permisit. 27 Et altero prælio Carthaginienses subiget is, qui lora, etc. 28 Ignavus.

29 Hic miles nesciens vitam armis, non deditione esse retinendam, pacem cum bello confudit: nam in ardentissima pugna, tanquam in pace, se hostibus credidit. 30 Nobilior turpibus Italiæ ruinis. 31 Regulus dicitur à se removisse, id est, non admisisse conjugis osculum. 32 Ut capite diminutus, id est, ut servus factus per captivitatem. 33 Et dicitur torvo vultu oculos in terra defixos habuisse, donec consilio nunquam alias dato, id est, donec argumentis inauditis firmaret Patres labantes dubitantesque. 34 Suasor sive monitor. 35 Exul per captivitatem egregius, id est, nunquam satis laudatus.

36 Non ignorabat Regulus se ad exquisita supplicia proficisci. Cic. de

Dimovit [37] obstantes propinquos,
Et [38] populum reditus morantem,
Quam si clientum longa negotia
[39] Dijudicata lite relinqueret,
[40] Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium [41] Tarentum.

Off. lib. III. 37 Amicos contradicentes, precantesque ne ad hostes rediret. 38 Populum, qui reditum suum tardabat. 39 Lite finita, et sententia pronunciata. 40 Iter habens Venafranum Campaniæ civitatem, animi relaxandi gratia. Vide Ode VI. lib. II. 41 Oppidum à Phalanto Lacedæmonio conditum.

AD ROMANOS. Ode VI.

Corruptos suæ ætatis mores insectatur.

[1] DELICTA majorum immeritus lues,
Romane, donec templa [2] refeceris,
Ædesque labentes Deorum, et
[3] Fœda nigro simulacra fumo.
[4] Dîs te minorem quod geris, imperas.
[5] Hinc omne principium, [6] huc refer exitum.
Dî multa [7] neglecti dederunt
[8] Hesperiæ mala luctuosæ.
Jam bis [9] Monæses, et Pacori manus

1 Ob culpam majorum dabis pœnas, quas non es meritus. 2 Donec reædificaveris vel reparaveris templa Deorum decidentia. 3 Simulacra situ vetustatis sordentia.

4 Quia Deos colis, idcirco imperas, Romane. 5 A pietate in Deos tuum habes initium. 6 Ad Deos neglectos tuas refer calamitates. Alii hunc versum sic interpretantur, ut sit sensus; in exordio rerum Deos invoca: eisdem in exitu gratias agito. 7 Dii minus studiose culti. 8 Italiæ lugubri.

9 Monæses et Pacorus Parthorum reges bis, id est, primo Crassum, secundo Labienum cum omni exercitu deleverunt, nostrosque conatus inauspicatos, id est, quia contempsimus

Non auspicatos contudit impetus
Nostros, et adjecisse prædam
Torquibus exiguis [10] renidet.
Pene occupatam [11] seditionibus
Delevit urbem [12] Dacus, et Æthiops;
Hic [13] classe formidatus, [14] ille
Missilibus melior sagittis.
[15] Fœcunda culpæ sæcula nuptias
Primum inquinavere, et genus, et domos.
[16] Hoc fonte derivata clades
In patriam populumque fluxit.
Motus doceri gaudet [17] Ionicos
Matura virgo, et [18] fingitur artubus:
Jam nunc et incestos amores
[19] De tenero meditatur ungui.
[20] Mox juniores quærit adulteros
[21] Inter mariti vina; [22] neque eligit
Cui donet [23] impermissa raptim
Gaudia, [24] luminibus remotis:
[25] Sed jussa coram, non sine conscio

auspiciorum necessariam veritatem, inanes reddiderunt. 10 Gaudet se adjecisse prædam aureis suis torquibus, qui ante nos devictos erant exigui, jam vero facti sunt ampliores.

11 Bellis civilibus. 12 Scythæ et Ægyptii sub Antonio et Cleopatra. 13 Classe, quam Cleopatra instruxerat. 14 Ille Dacus, Scytha multo peritior in mittendis sagittis.

15 Sæcula, in quibus homines assidue culpam committunt.

16 Ex adulteriis. 17 Saltationes lascivas, quas primum Iones invenerant. 18 Docetur corpus molliter movere et saltare secundum artem. 19 A teneris annis discit et exercet amores flagitiosos.

20 Post nuptias celebratas quærit amatores marito suo juniores, id est, robustiores. 21 Inter epulas nuptiales. 22 Nullum adhibet delectum. 23 Illicitas stupri voluptates. 24 Lucernis remotis, ne sint testes pollutæ verecundiæ. 25 Sed veluti publica meretrix ab adultero arcessita, è lecto

Surgit marito, seu vocat [26] institor,
Seu navis Hispanæ [27] magister,
[28] Dedecorum pretiosus emptor.
[29] Non his juventus orta parentibus
Infecit æquor sanguine Punico,
[30] Pyrrhumque, et ingentem cecidit
[31] Antiochum, Annibalemque dirum:
Sed rusticorum [32] mascula militum
Proles, [33] Sabellis docta ligonibus
[34] Versare glebas, et severæ
Matris ad arbitrium recisos
[35] Portare fustes, sol ubi montium
[36] Mutaret umbras, et juga demeret
Bobus fatigatis; amicum
Tempus [37] agens abeunte curru.
[38] Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores, [39] mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

surgit, vidente et consentiente marito, qui tanquam leno pretium concubitus accepit. 26 Negotiator.

27 Nauclerus. 28 Flagitiorum emptor liberalis.

29 Non tam libidinosis parentibus nati sunt illi Romani, qui navali bello Pœnos superârunt. Vide Ode xii. lib. ii. 30 Epirotarum regem à Curio Fabricioque in Lucania victum. 31 Syriæ Regem à M. Acilio superatum. 32 Proles virilis, non effœminata. 33 Sabinis, pro quibusvis ligonibus et ferramentis rusticis. 34 Arare. 35 Lignum portare domum post laborem finitum; ad ignem alendum, si matres severæ sic juberent. 36 Vesperi; nam, sol descendens mutat umbras. 37 Adducens tempus gratum, id est, noctem in qua quiescimus, curru suo, in quo vehitur recedente.

38 Dies, id est, tempus, omnibus rebus damnum et interitum afferens, quid non consumit? 39 Paulo post. Hic observa elegantem gradationem in tribus versiculis. Avis parentes, parentibus nos, nobis nostri liberi sunt deteriores.

AD ASTERIEN. Ode VII.

Solatur eam, de viri sui absentia mœstam et sollicitam.

[1] Quid fles, Asterie, quem tibi candidi
Primo restituent Vere Favonii,
[2] Thyna merce beatum,
Constanti juvenem fide
Gygen? ille [3] Notis actus ad Oricum
[4] Post insana Capræ sidera, frigidas
Noctes, non sine multis
[5] Insomnis lacrymis agit.
[6] Atqui sollicitæ nuntius hospitæ,
Suspirare Chloën, et miseram tuis
Dicens ignibus uri,
Tentat mille vafer modis.
Ut Prœtum mulier perfida credulum
Falsis impulerit [7] criminibus, nimis
Casto Bellerophonti
[8] Maturare necem, refert.

1 Ordo est et sensus: O Asterie, quid fles? id est, quid flendo desideras Gygen juvenem constanti fide, quem Thyna merce beatum, candidi Favonii, id est, sereni venti occidentales primo vere tibi restituent? 2 Locupletatum merce advecta è Cilicia. 3 Notis actus, id est, quibuslibet ventis compulsus ad Oricum, urbium primam in Epiro. 4 Post magnas tempestates Capræ occasu excitatas. 5 Non dormiens.

6 Ordo est et sensus: Atqui vafer nuntius sollicitæ hospitæ (nempe nuntius à Chloë ad virum tuum missus) tentat illum mille modis, dicens, Chloën miseram suspirare et uri tuis ignibus, id est, uri eo amore quo tu virum tuum complecteris, et refert ut perfida mulier, scilicet Antea, impulerit Prœtum, credulum falsis criminibus maturare necem casto Bellerophonti. 7 Criminationibus. 8 Accelerare mortem.

9 Narrat pene datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hyppoliten dum fugit abstinens:
10 Et peccare docentes
Fallax historias monet,
Frustra. Nam, scopulis surdior 11 Icari,
Voces audit, adhuc integer. At tibi,
Ne vicinus 12 Enipeus
Plus justo placeat, cave:
Quamvis non alius 13 flectere equum sciens
Æque conspicitur 14 gramine Martio:
Nec quisquam citus æque
15 Tusco denatat alveo.
16 Prima nocte domum claude, 17 neque in vias
Sub cantu 18 querulæ despice tibiæ,
19 Et te sæpe vocanti
Duram, difficilis mane.

9 Ordo est: et nuntius Chloës narrat Pelea pene datum Tartaro, id est, Pelea prope occisum fuisse, dum abstinens fugit Magnessam Hyppoliten. 10 Et ille mendax nuntius alias narrat historias, quæ eum ad peccandum compellant; sed frustra.

11 Scopulis Icarii maris surdior, audit integer, id est, incorruptus, ita ut, verbis nuntii à Chloë missi, non commoveatur, sed continens eamque contemnens permaneat.

12 Nomen est vicini libidinosi, qui eam amabat. 13 AEque peritus in equitandi scientia.

14 In campo Martio, ubi se exercebant juvenes Romani, ut equo uti bene scirent. 15 Tiberino fluvio, qui Tusciam à Sabino dividit. 16 Noctis initio. 17 Neque in vias deorsum despice ex alto. 18 Querentis se immerito abs te contemni. 19 Denique, ô Asterie, mane inexorabilis, Enipeo te ferream et sævam sæpe vocanti.



AD MÆCENATEM. Ode VIII.

Cur Kalendis Martiis, cum uxorem non habeat, nihilominus sacrificet, ac epuletur.

[1] MARTIIS [2] cælebs quid agam [3] Kalendis,
Quid velint flores, et [4] acerra thuris
Plena, miraris, [5] positusque carbo in
Cespite vivo,
Docte sermones [6] utriusque linguæ.
Voveram dulces epulas, et [7] album
Libero caprum, prope [8] funeratus
Arboris ictu.
Hic dies, [9] anno redeunte festus,
[10] Corticem adstrictum pice dimovebit
[11] Amphoræ fumum bibere institutæ
[12] Consule Tullo.
Sume, Mæcenas, cyathos amici
[13] Sospitis centum, [14] et vigiles lucernas

1 Ordo est: Mæcenas docte sermones utriusque linguæ, tu miraris, quid ego cælebs agam Martiis Kalend. 2 Sine uxore. 3 Kalendis, quas mariti celebrabant, ut uxores castas et pudicas haberent domi. 4 Thuribulum, vel patera fictilis, quæ arcula est in qua thus ponebatur. 5 Ignis paratus super aram ex vivo cespite erectam. Vide Ode XIX. lib. I. 6 Linguæ Græcæ et Latinæ. 7 Diis superis alba victima, inferis nigra immolabatur. 8 Prope morti datus, casu arboris in caput suum procumbentis. Vide Ode XIII, lib. II.

9 Anno vertente, id est, singulis annis. 10 Corticem pice illitum, id est, superius picatum. 11 Amphoræ quæ cœpta est fieri fumosa, id est, vetusta; intelligit vinum valde vetustum in utribus ita exsiccatum, ut depromi non posset, neque bibi, nisi aqua dilutum. 12 In Amphoræ fundo nomen Consulis scribebant, quando vinum in cella vinaria erat repositum, ad significandam vini ætatem. Vide Ode XX. lib. I.

13 Amici incolumis et salvi ab arboris illius casu. 14 Et producito vigiles, id est, accensas lucernas in lucem,

Profer in lucem : procul omnis esto
[15] Clamor et ira.
Mitte civiles [16] super urbe curas.
Occidit Daci [17] Cotisonis agmen :
[18] Medus infestus sibi luctuosis
Dissidet armis :
Servit Hispanæ vetus hostis oræ
[19] Cantaber, sera domitus catena :
Jam Scythæ [20] laxo meditantur arcu
Cedere campis.
[21] Negligens, ne qua populus laboret,
Parce [22] privatus nimium cavere, et
[23] Dona præsentis cape lætus horæ, ac
[24] Linque severa.

id est, totam noctem compotemus.
15 Vide Ode XXVII. lib. I.
16 De urbe. 17 Cotison rex fuit Dacorum, quos Octavianus superavit.
18 Medi seditionibus civilibus inter se dissentiunt.
19 Cantabri populi erant Hispaniæ, quos bellum sex annos cum Romanis gerentes devicit Agrippa. 20 Remisso arcu, id est, armis depositis.
21 Negligens esto, non sollicitus, ne in re aliqua populus periclitetur.
22 Cum magistratum non geras, parce, id est, noli nimium curare remp.
23 Rape quod præsens hora donat.
24 Omitte res serias.

AD LYDIAM. Ode IX.

Dialogus Horatii et Lydiæ.

HORATIUS.

[1] Donec gratus eram tibi,
[2] Nec quisquam potior brachia candidæ
Cervici juvenis dabat,

1 Quamdiu. 2 Quem pluris faceres.

Persarum [3] vigui rege beatior.

LYDIA.

Donec non alia magis
[4] Arsisti, neque erat Lydia [5] post Chloën,
[6] Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior [7] Ilia.

HORATIUS.

Me nunc [8] Thressa Chloë regit,
Dulces docta [9] modos, et citharæ sciens,
Pro qua non metuam mori,
[10] Si parcent animæ fata superstiti.

LYDIA.

[11] Me torret face mutua
Thurini [12] Calaïs filius Ornithi,
Pro quo bis patiar mori,
Si parcent [13] puero fata superstiti.

HORATIUS.

[14] Quid, si prisca redit Venus,
Diductosque jugo cogit aheneo?
Si flava [15] excutitur Chloë,
[16] Rejectæque patet janua Lydiæ?

3 Florui, vixi.

4 Quamdiu non aliam magis amasti. 5 Neque erat Lydia minus dilecta quam Chloë. 6 Ego Lydia magnæ famæ. 7 Romuli matre.

8 Chloë ex Thracia mihi imperat, et me habet 9. Musicæ numeros. 10 Si mea morte assequar, ut sit mihi superstes, quasi diceret Chloën animæ suæ esse dimidium.

11 Ordo est: Calaïs filius Thurini Ornithi torret me face mutua, id est, amore mutuo me urit. 12 Calaïs est nomen amantis, qui fuit ex Thurio civitate in sinu Tarentino. 13 Calaï.

14 Quid, si Venus intermissa redit, nosque discordes copulat jugo aheneo, id est, amore indissolubili? 15 Quid, si Chloë ejicitur è pectore meo? 16 Lydiæ repudiatæ.

LYDIA.

Quanquam sidere pulchrior
[17] Ille est, tu levior [18] cortice, et [19] improbo
Iracundior Hadria,
Tecum vivere amem, tecum obeam libens.

17 Calaïs. 18 Levior subere, quod ob levitatem fertur super aquas. 19 AEstuoso mari Hadriatico. Vide Ode XXXIII. lib. I.

IN LYCEN. Ode X.

Ut, posita duritie, aliqua ipsius misericordia capiatur.

[1] EXTREMUM Tanaïm si biberes, Lyce,
Sævo nupta viro, me tamen asperas
[2] Porrectum ante fores, objicere incolis
Plorares Aquilonibus.
Audis quo strepitu janua, quo [3] nemus
Inter pulchra situm tecta [4] remugiat
Ventis? [5] et positas ut glaciet nives
Puro numine Jupiter?
Ingratam Veneri [6] pone superbiam:
[7] Ne currente retro funis eat rota.
[8] Non te Penelopen difficilem procis

1 O Lyce, si extremum Scythiæ fluvium biberes, id est, si barbara esses et Scythæ nupta. 2 Me dormientem ante tuas fores, mihi quidem asperas et iniquas, non patereris, imo plorares me (inquam) exponere ventis Septentrionalibus, qui in Scythia oriuntur.

3 Viridarium. 4 Resonet. 5 Et quomodo Jupiter, id est, æther convertit in glaciem nives demissas puro numine, id est, aperto et sereno cœlo?

6 Abjice et depone superbiam. 7 Ne fortuna, quæ nunc tibi favet, retrocedat. Similitudo est ducta à rotis fune circumactis, quo rupto rotæ retro currunt.

8 Tu non es Penolope uxor Ulys-

Tyrrhenus genuit parens.
O, quamvis neque te munera, nec preces,
Nec [9] tinctus viola pallor amantium,
[10] Nec vir Pieria pellice saucius
Curvat; [11] supplicibus tuis
Parcas, [12] nec rigida mollior æsculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
[13] Non hoc semper erit liminis, aut [14] aquæ
Cœlestis patiens latus.

sis, quæ in procos fuit sæva et difficilis. Tyrrhenus, id est, Italus pater non genuit te talem.

9 Color pallidus, violacei coloris particeps. 10 Et quamvis maritus tuus Pieriæ fidicinæ amore captus, non te flectit in amorem. 11 Miserere tamen mei supplicis tui. 12 Quæ neque æsculo es flexibilior, nec mitior animum, id est, nec mitiorem habes animum, quam serpentes Mauritaniæ.

13 Non semper ero juvenis, ut possim super limen januæ tuæ cubare, idque cœlo pluvioso: noli igitur occasionem amoris mei potiundi prætermittere. 14 Pluviæ.

AD MERCURIUM. Ode XI.

Ut cantus sibi dictet, quibus Lyde flecti possit.

[1] MERCURI, (nam te docilis magistro
Movit [2] Amphion lapides canendo)
Tuque [3] testudo resonare septem
[4] Callida nervis,
[5] Nec loquax olim, neque grata; nunc et
Divitum mensis, et amica [6] templis;

1 Ordo est: ô Mercuri, dic modos, quibus Lyde obstinatas aures applicet; nam, te magistro, docilis Amphion movit lapides canendo, etc. 2 Amphion Jovis ex Antiopa filius citharæ cantu traxit post se lapides, ex quibus muri Thebani sunt extructi. 3 Ex qua testudine Mercurius fecit lyram. 4 Perita, quæ scite scis resonare septem chordis. 5 Quæ non eras sonora, antequam Mercurius te chordis instruxisset. 6 Deorum sacris

Dic modos, Lyde quibus [7] obstinatas
Applicet aures.
Quæ, velut latis equa [8] trima campis
Ludit [9] exultim, [10] metuitque tangi
[11] Nuptiarum expers, et adhuc protervo
[12] Cruda marito.
Tu potes tigres, comitesque sylvas
Ducere, et rivos celeres [13] morari.
Cessit [14] immanis tibi [15] blandienti
Janitor aulæ
Cerberus: quamvis furiale centum
Muniant [16] angues caput ejus, atque
[17] Spiritus teter, [18] saniesque manet
Ore trilingui.
Quin et [19] Ixion, [20] Tityosque vultu
[21] Risit invito: [22] stetit urna paulum
Sicca, dum grato Danaï [23] puellas
Carmine mulces.
[24] Audiat Lyde scelus, atque notas

veteres Musicam adhibebant. 7 Aures contumaces et à me aversas.

8 Equa trium annorum. 9 Per saltationem. 10 Cavet ne tangatur. 11 Nonnupta ἄγαμος. 12 Immatura viro petulanti.

13 Tardare: alludit ad Orphei fabulam. Vide Ode xii. lib. i.

14 Ingentis et vastæ aulæ, quæ omnium mortalium est capax. 15 Tibi blande canenti, cum Orpheus suam Eurydicen ab inferis reduceret. 16 Vide Ode xiii. lib. ii. 17 Anhelitus niger. 18 Et quamvis atrum venenum, seu corruptus humor fluat ex triplici ore.

19. Ixion Junoni stuprum conans inferre, hac pœna apud inferos cruciatur, ut rotæ inter serpentes alligatus assidue et sine requie circumagatur. 20 Tityos est nominativus Græcus. Vide Ode iv. hujus lib. 21 Risit propter lyræ dulcedinem, sed vultu invito, propter pœnæ acerbitatem. 22 Belides suum laborem intermiserunt, dum tu eas grato carmine oblectas. 23 Danaï filias.

24 Audiat Lyde, quas pœnas apud inferos luant, quæ suis amatoribus

Virginum pœnas, et inane lymphæ
[25] Dolium fundo pereuntis imo,
[26] Seraque fata,
Quæ manent culpas etiam sub Orco:
[27] Impiæ, (nam quid potuere majus?)
Impiæ sponsos potuere [28] duro
Perdere ferro.
[29] Una de multis [30] face nuptiali
Digna, perjurum fuit in parentem
[31] Splendide mendax, et in omne [32] virgo
Nobilis ævum:
Surge, quæ dixit juveni marito,
Surge, ne [33] longus tibi somnus, [34] unde
Non times, detur; socerum, et scelestas
[35] Falle sorores;
[36] Quæ, velut nactæ vitulos leænæ,
Singulos, eheu! lacerant. Ego illis
[37] Mollior, nec te feriam, nec intra
Claustra tenebo.
[38] Me pater sævis oneret catenis,
Quod viro clemens misero peperci:

inhumanæ fuerunt. 25 Dolium aquæ vacuum, quia pertusum est sine fundo. 26 Fata tarde venientia ad ultionem, ut eo gravius puniant. 27 O impiæ sorores! nam quid majus impium potuerunt perpetrare? 28 Crudeli gladio. 29 Hypermnestra ex quinquaginta sororibus sola suo pepercit viro, Lynceo scilicet.

30 Honore matrimonii digna; cum facibus enim nuptiæ fiebant vesperi apud antiquos. 31 Laudabiliter mendax; nam honestum est pro justitia mentiri, in iis præsertim quæ sunt contra Deum et naturam. 32 Mulier. 33 Mors μακρὸς ὕπνος. 34 A quo. 35 Effuge, λάνθανε. 36 Ordo est: Quæ velut Leænæ nactæ vitulos, eheu! lacerant singulos.

37 Ego illis humanior, nec te occidam, nec clausum tenebo.

38 Esto, quod pater me in vincula

Me vel extremos Numidarum in agros
Classe releget.
39 I, pedes quo te rapiunt, et 40 auræ,
Dum favet nox, et 41 Venus : i secundo
Omine, et nostri memorem sepulchro
42 Sculpe querelam.

conjiciat, vel in exilium pellat, idque classe, ut difficilius sit redire, quod viro, etc.

39 Fugam accelera, sive terra, sive mari iter facere voles. 40 Venti. 41 Amor in te meus. 42 Et scribe Epitaphium, cujus memoria, ob vitam tuam servatam, sit sempiterna.

AD NEOBULEN. Ode XII.

Eam, Hebri adolescentis amore captam, inertiæ se ac desidiæ dedisse.

1 MISERARUM est, 2 neque amori dare ludum, neque
Mala vino 3 lavere, aut 4 exanimari, metuentes (dulci
Patruæ verbera linguæ.
Tibi 5 qualum Cythereæ puer 6 ales, tibi telas,
Operosæque Minervæ 7 studium aufert, Neobule,
8 Liparæi nitor Hebri;
9 Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis,
10 Eques ipso melior Bellerophonte, neque pugno,

1 O Neobule, miserarum est, id est, miseræ sunt mulieres, quæ in amore non capiunt voluptatem, neque vino sic hilarantur, ut à se pellant curas, et quæ metu exanimantur propter patrui objurgationes. Solet enim patruus fratris liberos severius reprehendere, quam pater ipse. 2 Neque in amore colludere. 3 Diluere curas, à lavo, is, tertiæ conjugationis. 4 Vehementer cruciari.

5 Calathum pro lanificio. 6 Cupido alatus filius Veneris, quæ à monte Cythero dicta est Cytherea. 7 Studium lanificii, cui maxime præest Minerva dea operosa. 8 Pulchritudo Hebri adolescentis, qui fuit ex insula Lipara. 9 Simul atque, mox ubi. 10 Eques

Neque segni pede victus,
10 Catus idem 11 per apertum fugientes agitato
Grege cervos jaculari, et celer alto latitantem
12 Fruticeto 13 excipere aprum.

sane melior ipso Bellerophonte, neque arte pugili, neque cursu pedestri victus. 11 Ingeniosus vel peritus jaculandi, id est, configendi cervos jaculis. 12 Per campum non arboribus consitum. 13 Ubi frutices crescunt. 14 Celer ad excipiendum aprum. Excipere, verbum est proprium venatorum, qui ex insidiis aprum capiunt incautum.

AD FONTEM BLANDUSIÆ. Ode XIII.

Commendat ejus amœnitatem.

1 O Fons Blandusiæ, 2 splendidior vitro,
3 Dulci digne mero, non sine 4 floribus,
5 Cras donaberis hœdo,
Cui frons turgida cornibus
6 Primis, et Venerem, et prælia 7 destinat,
Frustra : nam gelidos 8 inficiet tibi
Rubro sanguine rivos
9 Lascivi soboles gregis.
Te flagrantis atrox hora 10 Caniculæ
11 Nescit tangere : tu frigus amabile

1 Erat hic fons in agro ejus Sabino. 2 Fons lucidior vitro. 3 Digne mero in sacrificiis exhibito. Veteres enim fontibus sacrificabant tanquam Diis. Vide Ode 1. lib. 1. 4 Floribus quibus veteres spargebant fontes, vel quibus hostias coronabant. 5 Cras tibi hœdus immolabitur. 6 Cornibus nuper natis, et erumpentibus. 7 Hœdus quasi deliberat secum, et deligit Venerem, cui operam det, aliumque hœdum constituit adversarium cum quo possit præliari, sed frustra; nam morte prævenietur et immolabitur. 8 Tinget tibi, id est, in tuum honorem. 9 Gregis luxuriosi; est enim capra animal lascivum.

10 Caniculæ exortus quindecim dies ante Kalendas Augusti ingentes calores infert. 11 Nequit tangere, prop-

Fessis vomere tauris
[12] Præbes, et pecori vago.
[13] Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente cavis impositam ilicem
Saxis, unde loquaces
Lymphæ desiliunt tuæ.

ter frondes, quæ solis ictus abs te excludunt. 12 Tu frigus suppeditas, pecori sitibundo delectabile, propter aquæ potum. 13 Tu quoque unus efficieris ex nobilibus fontibus, me canente ilicem cavis impositam saxis, è quibus decurrunt lymphæ tuæ loquaces, id est, cum murmure sonantes.

AD POPULUM ROMANUM. Ode XIV.

Augusti laudes ex Hispania redeuntis.

[1] HERCULIS ritu modo dictus, ô plebs,
Morte [2] venalem petiisse laurum,
Cæsar, Hispana repetit [3] Penates
Victor ab ora.
[4] Unico gaudens mulier marito
Prodeat, justis [5] operata divis;
[6] Et soror clari ducis, et decoræ
[7] Supplice vitta
Virginum matres, [8] juvenumque nuper
Sospitum. Vos ô pueri, et puellæ
Jam virum [9] expertæ, male nominatis

1 Ordo est: ô plebs, Cæsar dictus petiisse laurum venalem morte, modo victor ab Hispana ora repetit Penates Herculis ritu, id est, ut olim Hercules, extincto Gerione. 2 Victoriam mortis contemptu emendam: lauro enim coronabantur victores. 3 Domum redit. 4 Matrona casta et pudica, quæ unico marito est contenta, prodeat. 5 Sacra faciens divis. 6 Octavia Augusti soror, Antonii uxor. 7 Et fœminæ supplice vestitu ornatæ. 8 Et matres juvenum, qui nuper è bello salvi redierunt. 9 Nuptæ.

[10] Parcite verbis.
Hic dies vere mihi festus [11] atras
Eximet curas : ego nec [12] tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
[13] Cæsare terras.
I, pete [14] unguentum, puer, et coronas,
[15] Et cadum Marsi memorem duelli,
[16] Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa.
[17] Dic et argutæ properet Neæræ
[18] Myrrheum nodo cohibere crinem :
[19] Si per invisum mora janitorem
Fiet, abito.
[20] Lenit albescens animos [21] capillus,
Litium, et rixæ cupidos protervæ.
[22] Non ego hoc ferrem calidus juventa,
[23] Consule Planco.

10 A malis verbis, seu imprecationibus abstinete. Favete linguis, ut Ode I. hujus lib. 11 Tristes curas, quæ atram bilem excitare valeant.

12 Civilem furorem. 13 Augusto terrarum imperium obtinente.

14 Unguento homines elegantiores cæsariem in conviviis madefaciebant. 15 Vinum in cella conditum, cum bello Marsico Italia arderet. 16 Si qua ratione testa vel cadus potuit latere Spartacum ex Apennino ad Alpes, ab Alpibus in Galliam vagantem, in illo servili bello, quod cum populo Rom. gessit anno fere XVI post bellum Marsicum.

17 Dic et Neæræ canoræ fidicinæ, ut properet colligere crinem nodo, id est, religare crinem in nodum; ut veniat semicompta, ad lætitiam repentinam significandam. Vide Ode XI. lib II. 18 Crinem subflavum myrrhei coloris, vel myrrhino unguento delibutum. 19 Si non statim à janitore admittare, noli esse molestus, sed abito. 20 Quasi dicat : Ego jam vergo ad senectutem, patienter idcirco feram neæræ contumeliam; sed in juventute ad ultionem devenissem.

21 Canus capillus mitigat animum jam olim litis, et rixæ cupidum.

22 Non ferre potuissem fervidus juventute, si me aliquis fastidiret. 23 Consule Planco, Horatius fuit annos natus viginti tres; anno scilicet ab urbe condita DCCXX.

IN CHLORIM. Ode XV.

Ut saltem vetula, nequitiæ ac libidini modum statuat.

[1] Uxor pauperis Ibyci,
Tandem nequitiæ fige modum tuæ,
[2] Famosisque laboribus.
[3] Maturo propior desine funeri
Inter ludere virgines,
[4] Et stellis nebulam spargere candidis.
[5] Non, si quid Pholoën satis,
Et te, Chlori, decet : [6] filia rectius
Expugnat juvenum domos,
Pulso Thyas uti concita tympano.
Illam cogit amor [7] Nothi
Lascivæ similem ludere capreæ.
[8] Te lanæ prope nobilem
Tonsæ [9] Luceriam, non citharæ, decent;
[10] Nec flos purpureus rosæ,
[11] Nec poti vetulam fæce tenus cadi.

1 Tu Chlori, quæ uxor es pauperis Ibyci, tandem pone modum lascivæ et obscœnæ libidini. 2 Turpibus et meretriciis laboribus.

3 Desine inter virgines ludere, cum sis propior funeri, id est, morti propinqua. 4 Et virginibus formosis te seniculam aridam immiscere.

5 Non, si quid satis Pholoën filiam tuam decet, hóc etiam decet te. 6 Filia tua rectius quam tu, ad juvenum fores ultro currit, inque eas irrumpit, veluti Thyas Bacchi sacerdos tympanorum pulsu concitata.

7 Nothus, est nomen amatoris. 8 AEtas tua lanificio magis apta est quam luxui et ebrietati. 9 Luceria civitas est Apuliæ, circa quam lanæ optimæ tondebantur. 10 Sertum ex rosis.

11 Nec cadi, potati usque ad fæcem, te vetulam decent.

AD MÆCENATEM. Ode XVI.

Se mediocritate sua contentum esse.

INCLUSAM [1] Danaën turris ahenea,
Robustæque fores, et vigilum canum
[2] Tristes excubiæ, munierant satis
Nocturnis ab [3] adulteris;
Si non [4] Acrisium, virginis abditæ
Custodem pavidum, Jupiter et Venus
[5] Risissent : [6] fore enim tutum iter, et patens,
Converso [7] in pretium Deo.
Aurum per medios ire satellites,
[8] Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo. [9] Concidit auguris
Argivi domus, ob lucrum
[10] Demersa excidio. [11] Diffidit urbium
Portas [12] vir Macedo, et subruit æmulos
Reges muneribus. [13] Munera navium
Sævos illaqueant duces.
Crescentem sequitur [14] cura pecuniam,

1 Acrisii filiam. 2 Ab effectis, quod Danaën tristem redderent. 3 A corruptoribus, qui noctu sæpius ambulant. 4 Danaës patrem, qui eam acerrima custodia septam tenebat, quod ab Oraculo responsum tulerat se, ab eo qui è filia sua nasceretur, interfectum iri. 5 Illusissent. 6 Sciebant fore. 7 In aurum. 8 Solet perrumpere saxa, id est, loca munita, quæ viribus expugnari non possunt. 9 Corruit Amphiaraï vatis familia, nimirum ipse, et uxor, et liberi, ob monile aureum, quod Eriphile ejus uxor ab Adrasto acceperat. 10 Terræ hiatu absorpta. 11 Refregit, vel prostravit. 12 Philippus, rex Macedoniæ, omnia castra expugnari posse dicebat, in quæ asellus auro onustus possit ascendere. 13 Munera irretiunt sævos navium duces, id est, piratas, vel, munera navium, id est, merces peregrinæ. Quæ navibus ad nos advehuntur, sævos duces illaqueant. 14 Cura servandi.

[15] Majorumque fames. [16] Jure perhorrui
[17] Late conspicuum tollere verticem,
Mæcenas, equitum decus.
Quanto quisque sibi [18] plura negaverit,
A Dîs plura [19] feret. Nil cupientium
[20] Nudus castra peto, [21] et transfuga divitum
Partes linquere gestio,
[22] Contemptæ dominus splendidior rei,
Quam si, quidquid arat [23] non piger Appulus,
[24] Occultare meis dicerer horreis,
[25] Magnas inter opes inops.
Puræ rivus aquæ, silvaque jugerum
Paucorum, et segetis [26] certa fides meæ,
Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit sorte beatior.
Quanquam nec [27] Calabræ mella ferunt apes,
Nec [28] Læstrigonia Bacchus in amphora
[29] Languescit mihi, nec [30] pinguia Gallicis

15 Et majorum divitiarum cupiditas.

16 O Mæcenas, equitum ornamentum, ego merito metui caput meum attollere, id est, ad summas divitias et nimiam potentiam ascendere.

17 Diffuse celebrem.

18 Pauciora desiderabit. 19 Accipiet. 20 Pauper. O divinum Horatium, quem in hoc utinam Christiani imitarentur! 21 Et tanquam transfuga et fugitivus. 22 Nam magis possidemus ea quæ contemnimus, quam ea, quibus non utimur, si possidemus. 23 Laboriosus. 24 Habere reconditum. 25 Tam deest avaro quod habet, quam quod non habet. 26 Spes indubitata segetis meæ, vel, fundus meus fidelis fallit, hoc est, latet eum, vel ignoratur ab eo qui Africæ imperio fulget, beatiore esse sorte, quam ipsius ingentes opes. Sic Lambinus hunc locum, me judice, exponit acutissime.

27 In Calabria sunt flores apibus gratissimi. 28 Amphora Formiana, à Formiis oppido Campaniæ, ubi suas sedes habuerunt Læstrigones, qui et Cyclopes dicti sunt, olim in Sicilia habitantes. 29 Senescit. 30 Fœcunda vellera. Mart. *Me pinguis Gallia nutrit.*

Crescunt vellera pascuis ;
[31] Importuna tamen pauperies abest :
Nec, si plura velim, tu dare deneges.
[32] Contracto melius parva cupidine
Vectigalia porrigam,
Quam si [33] Mygdoniis regnum [34] Alyattei
Campis continuem. Multa petentibus
Desunt multa : [35] bene est, cui Deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

31 Pauperies molesta et extrema ; in qua nulla est requies. 32 Refrænata et coërcita divitiarum cupiditate, melius tributum et vectigal persolvam, quam si Lydiam Phrygiæ adjungam ; ut sit sensus : Parvo contentus plus possidet, quam qui multum habet. 33 Campis Phrygiis ; Mygdon enim Phrygiam tenuit. 34 Regis Lydiæ, Crœsi patris.

35 Bene est ei, cui Deus dedit parca manu, et tamen dedit, quantum sufficit ad vitam degendam.

AD ÆLIUM LAMIAM. Ode XVII.

Eum laudat, et ad genio indulgendum invitat.

AELI, vetusto nobilis ab [1] Lamo,
([2] Quando et priores hinc Lamias ferunt
Denominatos ; et nepotum
[3] Per memores genus omne fastos
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
[4] Princeps, et innantem Maricæ
Littoribus tenuisse [5] Lirim

1 Ab Lamo Formiarum rege et conditore, Neptuni filio. 2 Siquidem hinc, id est, ab eo antiquo Lamo. 3 Per fastorum libros, in quibus res annuatim et breviter ad posterorum memoriam notabantur. 4 Primus. 5 Fluvium innantem littoribus Nymphæ Maricæ, uxoris Fauni, influentem scilicet in Minturnas oppidum Campaniæ, ubi Marica colitur.

[6] Late tyrannus :) [7] cras foliis nemus
Multis, et [8] alga littus inutili
Demissa tempestas ab Euro
Sternet, aquæ nisi fallit augur
[9] Annosa cornix. Dum potes, aridum
[10] Compone lignum : [11] cras genium mero
Curabis, et porco bimestri,
Cum famulis [12] operum solutis.

6 Late regnans εὐρυκρείων ; Homer. 7 Ordo est : Cras tempestas demissa ab Euro sternet nemus multis foliis, et sternet littus alga inutili. 8 Alga herba est nullius usus, quam mare ad littus projicit : hinc proverbium, *vilius alga*, pro re vilissima et nullius pretii. 9 Cornix diu vivens, quæ sua crocitatione pluvias prognosticatur.

10 Extrue lignum, quod cito flammam concipiat ad frigus propulsandum. 11 Cras genium curabis mero et porco duorum mensium ad convivium cum familiaribus habendum, non ut Genio immoles. 12 Cum famulis ab opere vacantibus.

AD FAUNUM. Ode XVIII.

Ut sibi propitius sit.

[1] FAUNE, Nympharum [2] fugientum amator,
Per meos fines, et aprica rura
[3] Lenis incedas, abeasque parvis
Æquus alumnis.
[4] Si tener pleno cadit hœdus anno,
Larga nec desunt Veneris [5] sodali
Vina crateræ, [6] vetus ara multo

1 Fauno (quem Græci Pana appellant) sacrificabant Romani, vere ineunte, et Nonis Decemb. 2 Fugiunt Nymphæ propter Fauni salacitatem, ne virginitatem amitterent. 3 Precor, ut incedas mitis sine iracundia, utque transeas parvis meis agnis, et hœdis innocuus. 4 Siquidem tener hœdus anno completo tibi immolabitur. 5 Cratera, idcirco dicitur sodalis, vel amicus Veneris, quia sine Cerere et Baccho friget Venus. 6 Ara per multos

Fumat odore.
7 Ludit herboso pecus omne campo,
Cum tibi Nonæ redeunt Decembres:
8 Festus in pratis vacat otioso
Cum bove pagus.
Inter 9 audaces lupus errat agnos,
Spargit agrestes 10 tibi silva frondes,
Gaudet 11 invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

jam annos tibi instituta.

7 Quasi pecudes sentirent Faunum suum esse custodem, hoc præsertim die, nempe Nonis Decemb. quo tempore Faunalia anniversaria in pratis et silvis celebrabantur. 8 Pagus tua festa celebrans vacat ab opere.

9 Inter audaces agnos, lupum illo die non metuentes, tui numinis præsidio fretos. 10 In tuum honorem. 11 Invisam propter annuum laborem, quem fossor in terra colenda sustinet. Terram pellere, idem valet quod saltare.

AD TELEPHUM. Ode XIX.

Ne veterum historiarum studio deditus, vitam jucundam negligat.

1 QUANTUM distet ab Inacho
Codrus, 2 pro patria non timidus mori,
Narras, 3 et genus Æaci,
Et pugnata 4 sacro bella sub Ilio:
5 Quo Chium pretio cadum

1 O Telephe, tu narras (historiam contexens) quot anni intercedant inter Inachum, primum Argivorum regem, et Codrum, ultimum regem Atheniensium. 2 Codrus, pro salute patriæ, habitum servilem indutus, in medios hostes se immisit, ut incognitus interficeretur. 3 Jovem, AEacum, Peleum, Achillem, Pyrrhum, etc. 4 Sub Ilio à Diis instructo. Vide Ode III. hujus lib. 5 Taces, id est, non narras, quo pretio emamus cadum vini Chii, vini optimi et laudatissimi.

Mercemur, [6] quis aquam temperet ignibus,
[7] Quo præbente domum, et quota
[8] Pelignis caream frigoribus, taces.
[9] Da lunæ propere novæ,
Da noctis mediæ, da, puer, auguris
Murenæ : [10] tribus aut novem
Miscentur cyathis pocula [11] commodis.
Qui Musas amat [12] impares,
[13] Ternos ter cyathos attonitus petet
[14] Vates : tres prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia,
[15] Nudis juncta sororibus.
Insanire [16] juvat. [17] Cur Berecynthiæ
Cessant flamina tibiæ?
Cur pendet tacita fistula cum lyra?
[18] Parcentes ego dexteras
Odi : [19] sparge rosas. Audiat invidus

6 Quis balneum calefaciat ; nam veteres non nisi loti et uncti discumbebant. 7 Taces, cujus domi, et quota hora cœnantes Pelignum frigus luculento foco propulsemus. 8 Pelignum est oppidum apud Samnites, propter montes frigidum.

9 Horatius alloquitur pincernam puerum, quasi jam sit in convivio, dicens puero : da festinanter lunæ novæ poculum, id est, lunæ vespertinæ et orientis, quia ab hoc tempore cœna initium capit. Da noctis mediæ poculum, nam ad mediam noctem cœna producebatur. Da auguris Murenæ cyathum, id est, in honorem Murenæ, qui augurio pollebat. 10 Cum paucissimi sunt convivæ, non pauciores esse debent quam tres, et cum plurimi, non plures quam novem, ne rixæ excitentur ex ebrietate. 11 Cyathis convenientibus cuique suis.

12 Musæ sunt numero novem. 13 Novies bibet. 14 Poëta attonitus et quasi jam stupescens ex nimio vino. 15 Nudæ idcirco finguntur Gratiæ, quia sine fuco esse debent.

16 Juvat me inebriari et furere. 17 Cur cessant soni tibiæ Phrygiæ, quæ sacris Berecynthiæ matris Deorum adhiberi consueverat. 18 Manus otiosas à tibiæ cantu, vel parce ministrantes. 19 O puer insperge rosas mensæ.

[20] Dementem strepitum [21] Lycus,
[22] Et vicina seni non habilis Lyco.
[23] Spissa te nitidum [24] coma,
Puro te similem, Telephe, [25] vespero,
[26] Tempestiva petit Chloë:
Me [27] lentus Glyceræ [28] torret amor meæ.

20 Nostræ hilaritatis indicem. 21 Lycus vicinus. 22 Et strepitum nostrum audiat vicina puella, quæ Lyco seni non est apta.

23 Ordo est: O Telephe, tempestiva Chloë petit te nitidum spissa coma et puro similem vespero. 24 Adolescentes densum habent capillum; senes vero caloris defectu calvescunt. 25 Vespertino sideri. 26 Chloë nubilis, et viri potens. 27 Languidus amor, qui lente et diu protractus, me languore afficit. 28 Interius consumit.

AD PYRRHUM. Ode XX.

Ne formosum puerum à puella abstrahere conetur.

NON vides quanto [1] moveas periclo,
Pyrrhe, Getulæ catulos [2] leænæ?
Dura post paulo fugies [3] inaudax
Prælia raptor,
Cum per obstantes juvenum catervas
[4] Ibit insignem repetens Nearchum:
[5] Grande certamen, tibi præda cedat
Major, an illi.
[6] Interim dum tu celeres sagittas
Promis, [7] hæc dentes acuit timendos;

1 Eripere coneris. 2 Per leænam intelligit puellam, per catulum, Nearchum; per raptorem, Pyrrhum. 3 Timidus raptor. 4 Cum ibit meretricula. 5 Magna contentio erit inter vos, utrum tu vinces, an illa, id est, uter vestrûm Nearcho sit potiturus?

6 Manet Poëta in suavissima Allegoria.

7 Et dum hæc dentes acuit.

8 Arbiter pugnæ posuisse nudo
Sub pede palmam
Fertur, 9 et leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis:
Qualis aut 10 Nireus fuit, aut aquosa
11 Raptus ab 12 Ida.

8 Ille Nearchus, quasi pugnæ Judex, dicitur habere in sua potestate victoriam, ut, utri velit, victoriam adjudicet. 9 Et fertur recreare, etc. 10 Rex Naxi, omnium Græcorum qui ad Trojanum bellum venerunt, excepto Achille, formosissimus. 11 Ganimedes. 12 Ida, Phrygiæ mons est, fontibus abundans, unde duo defluunt fluvii, Scamander et Simoïs.

AD AMPHORAM. Ode XXI.

Ut in Corvini gratiam vina vetusta promat.

1 O NATA mecum Consule Manlio,
2 Seu tu querelas, sive geris jocos,
Seu rixam, et insanos amores,
Seu facilem, pia testa, somnum:
3 Quocumque lectum nomine Massicum
Servas, moveri digna 4 bono die;
Descende, 5 Corvino jubente,
Promere 6 languidiora vina.
7 Non ille, quanquam Socraticis madet

1 O pia testa nata mecum, id est, cum ego nascerer Venusii in Apulia. 2 Varii sunt vini effectus, juxta varia hominum temperamenta et ingenia. Exempli causa, si quis biliosus et iracundus natura, paulo liberius bibat, ille suam iracundiam statim declarat, et sic de cæteris. 3 Cujuscumque Consulis nomine notaris, et servas vinum Campanum in Massicis montibus natum, electum pro optimo. 4 Die festo. 5 Ex verbo descendendi colligere licet, vasa vinaria tunc temporis in apothecis editioribus fuisse locata, fortasse, ut fumosa fierent. 6 Vina vetustate mitiora.

7 Quamvis Corvinus philosophia Socratica sit refertus, non tamen ita

Sermonibus, te negliget horridus.
Narratur et prisci [8] Catonis
Sæpe mero caluisse virtus.
[9] Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerumque duro: tu sapientium
[10] Curas, et arcanum jocoso
Consilium retegis [11] Lyæo:
Tu spem reducis mentibus anxiis,
Viresque, et addis [12] cornua pauperi,
Post te, neque iratos trementi
Regum apices, neque militum arma.
[13] Te, Liber, et si læta aderit Venus,
[14] Segnesque nodum solvere Gratiæ,
[15] Vivæque producent lucernæ,
[16] Dum rediens fugat astra Phœbus.

erit horridus, ut te negligat, sed magno in honore illi es futura. 8 Catonis virtus, id est, ipse prudens Cato, vino parce sumpto, hilaris fuisse dicitur.

9 *Laus vini,* Per te! ô pia testa, quasi per eculeum et lene tormentum, ingenia severiora explorantur qualia sint. 10 Graviores cogitationes et consilium reconditum vino hilari prodis, et in lucem profers. 11 Vino. Lyæus, unum est ex nominibus Bacchi. 12 Addis audaciam et confidentiam. Baccho cornua affinguntur. Vide Ode XIX. lib. II. Ordo est: Tu addis cornua pauperi, post te, id est, postquam te sumpserit, nec trementi apices regum, id est, regum majestatem, nec arma militum.

13 O pia testa, Bacchus, Venus, Gratiæ et lucernæ producent te, id est, producent convivium, in quo tua pocula bibentur totam noctem.

14 Ægre distrahuntur, quos Gratiæ conjungunt. 15 Ardentes lucernæ. 16 Dum redit aurora.



IN DIANAM. Ode XXII.

Ei consecrat pinum villœ suœ propinquam.

[1] MONTIUM custos nemorumque, virgo,
Quæ [2] laborantes utero puellas
[3] Ter vocata audis, [4] adimisque letho,
[5] Diva triformis;
[6] Imminens villæ tua pinus esto,
Quam per [7] exactos ego lætus annos,
[8] Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine [9] donem.

1 Diana venatrix per montes vagatur. 2 Parturientes audis, unde appellatur Lucina, quod infantibus in lucem venientibus opem ferat. 3 Numerus ternarius religioni tribuitur. 4 Quæ præstas, ut mulieres salvæ pariant et incolumes. 5 Triplicem personam gerens, in cœlo, in terris, apud inferos, unde triplex sortitur nomen, Lunam, Dianam, Proserpinam. 6 Volo ut pinus sit tua, et tibi sacra, quæ fundo meo imminet. 7 Per finitos et confectos annos, id est, quotannis. 8 Verres est porcus non castratus. 9 Quam pinum ego donem sanguine verris meditantis obliquum ictum, id est, conantis morsione obliqua eum vulnerare, à quo cædatur in sacrificium.

AD PHIDILEN. Ode XXIII.

Ut Deos puris manibus, et conscientia bene actœ vitœ colat.

CŒLO [1] supinas si tuleris manus
[2] Nascente Luna, rustica Phidile;
Si thure placâris, et [3] horna
Fruge lares, [4] avidaque porca;

1 Manus supplices et ad cœlum expansas. 2 Luna, mater est plantarum, idcirco rusticæ mulieres in novilunio ei sacrificabant. 3 Hujus anni vino novello. 4 Edaci, et inexplebili porca. Laribus, id est, Diis familiaribus

Nec pestilentem sentiet [5] Africum
Fæcunda vitis, nec sterilem seges
[6] Rubiginem, aut dulces [7] alumni
Pomifero [8] grave tempus anno.
[9] Nam quæ nivali pascitur [10] Algido
[11] Devota, quercus inter, et ilices;
Aut crescit [12] Albanis in herbis
Victima, Pontificum secures
Cervice [13] tinget. [14] Te nihil attinet
[15] Tentare multa cæde [16] bidentium
Parvos coronantem marino
[17] Rore Deos, fragilique myrto.
[18] Immunis aram si tetigit manus;
Non sumptuosa blandior hostia,
Mollibit aversos Penates
[19] Farre pio, et [20] saliente mica.

porca immolabatur, propterea quod hæc pecus tantum utilis est ad escam, qua familiam abundare optamus.

5 Ventum inferentem vitibus pestem, qua vites sterilescunt. 6 Rubigine nigrescit spica, et fit infæcunda. 7 Dulces liberi. Ordo est: Aut dulces alumni grave tempus non sentient, anno pomifero, id est, anni parte pomifera; nempe Autumno, quando pueri pomis vehementer delectantur. 8 Tempus pestilens et insalubre.

9 Ordo est: Nam victima quæ pascitur nivali Algido inter quercus et ilices, aut quæ crescit in Albanis herbis, tingit secures pontificum cervice, id est, magnæ victimæ à pontificibus sunt immolandæ. 10 In monte nivibus cooperto. 11 Victima ex voto Diis prómissa. 12 In pascuis Albani montis. 13 Madefaciet.

14 Ordo est: Te coronantem parvos Deos marino rore et fragili myrto, nihil attinet tentare ipsos Deos multa cæde bidentium. 15 Placare parvos Deos, id est, Lares et Penates mactando multas bidentes. 16 Ovium bimarum. 17 Rosmarino.

18 Si tua manus immunis à scelere aram tetigit, certe placabit iratos Deos, quæ quidem manus nihilo gratior, aut acceptior iis fuerit propter sumptuosam hostiam, quam si far aut micam salis offeres; id est, non magna munera, sed mens sincera Deos placat. 19 Fare pie oblato. 20 Mica saltante, vel crepitante. Nam sal igni tactus saltat et crepitat.

IN AVAROS. Ode XXIV.

[1] INTACTIS opulentior
Thesauris [2] Arabum, et divitis [3] Indiæ,
[4] Cæmentis licet occupes
[5] Tyrrhenum omne tuis, et mare Apulicum;
[6] Si figit [7] adamantinos
Summis verticibus [8] dira necessitas
Clavos; non animum metu,
Non mortis laqueis [9] expedies caput.
[10] Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,
Vivunt, et [11] rigidi Getæ,
[12] Immetata quibus jugera liberas
Fruges et Cererem ferunt;
[13] Nec cultura placet longior annua,
[14] Defunctumque laboribus

1 Romani Arabes nondum invaserunt. Ordo est: Licet tu opulentior thesauris intactis Arabum et divitis Indiæ occupes mare Tyrrhenum et Apulicum tuis cæmentis, tamen tu non expedies animum metu, etc. 2 Ex Arabia proveniunt aromata in omnes partes orbis. 3 India auro, argento, lapillisque pretiosissimis abundat. 4 Saxis cæsis ad ædificandum in mari. Vide Ode 1. 5 Mare Tuscum omne, per Hyperb. exprimit insana ædificia illius sæculi. 6 Si fato mors ingruat, non te liberabunt tuæ divitiæ, quamvis amplissimæ. 7 Clavos firmissimos et infrangibiles, ut est adamas. Vide Ode xxxv. lib. 1. 8 Triste fatum. 9 Non extricabis caput.

10 Scythæ in campis non domibus habitantes: quæ gens vaga dicta est à mutandis pascuis.

11 Getæ, propter frigidam regionem, dicuntur asperi, qui carentes rebus ad victum necessariis, equas mulgent, et lac earum vasis exceptum potant. Appellant Græci ἱππημολγὰς. 12 Quibus jugera nullis metis distincta fruges efferunt liberas, id est, non unius proprias, sed omnibus communes. 13 Nec plus ferunt, quam ad annum sufficiat. 14 Ad colendum agrum, singulis annis, suc-

Æquali recreat sorte vicarius.
[15] Illic matre carentibus
Privignis mulier [16] temperat innocens,
Nec dotata [17] regit virum
Conjux, [18] nec nitido fidit adultero.
Dos est magna parentium
Virtus, [19] et metuens alterius viri
[20] Certo fœdere castitas:
[21] Et peccare nefas, aut pretium est mori.
[22] O! quisquis volet impias
Cædes, aut rabiem tollere [23] civicam;
[24] Si quæret pater urbium
Subscribi statuis, indomitam audeat
[25] Refrænare licentiam
[26] Clarus post genitis: [27] quatenus, heu nefas!
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

cedit alius alii, sicut eum, qui annum laboravit, suisque laboribus est defunctus, vicarius recreet æquali sorte, id est, similis labor, nam ipse quoque annuum laborem explet.

15 Illic noverca non sævit in privignos. 16 Parcit. 17 Nec imperat viro, aut Domina est mariti. Plaut. *Argentum accepi, dote imperium vendidi.* 18 Nec in splendido adultero ponit fiduciam. 19 Et castitas nolens ab alio viro tangi. 20 Copula conjugali, in qua fœdus initum est, ut alter alteri fidem servet. 21 Et apud eos matrimonii fidem violare est nefas, id est, non licet; aut si violent, pœna adulterii mors est. 22 Ex peccandi licentia emanant maleficia, quæ à bono principe legibus severissimis sunt coërcenda. 23 Civilem seditionem. 24 Si cupiet hoc hypogramma suæ statuæ apponi, ut pater patriæ appelletur: *Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.* Juvenalis. 25 Comprimere cupiditatem insatiabilem. 26 Clarus, non apud homines suæ ætatis, sed clarus posteris fama et nominis gloria futurus, propter severitatis et correctionis leges et instituta. 27 Quoniam adeo sumus invidi, virtutem odimus eorum qui vivi sunt et incolumes, viros autem virtute præstantes, quando sunt mortui, desideramus, requirimus, extollimus, proh nefas!

IN AVAROS. Ode XXIV.

[1] INTACTIS opulentior
Thesauris [2] Arabum, et divitis [3] Indiæ,
[4] Cæmentis licet occupes
[5] Tyrrhenum omne tuis, et mare Apulicum;
[6] Si figit [7] adamantinos
Summis verticibus [8] dira necessitas
Clavos; non animum metu,
Non mortis laqueis [9] expedies caput.
[10] Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,
Vivunt, et [11] rigidi Getæ,
[12] Immetata quibus jugera liberas
Fruges et Cererem ferunt;
[13] Nec cultura placet longior annua,
[14] Defunctumque laboribus

1 Romani Arabes nondum invaserunt. Ordo est: Licet tu opulentior thesauris intactis Arabum et divitis Indiæ occupes mare Tyrrhenum et Apulicum tuis cæmentis, tamen tu non expedies animum metu, etc. 2 Ex Arabia proveniunt aromata in omnes partes orbis. 3 India auro, argento, lapillisque pretiosissimis abundat. 4 Saxis cæsis ad ædificandum in mari. Vide Ode 1. 5 Mare Tuscum omne, per Hyperb. exprimit insana ædificia illius sæculi. 6 Si fato mors ingruat, non te liberabunt tuæ divitiæ, quamvis amplissimæ. 7 Clavos firmissimos et infrangibiles, ut est adamas. Vide Ode xxxv. lib. 1. 8 Triste fatum. 9 Non extricabis caput.

10 Scythæ in campis non domibus habitantes: quæ gens vaga dicta est à mutandis pascuis.

11 Getæ, propter frigidam regionem, dicuntur asperi, qui carentes rebus ad victum necessariis, equas mulgent, et lac earum vasis exceptum potant. Appellant Græci ἱππημολγὺς. 12 Quibus jugera nullis metis distincta fruges efferunt liberas, id est, non unius proprias, sed omnibus communes. 13 Nec plus ferunt, quam ad annum sufficiat. 14 Ad colendum agrum, singulis annis, suc-

Æquali recreat sorte vicarius.
[15] Illic matre carentibus
Privignis mulier [16] temperat innocens,
Nec dotata [17] regit virum
Conjux, [18] nec nitido fidit adultero.
Dos est magna parentium
Virtus, [19] et metuens alterius viri
[20] Certo fœdere castitas:
[21] Et peccare nefas, aut pretium est mori.
[22] O! quisquis volet impias
Cædes, aut rabiem tollere [23] civicam;
[24] Si quæret pater urbium
Subscribi statuis, indomitam audeat
[25] Refrænare licentiam
[26] Clarus post genitis: [27] quatenus, heu nefas!
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

cedit alius alii, sicut eum, qui annum laboravit, suisque laboribus est defunctus, vicarius recreet æquali sorte, id est, similis labor, nam ipse quoque annuum laborem explet.

15 Illic noverca non sævit in privignos. 16 Parcit. 17 Nec imperat viro, aut Domina est mariti. Plaut. *Argentum accepi, dote imperium vendidi.* 18 Nec in splendido adultero ponit fiduciam. 19 Et castitas nolens ab alio viro tangi. 20 Copula conjugali, in qua fœdus initum est, ut alter alteri fidem servet. 21 Et apud eos matrimonii fidem violare est nefas, id est, non licet; aut si violent, pœna adulterii mors est. 22 Ex peccandi licentia emanant maleficia, quæ à bono principe legibus severissimis sunt coërcenda. 23 Civilem seditionem. 24 Si cupiet hoc hypogramma suæ statuæ apponi, ut pater patriæ appelletur: *Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.* Juvenalis. 25 Comprimere cupiditatem insatiabilem. 26 Clarus, non apud homines suæ ætatis, sed clarus posteris fama et nominis gloria futurus, propter severitatis et correctionis leges et instituta. 27 Quoniam adeo sumus invidi, virtutem odimus eorum qui vivi sunt et incolumes, viros autem virtute præstantes, quando sunt mortui, desideramus, requirimus, extollimus, proh nefas!

[28] Quid tristes querimoniæ,
[29] Si non supplicio culpa reciditur?
[30] Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt, si neque fervidis
[31] Pars inclusa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum [32] latus,
[33] Duratæque solo nives
Mercatorem abigunt? [34] Horrida callidi
Vincunt æquora navitæ?
Magnum [35] pauperies opprobrium, jubet
Quidvis et facere et pati,
Virtutisque viam deserit [36] arduæ?
[37] Vel nos in Capitolium,
Quo [38] clamor vocat, et turba faventium;
Vel nos in mare proximum
Gemmas, et lapides, aurum et [39] inutile,
Summi materiem mali,
Mittamus. Scelerum si [40] bene pœnitet,

28 Quid tristes prosunt querelæ? 29 Lex inutilis est, si de improbis pœnæ non sumantur. 30 Nihil valent leges sine moribus, id est, si cives à pueris non sunt bene instituti, atque ad virtutem informati. Ego vero *Mores* hic interpretor cum Varrone, rectum animi propositum, et reverentiam cultumque numinis, populi consuetudine firmatum; quibus rebus cum destitutæ sunt leges, earum inanis ac prope sepulta vis jacet. 31 Regio, Zonæ torridæ subjecta 32 Plaga septentrionalis. 33 Si nives glacie adstrictæ solo, id est, ad solum, non repellunt mercatorem. 34 Si horrorem æquorum docti et scientes navitæ non formidant? 35 Pauperies putatur probrosa, avaris præsertim. 36 Virtutis via dicitur ardua, vel quia laboriosa est, vel quia homines efficit claros et Deorum similes.

37 Quandoquidem divitiæ sunt bonis moribus impedimento: ergo in Capitolium eas deferamus ad ornatum templi, vel in mare proximum projiciamus; quod suasit olim Crates philosophus. 38 Strepitus popularis. 39 Inutile est aurum, si est mali materies. 40 Si vere pœnitet.

Eradenda Cupidinis
  Pravi sunt [41] elementa, et teneræ nimis
Mentes [42] asperioribus
  Formandæ studiis. Nescit equo rudis
[43] Hærere ingenuus puer,
  [44] Venarique timet; ludere doctior,
Seu Græco jubeas [45] trocho,
  Seu malis vetita legibus [46] alea.
Cum [47] perjura patris fides
  Consortem socium fallat, et hospitem;
[48] Indignoque pecuniam
  Hæredi properet: scilicet [49] improbæ
Crescunt divitiæ; [50] tamen
  Curtæ nescio quid semper abest rei.

41 Primordia cupiditatis sunt radicitus extirpanda. 42 Studiis fortioribus.

43 Nescit hærere in equo, id est, equitare nescit puer generosus, adhuc rudis. 44 Et venari non vult, ad ludendum doctior, seu, etc. 45 Turbine Græco à Græcis invento, quem Virgilius appellat, *volubile buxum*.

46 Aleæ lusus puniebatur lege Cornelia et lege Titia.

47 Fides perjurio violata. 48 Et filio prodigo pecuniam properet, id est, properando accumulet, qui per luxuriam consumet, quod pater per nefas conquisivit; nam, *male parta, male dilabuntur*. 49 Divitiæ dicuntur improbæ, vel, quia improbe sunt coacervatæ, vel quia improbos efficiunt. 50 Post multas divitias partas, aliquid semper videtur avaro deesse.

AD BACCHUM. Ode XXV.

Se ejus afflatu concitatum nova quædam et inaudita de Augusto dicturum.

Quo me, Bacche, rapis tui
  [1] Plenum? quæ nemora, aut quos [2] agor in specus

1 Me tuo numine afflatum? 2 Quas ducor in speluncas? sic Od. XIX. lib. II.

[3] Velox mente nova? [4] quibus
Antris egregii Cæsaris audiar
Æternum meditans decus
[5] Stellis inserere, et concilio Jovis?
Dicam insigne, recens, adhuc
[6] Indictum ore alio. [7] Non secus in jugis
[8] Exsomnis stupet Evias,
[9] Hebrum prospiciens, et nive candidam
[10] Thracen, ac pede barbaro
Lustratam [11] Rhodopen. [12] Ut mihi devio
Rupes, et vacuum nemus
Mirari libet! [13] O Naïadum potens,
Baccharumque valentium
Proceras manibus vertere fraxinos!
Nil parvum, aut humili modo,
Nil mortale loquar. [14] Dulce periculum est,

3 Expeditus mente non mea, sed divina. 4 In quibus locis secretis. Ordo est : Quibus antris meditans, audiar inserere stellis et concilio Jovis æternum decus egregii Cæsaris? 5 Cœlo consecrare et Deorum cœtui.

6 Carmen lyricum, quod primus Latinorum protuli.

7 Non aliter, sed sic, Evias Bacchi sacerdos concitari solet, ut ego nunc commoveor ad Augusti laudes meo carmine decantandas. 8 Vigilans, vel experrecta; nam hæc sacra, tempore nocturno, celebrantur. 9 Thraciæ fluvium, quem hyemis sodalem appellat. Od. xxv. lib. I.

10 Regionem septentrionalem frigidissimam.

11 Thraciæ montem, quem Thraces barbari peragrant, aut sacris Bacchi et Mænadum cœtu celebrant et illustrant, Orpheo primum imitante.

12 O quam mihi libet à via usitata aberranti, id est, versus lyricos scribenti, rupes et desertum nemus mirari! *Sunt hæc verba poëtæ admirantis, non sunt comparationis redditio, ut multi existimant.* 13 O Bacche, qui potestatem habes in Naïades fluviorum Nymphas, et in Bacchas tuas sacerdotes, quæ tuo numine percitæ possunt supra vires humanas suis manibus fraxinos evertere.

14 Periculosum est, ô Bacche, res tam magnas et inauditas dicere; at dulce est id facere Deo ducente, qui

[15] O Lenæe, sequi Deum
Cingentem viridi tempora pampino.

viridi pampino coronat quos caros habet. 15 Bacchus Lenæus, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, id est, à torculari, quo vinum exprimitur.

AD VENEREM. Ode XXVI.

Se jam senem factum amatoria arma Veneri dicare.

VIXI puellis [1] nuper idoneus,
Et [2] militavi non sine gloria:
[3] Nunc arma, [4] defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit,
[5] Lævum marinæ qui Veneris latus
Custodit. Hic, hic ponite lucida
[6] Funalia, et [7] vectes, et arcus
[8] Oppositis foribus minaces.
[9] O quæ beatam Diva tenes [10] Cyprum, et
[11] Memphim carentem [12] Sithonia nive,
Regina, [13] sublimi flagello
Tange Chloën semel [14] arrogantem.

1 Cum essem ætate integra. 2 Amori operam dedi. *Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido.* Ovid. 3 Paries hujus templi (quod Veneri consecratur) habebit nunc arma mea militaria, nempe funalia, barbiton, versus lyricos, vectes et arcus. 4 Et barbiton, quod finivit, et absolvit bellum susceptum, amoris nimirum. 5 Id est, paries, qui proximus est lævo lateri Veneris marinæ, id est, Veneris ex spuma maris genitæ, habebit barbiton.

6 Funalia nocturnis ambulationibus inservientia. 7 Instrumenta, quibus amatores à meretricibus non admissi, fores et fenestras effringerent. Sic Thraso Thaïdis domum expugnaturus inquit: *Procede huc cum vecte Dorax.* 8 Foribus clausis.

9 O Venus, te precor, ut Chloën hactenus amantibus superbam gravi amoris plaga semel percutias. 10 Insulam opulentam, in qua Venus præcipue colebatur. Vide Ode II. lib. I. 11 Urbem in Ægypto, quæ nive caret, quod regio est calida. 12 Thracia nive. 13 Flagello in altum sublato, ut ictus sit vehementior. 14 Superbam propter pulchritudinem.

AD GALATEAM NAVIGATURAM. Ode XXVII.

Deterret eam præcipue exemplo Europæ.

[1] IMPIOS parræ [2] recinentis omen
[3] Ducat, et prægnans canis, aut ab agro
[4] Rava decurrens lupa [5] Lanuvino,
[6] Fœtaque vulpes:
Rumpat et serpens iter institutum,
[7] Si per obliquum similis [8] sagittæ
Terruit mannos. [9] Ego, cui timebo
[10] Providus auspex,
Antequam [11] stantes repetat paludes
Imbrium [12] divina avis imminentum,
[13] Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu.
[14] Sis licet felix ubicumque mavis,

1 Homines impii, et scelerati iter facientes opto, ut habeant hæc mala suorum inceptorum omina, nimirum parram avem cujus vox tristis est, ravam lupam, fœtam vulpem et serpentem velocem; sed tibi jam navigaturæ nihil tale est metuendum, ego enim auspicium feci, etc. sed tamen vides anni tempus, etc. 2 Parræ iterum, atque iterum canentis. 3 Dux sit itineris, eo nimirum, ut impii male pereant. 4 Lupa coloris ravi, inter flavum, et nigrum. 5 Undecumque, *Species pro genere.* 6 Vulpes gravida. 7 Cum serpens transversa ex parte terruit mannos, id est, equos currum trahentes, aurigæ manibus assuetos, quod erat mali ominis. 8 Non quæ à sagittario mittitur, sed sagitta hoc loco significat eam surculi partem, quæ in vitibus incurva, et contorta pangitur; est enim serpenti similis.

9 Ego non tibi timebo, quia nec impia es, nec talia monstra tibi tristem eventum prænuntiant sed, etc. 10 Futurorum providus. 11 Paludes quietas, ut stagna, quæ non fluunt. 12 Cornix imbrium præscia et prænuntia. 13 Oscinem corvum invocabo, ut ab ortu solis felix augurium clare occinat. Oscines quasi oricines, dicuntur aves, quæ ore canentes futura prædicunt, ut corvus, cornix, noctua.

14 Ordo est: Galeata sis felix et memor nostri, licet vivas ubicumque mavis, id est, etsi mavis esse sine

Et memor nostri, Galatea, vivas,
Teque nec lævus vetet ire [15] picus,
Nec [16] vaga cornix;
[17] Sed vides quanto trepidet [18] tumultu
Pronus Orion. Ego [19] quid sit ater
Hadriæ, novi, sinus, et quid albus
Peccet [20] Iapyx.
[21] Hostium uxores, puerique [22] cæcos
Sentiant motus orientis Austri, et
Æquoris [23] nigri fremitum, et [24] trementes
Verbere ripas.
[25] Sic et Europe niveum doloso
[26] Credidit tauro latus, et [27] scatentem
Belluis pontum, mediasque fraudes
Palluit audax.
Nuper in pratis [28] studiosa florum, et
[29] Debitæ Nymphis opifex coronæ,
[30] Nocte sublustri, nihil astra præter

me, sis felix tamen. 15 Picus Martinus, vel picus arborarius à læva volans, erat mali ominis. 16 Vagans volatu. 17 *Dehortatur Galateam à navigatione.* Vides (inquit) quantam tempestatem Orion vergens ad occasum denunciet, etc. Vide Ode XXVIII. lib. I. 18 Vides quanto aëris motu, ex vento, pluviis, aut fulmine, trepidet Orion. 19 Vides quam infestus et periculosus sit Hadriæ sinus. Vide Ode IX. 20 Vides quid Calabriæ ventus albus, id est, serenus peccet, id est, peccare soleat.

21 Usitatissimum est scriptoribus mala hostibus optare, quos perire cupiunt. 22 Motus obscuros. 23 Æquoris tempestuosi. 24 Et sentiant littora, quæ videntur tremere undarum ictu conquassata.

25 Quemadmodum taurus decepit Europam, sic tu, ni caves, ab Austro decipieris. 26 Commisit latus fraudulento Jovi in taurum mutato. 27 Extimuit mare Bosporum belluis marinis repletum, et quamvis ante audax fuerat, jam vehementer metuit Jovis fraudes in medio dolo cognitas, non ante suspectas.

28 Studiosa ut nymphis floreas necteret coronas. 29 Debitæ ex promisso. 30 Nocte aliquantulum luminosa.

Vidit et undas.
[31] Quæ simul centum tetigit potentem
Oppidis [32] Creten : [33] Pater, ô relictum
Filiæ nomen, [34] pietasque, dixit,
Victa furore!
Unde? quo veni? [35] levis una mors est
Virginum culpæ. [36] Vigilansne ploro
Turpe commissum? an vitiis carentem
Ludit imago
Vana, quæ porta fugiens [37] eburna
Somnium ducit? meliusne fluctus
Ire per longos fuit, an recentes
Carpere flores?
[38] Si quis infamem mihi nunc juvencum
Dedat iratæ, lacerare ferro, et
[39] Frangere enitar [40] modo multum amati
Cornua tauri.
[41] Impudens liqui patrios Penates:

31 Quæ Europa statim ut tetigit, etc. 32 Creten Homerus appellat ἑκατόμπολιν, lib. II. 33 Dixit : ô nomen pater relictum, id est, nomen *Pater* neglectum à filia! ô pietas insano amore tauri victa! *Hæc et quæ sequuntur, fere usque ad finem Odæ sunt verba Europæ ingemiscentis.* 34 Pietas est grata voluntas in parentes.

35 Una mors levior pœna est, quam quæ sufficiat virginitati amissæ, id est, pudor violatus in virgine multas meretur mortes.

36 An sine vitio sum? an species vana, id est, phantasma in somnis mihi occurrit et me decipit? 37 Per portam eburnam vana somnia emittuntur. De somni portis, vide Virgil. lib. VI. AEn. *Sunt geminæ somni portæ, etc.*

38 Si quis in potestatem mihi redigat taurum turpem et infamem: enitar, etc. 39 Cornua discerpere. Est hoc imprimis muliebre, ut suis manibus injurias ulcisci cupiant.

40 Paulo ante. 41 Inverecunda sum bifariam, quod patrem reliquerim, quodque post tale scelus admissum maneam in vita.

Impudens [42] Orcum moror! O Deorum
Si quis hæc audis, [43] utinam inter errem
Nuda leones!
Antequam turpis macies decentes
Occupet [44] malas, [45] teneræque succus
Defluat prædæ, speciosa quæro
Pascere tigres.
[46] Vilis, Europe, pater urget absens:
[47] Quid mori cessas? potes hac ab orno
[48] Pendulum zona bene te secuta,
Lædere collum.
Sive te rupes, et [49] acuta letho
Saxa delectant, age, te procellæ
[50] Crede veloci; nisi [51] herile mavis
Carpere pensum,
[52] Regius sanguis, dominæque tradi
Barbaræ [53] pellex. Aderat [54] querenti
[55] Perfidum ridens Venus, et remisso
[56] Filius arcu.

42 Orcum vel Plutonem morari, est, non mori cum oporteat.

43 Utinam errem nuda inter leones, atque ab iis devorer antequam contabescam. 44 Maxillas pulchras. 45 Antequam viriditas, vel pulchritudo mihi dilabatur, cupio prædæ esse tigribus et leonibus. 46 Pater meus absens corpore, sed animo præsens, vilis habitus, et neglectus mihi Europæ suæ filiæ, me urget et flagitii conscientia excruciat. 47 *Europe seipsam alloquitur.*

48 Te suspendere potes zona, in usum laquei, quam tecum commode attulisti.

49 Quæ saxa, ut morbi acuti, te celeriter exaniment. 50 Committe te procellæ, quæ te scopulis illidat. 51 Nisi mavis lanam certo pondere traditam, et ab hera impetratam in fila ducere. 52 Regis filia. 53 Concubina mariti.

54 Europæ querenti. 55 Ridens perfide et dolose, non ex animo. 56 Aderat Cupido arcu suo jam laxato, sagittariorum more, ubi jaculari desinunt.

[57] Mox ubi lusit satis : [58] Abstineto,
Dixit, irarum, [59] calidæque rixæ,
[60] Cum tibi invisus laceranda reddet
Cornua taurus.
[61] Uxor invicti Jovis esse nescis?
[62] Mitte singultus : [63] bene ferre magnam
Disce fortunam : [64] tua sectus orbis
Nomina ducet.

57 Postquam Venus Europam satis est ludificata. 58 Abstineto ab iris. Est Hellenismus, genitivus pro ablativo; ut ἀπέχου τῶν ὀργῶν. 59 Rixæ, quæ venit à calore sanguinis. 60 Ironice; nam antea minabatur se cornua tauri fracturam.

61 Nescis te gerere tanquam uxorem invicti Jovis? 62 Singultus omitte. 63 Disce secundam fortunam ferre moderate et composite, quod non est cujuslibet. 64 Una pars orbis in tres divisi tuo nomine appellabitur Europa, altera Asia, tertia dicetur Africa.

AD LYDEN. Ode XXVIII.

Diem Neptuno sacrum hilariter exigendum esse.

[1] Festo quid potius die
Neptuni faciam? prome reconditum,
Lyde [2] strenua, Cæcubum,
[3] Munitæque adhibe vim sapientiæ.
[4] Inclinare meridiem
Sentis; [5] ac veluti stet volucris dies,
[6] Parcis deripere [7] horreo

1 Ordo est : Lyde, pro me reconditum vinum Cæcubum, ut bibam, quid enim potius festo Neptuni die facere possum? 2 Strenue, mox. 3 Sapientiæ septæ ac munitæ contra voluptates vim infer, eamque vino et lætitia expugna, ut joco et ludo aliquis sit locus. 4 Sentis diem decrescere, et ad occasum vergere. 5 Ac quasi dies non celeriter abeat, parcis, etc. 6 Cessas deripere horreo vini cadum Bibuli consulatu reconditum. 7 Antiqui in horreis testas vini condebant.

[8] Cessantem Bibuli Consulis amphoram.
Nos cantabimus [9] invicem
[10] Neptunum, et virides [11] Nereïdum comas:
[12] Tu curva recines lyra
Latonam, et celeris spicula [13] Cynthiæ:
[14] Summo carmine, quæ Gnidon
Fulgentesque tenet [15] Cycladas, et [16] Paphon
Junctis visit [17] oloribus.
Dicetur merita Nox quoque [18] nænia.

8 Amphoram, quæ diu remanserat in vini apotheca.

9 Per vices, vicissim. 10 Deum marinum, Saturni filium in diei festi honorem. 11 Nereïdes sunt maris Nymphæ, Nerei filiæ. 12 Tu iterum iterumque canes 13 A Cyntho monte Deli Diana appellatur Cynthia, quæ celeris dicitur, quia venatrix est.

14 Ultimo seu supremo carmine Venerem celebrabimus, quæ tenet Gnidon urbem Cariæ. Vide Ode xxx. lib. 1. 15 Vide Ode xiv. lib. 1. 16 Urbem in Cypro clarissimam. 17 Junctis cygnis, quibus ad currum suum trahendum utitur Venus.

18 Nox etiam cantabitur carmine debito, tristi scilicet et lugubri, quod somno et tenebris, quæ sunt mortis imago, optime convenit.

AD MÆCENATEM. Ode XXIX.

Invitat eum ad cœnam.

[1] TYRRHENA regum progenies, [2] tibi
[3] Non ante verso lene merum cado
Cum flore, Mæcenas, rosarum, et
[4] Pressa tuis balanus capillis
[5] Jamdudum apud me est. [6] Eripe te moræ,

1 Ab Etruscis regibus oriunde. Sic Od. 1. lib. 1. Ordo est: O Mæcenas Tyrrhena progenies regum, jam dudum apud me est tibi lene merum, non ante verso cado cum flore rosarum, et balanus pressa tuis capillis.

2 In tuum honorem. 3 Cado non ante prompto, cado non ante inverso ad vinum depromendum. 4 Glans unguentaria pressa, id est, oleum balaninum ex ea expressum pro capillis tuis. 5 jam diu domi meæ est. 6 Te

Ne semper [7] udum Tibur, et [8] Æsulæ
Declive contempleris arvum, et
[9] Telegoni juga parricidæ.
[10] Fastidiosam desere copiam, et
[11] Molem propinquam nubibus arduis.
Omitte mirari beatæ
[12] Fumum, et opes, strepitumque Romæ.
Plerumque gratæ divitibus [13] vices,
[14] Mundæque parvo sub lare pauperum
Cœnæ, sine aulæis et [15] ostro,
[16] Sollicitam explicuere frontem.
Jam clarus occultum Andromedes [17] pater
[18] Ostendit ignem: jam [19] Procyon furit,
[20] Et stella vesani Leonis,
Sole dies referente [21] siccos.
Jam pastor umbras cum grege [22] languido,
Rivumque fessus quærit, et horridi
Dumeta [23] Silvani; caretque

nihil impediat, quominus ad nos venias. 7 Udum propter copiam aquarum, quæ faciunt Tibur insalubre. 8 AEsula est oppidum in latere montis collocatum, Tiburi propinquum. 9 Et Tusculum, urbem conditam à Telegono Ulyssis ex Circe filio, qui patrem imprudens interfecit.

10 Copiam, quæ fastidium parit; nam copia satietatem, satietas parit fastidium. 11 Turrim in hortis tuis in sublime exstructam, unde totam fere Romam prospicis. 12 Auram popularem, vel ambitionem, Metaph.

13 Varietates quæ tædium tollunt. 14 Cœnæ frugales, quæ sunt neque sordidæ, neque nimis sumptuosæ. 15 Sine vestibus purpureis. 16 Frontem tristem exhilarârunt. Lætitia frontem explicat, mœstitia in rugas contrahit.

17 Cepheus AEthiopum rex inter sidera collocatus. 18 Denunciat æstatem.

19 Antecanis, stella est in Canicula, sive Cane minore. 20 Signum septentrionale, circa Cancrum, in quo fit solstitium æstivum. 21 Dies æstuosos.

22 Grege æstu solis fatigato. 23 Silvano consecrata sunt dumeta, quæ sua densitate solem excludunt.

Ripa vagis [24] taciturna ventis.
Tu civitatem quis deceat status
Curas, et urbi sollicitus times
Quid [25] Seres, et regnata Cyro
[26] Bactra parent, [27] Tanaïsque discors.
Prudens futuri temporis exitum
[28] Caliginosa nocte premit Deus;
Ridetque, si mortalis [29] ultra
Fas trepidat. [30] Quod adest, memento
Componere æquus: [31] cætera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruscum
In mare, nunc [32] lapides adesos,
[33] Stirpesque raptas, et pecus, et domos
Volventis una, non sine montium
Clamore, vicinæque silvæ,
[34] Cum fera diluvies quietos
Irritat amnes. [35] Ille potens sui,
Lætusque deget, cui licet in diem
Dixisse, vixi: [36] cras vel atra

24 Murmur non edens: significat Poëta tempus ventosum jam transiisse.

25 Populi Asiæ Scythicæ, à Sera urbe sic dicti. 26 Tu curas quid Seres et Bactra præparent, in quibus Cyrus regnabat. 27 Fluvius Asiam ab Europa disterminans, qui perluit populos discordes et belligerantes.

28 Exitum nobis ignotum voluit. 29 Ultra id quod ei licet.

30 Quod præsens est memento administrare et cum æquitate et tuo arbitratu finire. 31 Futura cursum suum habent instar fluminis delabentis in mare Tyrrhenum, nunc placide et quiete, nunc rapide et violenter. 32 Excavata rupium saxa. 33 Arbores exstirpatas. 34 Cum tempestas incitat et quasi ad iracundiam provocat amnes quietos, id est, cum diluvies ex imbribus oritur.

35 Ille liber est, et compos sui, hilarisque vivet, cui licet dixisse, vixi in diem, id est, bonis præsentibus fruor, futura non curo. 36 Cras sit cœlum nubilum an serenum nihil æs-

Nube [37] polum pater occupato,
Vel sole puro: non tamen irritum,
[38] Quodcumque retro est, efficiet; neque
[39] Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit.
Fortuna [40] sævo læta negotio, et
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores;
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo [41] manentem: [42] si celeres quatit
Pennas, [43] resigno quæ dedit; [44] et mea
Virtute me involvo, [45] probamque
Pauperiem sine dote quæro.
[46] Non est meum, si mugiat Africis
[47] Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere, [48] et votis pacisci,
Ne [49] Cypriæ, Tyriæque merces
Addant [50] avaro divitias mari.

timat, id est, non pendet ex fortunæ inconstantia, sed parvi facit utrum adversa sit, an felix futura fortuna.

37 Cœlum atra nube Jupiter occupet.

38 Quodcumque jam præteriit, non potest mutari. 39 Neque destruet, vel immutabit.

40 Fortuna in rebus adversis gaudens sævire, et pertinaciter ludere ludum novum. Juvenal: *quoties voluit fortuna jocari.*

41 Fortunam stabilem. 42 Si fugit et adversa est. 43 Reddo.

44 Et meis me virtutibus orno, non rebus externis; est Metaph. ducta à vestibus, quibus involvimur. 45 Pauperiem cum virtute conjunctam sine opibus quæro.

46 Nec vitæ, nec propositi mei est navigationis periculo me committere, ut rem augeam; etenim pauper esse malo. 47 Arbor navis. 48 Cum Diis quodammodo votis et precibus pacisci, ne merces meæ in mari pereant.

49 Merces Cypriæ, pro mercibus quibuscumque; species est pro genere. 50 Mari insatiabili, quod omnia absorbet.

51 Tunc me biremis præsidio 52 scaphæ,
Tutum per Ægæos tumultus
Aura feret, 53 geminusque Pollux.

51 Scilicet, (hoc ironice dicitur) quando maris periculo me expono, tunc Aura et geminus Pollux feret me per AEgæos tumultus tutum præsidio biremis scaphæ, quod nunquam est futurum. 52 Scapha, parva navis est; qua tuto navigare potest nemo in mari AEgæo.

53 Castor et Pollux, gemini nati, nautis favent.

AD MELPOMENEM MUSAM. Ode XXX.

Carminum suorum gloriam æternam fore.

1 Exegi monumentum ære perennius,
2 Regalique situ pyramidum altius;
Quod non imber edax, non Aquilo 3 impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
4 Annorum series, et fuga temporum.
5 Non omnis moriar; 6 multaque pars mei
7 Vitabit Libitinam: 8 usque ego postera
Crescam laude 9 recens, 10 dum Capitolium
11 Scandet cum tacita virgine Pontifex.

1 Perfeci carminum volumen, ingenii mei monumentum, æneis statuis durabilius. 2 Altius regali constructione pyramidum, quæ sunt regum AEgyptiorum sepulchra. 3 Aquilo vehementer sæviens, ut qui sibi non possit temperare. 4 Temporis longinquitas, et cursus temporum. 5 Non totus moriar.

6 Mens vel ingenium. 7 Effugiet mortem. Libitina est Dea funerum: significat etiam capulum, vel feretrum, in quo cadavera efferuntur ad sepulturam. 8 Semper ego recens crescam postera laude, dum Pontifex scandet Capitolium cum tacita virgine. 9 Non senescens. 10 Donec imperium Romanum durabit. 11 Dum Pontifex ascendet in Capitolium ad sacra Idulia peragenda, cum virgine vestali tacita, id est, cum virgine tacente, dum sacra celebrantur.

[12] Dicar, qua violens obstrepit [13] Aufidus,
Et qua pauper aquæ [14] Daunus agrestium
[15] Regnavit populorum, [16] ex humili potens,
[17] Princeps [18] Æolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. [19] Sume superbiam
Quæsitam meritis, et mihi Delphica
[20] Lauro cinge volens, Melpomene, comam.

12 Ordo est : Ego potens ex humili, princeps, seu primus dicar deduxisse Æolium carmen ad Italos modos, qua obstrepit violens Aufidus, et qua pauper aquæ Daunus regnavit agrestium populorum. 13 Violentus Apuliæ fluvius, ubi natus est Horatius.

14 Daunus, rex Apuliæ fuit, à cujus nomine fluvius sic appellatus est, qui fluvius ob vehementes ibi calores pauper aquæ dicitur.

15 Rex fuit agrestium populorum. Græca est structura. ἐβασίλευσε τῶν λαῶν. 16 Qui libertino patre natus; potens et clarus extiti. 17 Omnium primus. 18 Carmine Æolio usus est Alcæus, à Lesbo insula, in qua regnavit Æolus.

19 O Melpomene, sume superbiam, id est, gloriam et nobilitatem quæsitam meritis, id est, virtutibus, et volens cinge mihi comam Delphica lauro.

20 Corona ex lauro consecrata Apollini, qui Delphis, edidit oracula sub monte Parnasso.



QUINTI HORATII FLACCI

ODARUM SEU CARMINUM

LIBER QUARTUS.

AD VENEREM. Ode I.

Se jam ea ætate esse, ut à rebus Venereis alieno animo esse debeat.

INTERMISSA, Venus, diu
Rursus [1] bella moves. Parce precor, precor.
Non sum qualis eram bonæ
[2] Sub regno Cynaræ. Desine dulcium
Mater [3] sæva Cupidinum,
[4] Circa lustra decem flectere [5] mollibus
[6] Jam durum imperiis : abi
Quo blandæ juvenum te revocant preces.
[7] Tempestivius in domo
Pauli, purpureis [8] ales oloribus,
[9] Commessabere Maximi,
Si torrere [10] jecur quæris idoneum.

1 Ordo est : ô Venus, rursum bella moves diu intermissa ; sive rursus in militiam Veneris urges.

2 Sub Cynaræ dominio. Qui amant, serviunt. Cynaram bonam appellat, fortasse quod esset ipsi inter cæteros amatores benevolentior, idque sine mercede. 3 Venus aliquando crudelis est, et sæva inter dulces voluptates. 4 Cum nunc annos quinquaginta sim natus. 5 Imperiis voluptuosis, quæ molliunt animos. 6 Me jam senio induratum. 7 Opportunius, et tempore magis idoneo. 8 Quæ velox es, et celeriter vehi soles in curru oloribus juncto. 9 Jocabere, et libidinose vives. 10 Jecur amoribus aptum. Jecur enim est sedes libidinis.

[11] Namque et nobilis, et decens,
[12] Et pro sollicitis non tacitus reis;
[13] Et centum puer artium,
[14] Late signa feret militiæ tuæ.
[15] Et, quandoque potentior
Largis muneribus riserit æmuli,
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream [16] sub trabe citrea.
[17] Illic plurima naribus
Duces thura, lyræque, et [18] Berecynthiæ
Delectabere tibiæ
Mistis carminibus, non sine fistula.
Illic [19] bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
[20] In morem Salium ter quatient humum.
[21] Me nec fœmina, nec puer
Jam, nec spes animi credula [22] mutui,
[23] Nec certare juvat mero,
Nec vincire novis tempora floribus.
[24] Sed cur, heu! Ligurine, cur

11 Paulus Maximus Juvenis nobilis, formosus et facundus erat, quæ omnia exornant amantem. 12 Et pro iis, quorum causa in periculo versatur, patronus non mutus, sed eloquens. 13 Et multis artibus instructus. 14 Multum amabit, et animo libenti.

15 Et quandocumque Paulus riserit, id est, hilaris erit, plus valens apud amicam, quam larga rivalis munera, ille marmoream eriget tibi statuam prope lacus Albanos. 16 In templo arboribus odoratis ædificato.

17 Illic bibes naribus plurima ex thure sacrificia. 18 Tibiæ Phrygiæ, à monte Berecyntho, ubi primum inventa dicitur tibia. 19 Mane et vesperi. 20 In morem Saliorum Martis sacerdotum saltabunt.

21 Me nec fœmina juvat hoc, etc.

22 Ut mutuo amer ab ea quam amavero. 23 Nec juvat contendere poculis, nec caput in epulis coronare.

24 Apostrophe pathetica, ac si di-

Manat [25] rara meas lacryma per genas?
Cur facunda parum decoro
[26] Inter verba cadit lingua silentio?
[27] Nocturnis te ego somniis
Jam captum [28] teneo, jam [29] volucrem sequor
Te per gramina Martii
Campi, te per aquas, [30] dure, volubiles.

ceret: Eheu! Ligurine, quamvis ætate jam ingravesco, amore tamen tui incensus ad pristinas revocor lascivias. 25 Lacryma guttatim et raro defluens, non amoris parvitate, sed ætatis verecundia; nam turpe est seni præ amore flere. 26 Cur lingua in medio sermone titubat? quod nimii amoris est indicium.

27 Ego te, quem vigilans cupio, nocturno tempore plerumque somnio. 28 Tenere videor. 29 Te ex meo complexu evolantem sequor, quasi ludentem in campo Martio, te sequor quasi denatantem in Tiberi, qui fluit juxta campum Martium, in quo juventus Romana se cursu, lucta, equo, natatione exercebat. 30 O Ligurine inexorabilis!

AD IULUM ANTONIUM. Ode II.

Laudat Pindarum, eumque imitari periculosum dicit.

[1] PINDARUM quisquis studet æmulari,
Iule, ceratis ope Dædalea
[2] Nititur pennis, [3] vitreo daturus
Nomina ponto.
[4] Monte decurrens, velut amnis, imbres

1 Pindarum inter Lyricos Poëtas facile principem, si quis imitari velit, is suos conatus irritos sentiet, ut olim Icarus volare tentans, in mare decidit.

2 Sustentatur pennis cera junctis Dædali patris artificio. 3 Ponto pellucido instar vitri, quod ab Icaro, mare Icarium est appellatum.

4 Ordo est: Fervet Pindarus velut amnis monte decurrens, quem imbres aluere super notas ripas, et ruit immensus ore profundo. Significat Horatius Metaphorice copiosam Pindari sapientiam, et celerem in dicendo ubertatem.

Quem super notas [5] aluere ripas,
Fervet, [6] immensusque ruit profundo
Pindarus ore;
[7] Laurea donandus Apollinari,
Seu per [8] audaces nova [9] dithyrambos
Verba [10] devolvit, numerisque [11] fertur
Lege solutis;
[12] Seu Deos, regesque canit, Deorum
Sanguinem, [13] per quos cecidere justa
Morte centauri, cecidit tremendæ
[14] Flamma Chimæræ;
[15] Sive, quos Elea domum reducit
Palma celestes, [16] pugilemve, equumve
Dicit, et centum potiore signis
[17] Munere donat;
[18] Flebili sponsæ juvenemve raptum
Plorat, et vires, animumque, moresque

5 Ita auxere, ut extra ripas erumpat. 6 Propter diluvium. 7 Coronandus lauro Poëtis consecrata. Vide Ode ult. lib. III. 8 Dithyrambi, vel numeris innumeris, et pedibus lege solutis constant, vel sunt versus valde vehementes ad animos concitandos. 9 Dithyrambi sunt metri genus liberius in honorem Bacchi compositum. 10 Deorsum volvit, id est, verba grandia loquitur. 11 Pindarus velut vates rapitur numerorum Dithyrambicorum majore licentia. 12 Deos, ut Apollinem; Reges, ut Hieronem Syracusanum, qui suo tempore regnavit in Sicilia. 13 Per quos (Herculem et Pirithoüm) devicti sunt Centauri Thraciæ populi, qui à Poëtis finguntur esse media parte viri, et media equi, originem ab Ixione trahentes. 14 Per Bellerophontem cecidit Chimæra, cujus tria capita ignem efflant. Vide Ode XXVII. lib. I. 15 Sive dicit et laudat eos quos victoria apud Elidem parta domum reducit cœlestes, id est, cœlestibus ob gloriam comparandos. 16 Seu pugilatu, seu equorum cursu superiorem dicit.

17 Carminibus donat quæ sunt centum statuis diuturniora.

18 Sive in Epitaphio exprimit ploratum flebilis sponsæ, propter juvenem sponsum immatura morte sibi ereptum,

[19] Aureos deducit in astra, nigroque
[20] Invidet Orco.
Multa [21] Dircæum levat aura [22] cycnum,
Tendit, Antoni, quoties in altos
[23] Nubium tractus: [24] ego apis Matinæ
More, modoque,
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, [25] uvidique
Tiburis ripas, operosa parvus
[26] Carmina fingo.
[27] Concines majore Poëta plectro
Cæsarem, [28] quandoque trahet feroces
[29] Per sacrum clivum, merita decorus
Fronde, Sicambros;
[30] Quo nihil majus, meliusve terris
Fata donavere, [31] bonique Divi,
Nec dabunt, [32] quamvis redeant in aurum
Tempora priscum.
[33] Concines lætosque dies, et urbis

19 Et bonos mores ejusdem juvenis effert ad astra. 20 Invidet morti, id est, à morte et oblivione eum vindicat. 21 Pindarum Poëtam Thebanum, sic dictum à Dirce fonte Thebano. 22 Poëtam. Nam ut cycnus aura et vento levatus in altum volat, sic Pindarus, quoties Deorum et Regum canit laudes, sua eloquentia sublimis volat et suaviter canit. 23 In eam usque regionem cœli, ubi nubes condensantur, id est, in cœlos ipsos. 24 Ego, ut apis Calabra in Matino monte pascens, carpensque grata thyma, id est, scribens depresse, suavi tamen stylo fingo carmina; etc. 25 Tiburis aqua abundantis. Mallem: uvidique Tiburis rivos. 26 Carmina compono laboriosa, existens parvus.

27 O Poëta, tu canes Cæsarem stylo grandiore, id est, carmine heroïco. 28 Quandocumque Cæsar merita laurea decorus trahet per sacrum clivum Sicambros, id est, Germaniæ populos, quos hodie *Gueldrenses* appellamus. 29 Per sacram viam triumphantes in Capitolium vehebantur. 30 Quo Cæsare. 31 Divi largi. 32 Quamvis redeant aurea sæcula *vel* aureæ ætatis mores. 33 Decantabis etiam festos dies.

Publicum ludum, super impetrato
Fortis Augusti reditu, forumque
[34] Litibus orbum.
[35] Tum meæ (si quid loquar audiendum)
Vocis accedet bona pars; et, ô Sol
Pulcher! ô laudande! canam, recepto
[36] Cæsare, felix.
[37] Tuque dum procedis, Io triumphe!
Non semel dicemus, Io triumphe!
Civitas omnis, dabimusque Divis
Thura [38] benignis.
[39] Te decem tauri, totidemque vaccæ,
[40] Me tener solvet vitulus, relicta
Matre, qui largis [41] juvenescit herbis
In mea vota,
[42] Fronte curvatos imitatus ignes
Tertium Lunæ referentis ortum,
[43] Qua notam duxit, niveus [44] videri,
[45] Cætera fulvus.

et publicam civitatis lætitiam, pro Augusti reditu à Diis impetrato et concesso. 34 Et cantabis forum contentionibus vacuum, propter ferias, seu potius propter Cæsaris æquitatem.

35 Tum magna mei carminis pars addetur tuo poemati, si quid loqui possum auditu dignum. 36 Et Cæsare à periculis belli erepto, ego beatus et felix hæc canam. O Sol pulcher, id est, ô dies pulcher, laudibusque celebrande, quo victor Cæsar urbem ingressus est! 37 Alii, ut Heinsius, volunt: duxque dum procedit, etc. Et, ô triumphe, nos (omnis civitas) non semel dicemus: Io, Io triumphe! 38 Divis liberalibus erga nos illius reditu.

39 Liberabunt te à voto, quo obligaris ex Cæsaris reditu. 40 Parva victima, nempe vitulus à matre, id est, à vacca depulsus me solvet à votis, quæ pro Cæsaris incolumitate Diis feci. 41 Qui fit juvencus. 42 Qui cornua habet parva et curva instar Lunæ, tertio die à suo novilunio. 43 Qua parte notabatur, id est, in fronte candidus erat, sed fulvus reliquo corpore. 44 Niveus videri, Græca est loquendi figura, ut certus amari. 45 Per Synecdochen, id est, habens cætera fulva.

AD MELPOMENEN. Ode III.

Se artis poëticæ beneficio immortalitatem consecuturum esse.

[1] QUEM tu, Melpomene, semel
Nascentem placido lumine videris,
Illum non labor [2] Isthmius
[3] Clarabit pugilem, non equus impiger
[4] Curru ducet Achaïco
Victorem, [5] neque res bellica [6] Deliis
Ornatum foliis ducem,
Quod regum tumidas contuderit minas,
Ostendet Capitolio:
[7] Sed quæ Tibur aquæ [8] fertile præfluunt,
Et spissæ nemorum comæ,
[9] Fingent [10] Æolio carmine nobilem.
[11] Romæ principis urbium
Dignatur soboles inter amabiles
Vatum ponere me choros,

1 Melpomene, quem tu semel oculis benevolis aspexeris nascentem, is non athleta, neque miles erit, sed Poëta. 2 Labor susceptus in ludis Isthmiis, à Sysipho in honorem Neptuni institutis. 3 Clarum faciet pugilem. 4 Curru Græco, vel Eleo, id est, quadrigali certamine. 5 Neque res bellica bene gesta ostendet eum Capitolio ducem ornatum foliis Deliis, quod contuderit tumidas minas regum, id est, quod minantes et superbos reges superaverit. 6 Laurea Apollinari, à Delo insula Apollini sacra. 7 Non hæc supra memorata eum reddent nobilem, sed aquæ, quæ præterfluunt fertile Tibur, ab eo descriptæ Æolio carmine facient clariorem. 8 Ode xxix. lib. III. udum appellat Tibur, ubi carmina sua conscribebat. 9 Efficient nobilem. 10 Carmine Sapphico et Alcaïco: Vide Ode xxx. lib. III.

11 Posteritas Romæ (quæ urbium princeps est, et caput) dignatur me numerare inter Poëtas lyricos, qui canunt amabilia.

[12] Et jam dente minus mordeor invido.
[13] O, testudinis aureæ
Dulcem quæ strepitum, Pieri, temperas!
O, [14] mutis quoque piscibus
Donatura cycni, si libeat, [15] sonum!
[16] Totum muneris hoc tui est,
[17] Quod monstror digito prætereuntium
Romanæ [18] fidicen lyræ:
[19] Quod spiro et placeo, si placeo, tuum est.

12 Et jam virtutè súpero invidiam. 13 O Pieri, Musa, quæ moderaris dulcem cantum aureæ et excellentis lyræ. 14 Muti sunt pisces, quia (paucis exceptis) non spirant, neque respirant; nam pulmonem non habent, nec pulmone indigent, eo quod non habent sanguinem, quo cordis calor refrigeretur. 15 Cantus dulcedinem. Nam cycni ante mortem canunt dulcissime. 16 Hoc munus est mihi à te datum. 17 Sic olim Demosthenes: οὗτος ἐκεῖνος Δημοσθένης. Hic est ille Demosthenes. 18 Lyricus Poëta. 19 Quod vivo.

DRUSI LAUDES. Ode IV.

Ejus victoriam de Vindelicis celebrat.

[1] QUALEM ministrum fulminis [2] alitem,
(Cui rex Deorum regnum in aves vagas
[3] Permisit, expertus fidelem
Jupiter in [4] Ganymede flavo,)
Olim juventas et [5] patrius vigor
[6] Nido laborum propulit inscium;

1 Longum est hic hyperbaton. Sensus est: qualis est aquila in ovium greges, ejusque pugnandi cupiditas in draconem, aut qualis est catulus leonis in capream, ejus dentibus jam dilacerandam, talem Vindelici (non Rhæti, ut quidam volunt: quia Drusus Vindelices, et Tiberius Rhætos separatim vicerunt) videre Drusum, etc. 2 Aquilam Jovis armigeram. 3 Propter ejus fidem erga Jovem. 4 In pulchro Ganymede Jovis pocillatore. 5 Vigor paternus. 6 E nido extrusit volandi et prædandi inscium.

Vernique, jam nimbis remotis,
[7] Insolitos docuere nisus,
Venti paventem; mox [8] in ovilia
Demisit hostem vividus impetus;
Nunc in reluctantes dracones
Egit amor [9] dapis, atque pugnæ:
Qualemve lætis caprea pascuis
Intenta, fulvæ matris ab ubere
Jam [10] lacte depulsum leonem,
[11] Dente novo peritura vidit:
[12] Videre Rhætis bella sub Alpibus
Drusum gerentem Vindelici; [13] quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quærere distuli:
(Nec scire [14] fas est omnia) sed diu,
Lateque [15] victrices catervæ
Consiliis juvenis revictæ
Sensere, quid mens rite, quid [16] indoles
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset, quid Augusti paternus
[17] In pueros animus Nerones.

7 Primos et non assuetos volatus. 8 Ut agnos rapiat. 9 Amor dapis egit, ut agnus sit sibi esca; amor etiam pugnæ egit in dracones, propter mutuum inter se odium. 10 Leonem à lacte remotum. 11 Dente Leonini catuli nondum prædæ assuefacto. 12 Talem, Rhætis pro Rhæticis sub Alpibus, Vindelici videre Drusum bella gerentem, à quo erant subjugati. 13 Qui Vindelici cur securibus in prælio (Amazonum more) utantur, non jam quærendum censui. Ordo est: quibus ut mos obarmet suas dextras Amazonia securi, unde deductus sit, quærere, distuli. 14 Pote est, δυνατὸν. Vide Ode 11. lib. 1. 15 Vindelici semper ante victores, nunc consiliis Drusi vicissim victi, sensere et experti sunt, quid, etc. 16 Innata virtus. 17 Tiberium et Drusum.

Fortes creantur fortibus et bonis.
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
[18] Doctrina, sed vim promovet insitam,
[19] Rectique cultus pectora roborant.
[20] Utcumque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.
Quid debeas, ô Roma, Neronibus,
Testis [21] Metaurum flumen, et [22] Hasdrubal
Devictus, [23] et pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma [24] risit adorea;
[25] Dirus per urbes Afer ut Italas,
Ceu flamma per tædas, vel Eurus
Per Siculas equitavit undas.
[26] Post hoc secundis usque laboribus
Romana pubes crevit, et [27] impio
Vastata Pœnorum tumultu

18 Doctrina virtutum igniculos nobis natura insitos provehit ad perfectionem. 19 Recti amor et studium, id est, rectæ disciplinæ et bonæ institutiones mentem muniunt, et robustam reddunt. 20 Ubicumque boni mores deficiunt, culpæ, id est, facta improba illam naturæ bonitatem deturpant, dedecoreque afficiunt.

21 Flumen Umbriæ, ubi Hasdrubal, cum quinquaginta sex millibus hominum Claudii Neronis opera cæsus est. 22 Hasdrubal in Italiam venerat fratri suo Hannibali auxiliaturus. 23 Et felix ille dies fuit, fugatis tenebris ex Latio, id est, Carthaginiensibus et Afris ex Italia pulsis. 24 Qui lætus est bellica gloria. Farris et frugum copiam significat adorea, qua abundantem putabant gloriosum.

25 Ut, id est, postquam crudelis Hannibal equitavit et aufugit per urbes Italas, veluti flamma tædas, vel Eurus Siculas percurrit undas.

26 Post cædem Hasdrubalis, et victoriam à Nerone partam, prosperis semper præliis creverunt Romani. 27 Impiorum et barbarorum clamore

[28] Fana Deos habuere rectos.
Dixitque tandem [29] perfidus Hannibal:
[30] Cervi luporum præda rapacium
Sectamur ultro, quos opimus
[31] Fallere, et effugere est triumphus.
[32] Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
Jactata Tuscis æquoribus, [33] sacra,
[34] Natosque, maturosque patres
Pertulit [35] Ausonias ad urbes,
[36] Duris ut ilex tonsa bipennibus
[37] Nigræ feraci frondis in [38] Algido,
Per damna, per cædes, ab ipso
[39] Ducit opes, animumque ferro.
Non [40] Hydra secto corpore [41] firmior
Vinci [42] dolentem crevit in Herculem,
[43] Monstrumve submisere Colchi

bellico. 28 Fana statuas Deorum habuere erectas, quæ à Carthaginiensibus fuerant de suis sedibus deturbatæ.

29 Hannibal primus violavit fœdus inter Romanos et Afros initum. 30 Oratio Hannibalis ad suos milites. Nos (inquit) Carthaginienses tanquam cervi, Romanos veluti lupos insequimur. 31 Quos latere et fallendos effugere, magnifici triumphi loco ducere debemus.

32 Gens Romana quæ originem duxit à Troja. 33 Deos Penates. 34 Virgil. *Ascanium, Anchisemque patrem, Teucrosque Penates Commendo sociis, etc.* 35 Ad Italiæ urbes. 36 Ut ilex ramis spoliata magis repullulat, sic Romani adversis præliis magis invalescunt. 37 Frondis umbrosæ. 38 Algidum mons est in agro Tusculano. Vide Ode XXI lib. I. 39 Acquirit vires et audaciam ab ipsis cædibus. Vide Virgil. lib. II. AEn.

40 Hydra, serpens monstrosa in Lerna delitescens, cujus uno capitè ab Hercule abscisso, septem subito renascebantur. 41 Subintellige, *quam fuit hæc gens in nos.* 42 Qui dolebat se ab aliquo vinci. 43 Nec Colchi ediderunt majus monstrum, aut urbs Thebana, quam sunt ipsi Romani. Hæc est hujus loci sententia: Non tantum duo dracones ex dentibus disseminatis pullulàrunt, quantum gens Trojana ex suis damnis et præliis adversis.

Majus, [44] Echioniæve Thebæ.
[45] Merses profundo, [46] pulchrior evenit.
[47] Luctere, multa proruet integrum
Cum laude [48] victorem, geretque
Prælia [49] conjugibus loquenda.
Carthagini jam non [50] ego nuntios
Mittam superbos : [51] occidit, occidit
Spes omnis, et fortuna nostri
Nominis, Hasdrubale interempto.
[52] Nil Claudiæ non efficient [53] manus,
Quas et benigno numine Jupiter
Defendit, et [54] curæ sagaces
[55] Expediunt per acuta belli.

44 Thebæ conditæ ab Echione Cadmi genero.

45 Quamvis in mari Romanum merses, à verbo inusitato Merso, as. 46 Fortior emergit.

47 Si luctere et pugnes, ipse prosternet et evincet te hostem integrum, id est, hostem incolumem, cui exercitus non sit imminutus. 48 Qui paulo ante viceras. 49 Prædicanda à conjugibus, lætitia, dolore, vel alio muliebri affectu permotis.

50 Ego Hannibal (occiso jam Hasdrubale) posthac desinam superbos mearum victoriarum nuntios Carthaginem mittere. 51 Spes omnis interiit.

52 Hæc loquitur Poëta, non Hannibal. 53 Vires Neronum perficient omnia. 54 Industria et cura cum consilio conjuncta. 55 Expeditum faciunt per subtilitates belli, quæ à Græcis στρατηγήματα nominantur.

AD AUGUSTUM. Ode V.

Ut reditum in urbem maturet.

Divis orte [1] bonis, optime [2] Romulæ
Custos gentis, abes jam nimium diu :
[3] Maturum reditum pollicitus patrum

1 Divis propitiis et beneficis orte. 2 Romanæ, à Romulo Romæ conditore. 3 Tu qui pollicitus es senatui celerem reditum, etc.

[4] Sancto concilio, redi.
[5] Lucem redde tuæ, dux bone, patriæ.
[6] Instar veris enim vultus ubi tuus
Affulsit populo, gratior it dies,
Et soles melius [7] nitent.
[8] Ut mater [9] juvenem, quem Notus [10] invido
Flatu [11] Carpathii trans maris æquora
[12] Cunctantem spatio longius annuo
Dulci detinet à domo,
Votis, [13] ominibusque et precibus vocat,
Curvo nec faciem littore [14] demovet;
Sic [15] desideriis icta fidelibus
Quærit patria Cæsarem.
[16] Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres, almaque [17] Faustitas:
[18] Pacatum volitant per mare navitæ:
[19] Culpari metuit fides:
Nullis polluitur casta domus stupris:
[20] Mos et lex maculosum edomuit nefas:

4 Sancto Senatorum cœtui.

5 O bone Auguste, redde te patriæ, cui lux es.

6 Quando vultus tuus, ad similitudinem veris, affulserit populo, major est dierum serenitas. 7 Nitere videntur.

8 Ordo est: Ut mater vocat votis, ominibus, et precibus, juvenem cunctantem trans æquora Carpathii maris, quem Notus invido flatu detinet à dulci domo longius anni spatio, nec, etc. 9 Filium suum. 10 Adverso flatu. 11 A Carpatho insula contra AEgyptum posita, à qua vicinum mare ad AEgyptum vergens Carpathium dicebatur. 12 Morantem ultra annum. 13 Bonis verbis. 14 Nec faciem movet de littore, ad quod filium appulsurum sperat. 15 Sic patria justis desideriis affecta.

16 Te præsente, ô Cæsar, omnia terra marique sunt tranquilla. 17 Felicitas. 18 Nautæ sine metu piratarum navigant. 19 Fides cavet commisisse, quamobrem culpetur, id est, nemo fidem fallit. 20 Boni mores, et lex Julia de adulteriis coërcendis sustulerunt

[21] Laudantur simili prole puerperæ :
[22] Culpam pœna premit comes.
[23] Quis Parthum paveat? quis gelidum [24] Scythen?
[25] Quis, Germania quos horrida parturit,
Fœtus incolumi Cæsare? quis feræ
Bellum curet [26] Iberiæ?
[27] Condit quisque diem collibus in suis,
Et vitem [28] viduas ducit ad arbores :
Hinc ad vina redit lætus, et [29] alteris
Te mensis adhibet Deum.
Te multa prece, [30] te prosequitur mero
[31] Defuso pateris, et [32] Laribus tuum
Miscet numen, [33] uti Græcia Castoris,
Et magni [34] memor Herculis.
Longas ô utinam, dux bone, [35] ferias
Præstes [36] Hesperiæ! dicimus [37] integro
[38] Sicci mane die, dicimus [39] uvidi,
[40] Cum sol Oceano subest.

turpe et immundum nefas. 21 Filii sunt parentibus similes : non generantur spurii. 22 Sic valent leges, ut pœna celeriter sequatur culpam.

23 Bella jam cessant, salvo Cæsare. Nemo enim extimescit Parthos, etc. 24 Scythia multo frigore et nivibus est frigida. 25 Quis extimescat fœtus, id est, homines, quos horrida Germania parturit? 26 Bellicosæ Hispaniæ, à flumine Ibero.

27 Quisque diem finit in operibus rusticis. 28 Ad ulmos, populos, et similes arbores, quæ viduæ dicuntur antequam jungantur vitibus. 29 Secundis mensis tibi honor exhibetur cultu divino. Veteres, prima mensa sublata, secundam eleganter apparatam in Deorum honorem exhibebant.

30 Tibi sacrificat. 31 Vino de pateris fuso. 32 Quisque colens Lares, simul et tuum numen colit. 33 Quemadmodum Græcia Herculem, Castora et Pollucem inter Deos Penates enumerat, sic nos te. 34 Ob beneficia ab illis accepta.

35 Dies festos, id est, otiosam pacem. 36 Italiæ. 37 Primo mane, quando nihil bibitum est, nihil gustatum. 38 Non poti, sed sobrii. 39 Madidi, et vino pleni. 40 Cum sol est sub Oceano, id est, vesperi.

AD APOLLINEM ET DIANAM. Ode VI.

Carmen Sæculare.

[1] DIVE, quem [2] proles Niobæa [3] magnæ
Vindicem linguæ, [4] Tityosque raptor
Sensit, et Trojæ [5] prope victor altæ
[6] Phthius Achilles,
Cæteris major, [7] tibi miles impar;
Filius quamvis Thetidos [8] marinæ
Dardanas turres quateret tremenda
[9] Cuspide pugnax.
[10] Ille, mordaci velut icta [11] ferro
Pinus, aut impulsa cupressus Euro,
[12] Procidit late, [13] posuitque collum in
Pulvere Teucro.
[14] Ille, non inclusus [15] equo Minervæ
Sacra mentito, [16] male feriatos

1 O Apollo. 2 Sex filii Niobes. 3 Vindicem magnificæ et superbæ linguæ, quod liberorum multitudine et pulchritudine Niobe Latonam præ se contemneret. 4 Tityus stuprum Dianæ inferre voluit. Vide Ode IV. lib. III. 5 Cur prope victor? quia Hectorem interfecit, quo pacto facilius Troja capi potuit. 6 Erat Phthia Achillis patria, Thessaliæ urbs. 7 Tibi impar, quia à te sub figura Paridis Achilles fuit occisus, vel, quia tuo consilio ab ipso Paride fuit interemptus, juxta illud Virg. *Dardana qui Paridis direxti tela manusque, Corpus in Æacidæ.* 8 Thetis, Dea marina, fuit filia Nerei, mater Achillis. 9 Pugnax hasta, quam nemo præter Achillem, poterat vibrare.

10 Achilles ruit velut arbor cadens. 11 Velut icta securi, quæ quasi mordet et paulatim exedit arborem incisam. 12 Procidit in latum; unde denotatur violentus casus Achillis, et corporis ejus magnitudo. 13 Occubuit.

14 Achilles non insidiis aut dolo, sed aperto Marte Trojam expugnasset, nisi à Paride tua opera et impulsu prius esset interfectus. 15 In equo ligneo, qui Minervæ sacra mentiebatur et simulabat; nam Græci ideo equum fabricatum fingebant, ut Palladem offensam placarent. 16 Achilles non fefellisset Trojanos suo male

Troas, et lætam Priami choreis
Falleret aulam:
17 Sed palam captis gravis, heu nefas! heu!
Nescios fari pueros Achivis
Ureret flammis, etiam latentes
Matris in alvo;
18 Ni tuis victus, Venerisque gratæ
Vocibus Divûm pater, annuisset
Rebus Æneæ potiore ductos
Alite muros.
19 Doctor argutæ fidicen Thaliæ,
Phœbe, qui 20 Xantho lavis amne crines,
21 Dauniæ defende decus Camœnæ,
22 Lævis Agyieu.
23 Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, nomenque dedit poëtæ.
Virginum 24 primæ, puerique claris
Patribus orti,
Deliæ 25 tutela Deæ, fugaces
Lyncas, et cervos 26 cohibentis arcu,
27 Lesbium servate pedem, meique

otiantes, et dies festos celebrantes.

17 Sed aperto bello sævus et immitis, etiam parvos infantes, et materno ventre inclusos combussisset. 18 Nisi Jupiter flexus tuis et placidæ Veneris precibus concessisset Æneæ laboribus muros Romanos ductos, id est, ducendos et erigendos potiore alite, id est, melioribus auspiciis.

19 O Phœbe, fidicen, qui doces Thaliam Musam argute canentem. 20 Trojæ fluvio. 21 Latinæ Camœnæ, id est, carminis sui Lyrici. 22 Imberbis Apollo, qui Agyieus dicitur, eo quod in viis publicis ei solebant sacrificare.

23 Divinum furorem.

24 Primariæ et nobiles. 25 Qui estis sub protectione Dianæ. 26 Comprehendentis et vulnerantis Lyncas et cervos. 27 Sapphicum pedem; nam Sappho fuit Lesbia.

Pollicis [28] ictum;
[29] Rite Latonæ puerum canentes,
Rite crescentem [30] face [31] noctilucam,
[32] Prosperam frugum, [33] celeremque pronos
Volvere menses.
[34] Nupta jam dices: Ego Dîs [35] amicum,
[36] Sæculo festas referente luces,
[37] Reddidi carmen, docilis modorum
Vatis Horatî.

28 Lyræ meæ strepitum. 29 Ex veterum instituto et solemni consuetudine canentes Apollinem Latonæ filium.

30 Crescentem lumine. 31 Lunam nocte lucentem, quæ singulis mensibus crescit et decrescit. 32 Luna plantandi et vegetandi vim habet, suoque nocturno humore fruges prosperat. Nota *quod Adjectivum verbale cum patrio casu jungitur.* 33 Celerem ad volvendos menses; nam Luna XXVIII circiter diebus orbem suum conficit.

34 Cum fueris nupta hoc dices: Ego docilis modorum vatis Horatii reddidi carmen amicum Diis, sæculo referente festas luces. *Poëta unam è puellis alloquitur omnium nomine.* 35 Carmen Diis gratum et amabile. 36 Anno centesimo festos dies referente. 37 Ego, quæ facile didici versus Horatianos, eosdem cecini et recitavi.

AD TORQUATUM. Ode VII.

Veris adventu, et æqua moriendi conditione proposita, ad læte vivendum invitat.

[1] DIFFUGERE nives: redeunt jam [2] gramina campis,
Arboribusque [3] comæ.
[4] Mutat terra vices, et decrescentia ripas
[5] Flumina prætereunt.
[6] Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus, audet

1 Veris adventu, hyems in fugam vertitur. 2 Herbæ. 3 Frondes.

4 Mutatur anni tempus. 5 Flumina intra suas ripas fluunt, neque eas transiliunt, ut hiberno tempore.

6 Gratiæ et Nymphæ veris amœ-

Ducere nuda [7] choros.
[8] Immortalia ne speres, monet annus, et almum
Quæ rapit hora diem.
Frigora [9] mitescunt Zephyris: [10] ver proterit æstas
Interitura, [11] simul
Pomifer autumnus fruges effuderit, et mox
Bruma recurrit [12] iners.
[13] Damna tamen [14] celeres reparant [15] cœlestia Lunæ.
[16] Nos ubi decidimus,
[17] Quo pius Æneas, quo [18] Tullus dives, et Ancus,
[19] Pulvis et umbra sumus.
Quis scit an adjiciant hodiernæ crastina [20] summæ
Tempora Dî superi?
[21] Cuncta manus avidas fugient hæredis, [22] amico
Quæ dederis animo.
[23] Cum semel occideris, et de te splendida [24] Minos

nitate ad ludum provocantur. Sunt Gratiæ tres, Aglaïa, Thalia, Euphrosine. Vide Ode xxx. lib. I. 7 Cur Gratiæ fingebantur nudæ. Vide Ode XIX. lib. III. sed hic fortasse nudæ ducebant choros, propter veris calorem; nam frigora mitescunt Zephyris.

8 Annus, ejusque varietates docent nos, ne immortalia speremus; nam cum tempus ipsum semper sit in fluxu, nihil sub tempore potest perpetuo durare. 9 Frigora mitigantur à vere, cujus nuntii sunt Zephyri, venti tepidi et sicci ab occasu AEquinoctiali flantes adversus Eurum. 10 Ver sequitur æstas et consumit. 11 Posteaquam. 12 Bruma facit pigros et inertes. 13 Quasi diceret, tempora assiduo lapsu fluunt, redeunt tamen, sed nos semel extincti nunquam renascimur. 14 Lunæ dicuntur celeres, quia brevissimo tempore orbem suum emetiuntur. 15 Damna, quæ sunt in vicissitudine ortus et interitus. 16 Postquam nos decidimus, scilicet ad inferos, non, ut anni tempora, redimus, sed transimus in pulverem. 17 In quem locum AEneas decidit. 18 Tullus et Ancus, reges Romani, fuerunt admodum divites. 19 Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον. Eurip. 20 Numero dierum, quos usque ad hodiernum diem viximus.

21 *Hortatur ad liberalitatem.* Quæ tu consumpseris, ad avarum hæredem non pervenient. 22 Liberali animo.

23 Ubi semel mortuus fueris et inferis per Minoa adjudicatus, non iterum revivisces. 24 Minos Judex inexo-

Fecerit [25] arbitria;
Non, Torquate, [26] genus, non te facundia, non te
Restituet pietas.
[27] Infernis neque enim tenebris Diana [28] pudicum
Liberat Hippolytum;
Nec [29] Lethæa valet [30] Theseus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

rabilis apud inferos. 25 Judicia æquissima.

26 Generis nobilitas.

27 Non possunt Dii mortem propulsare ab iis, quos caros habent. Quis igitur ab ea liberabitur unquam?

28 Hippolytum castum, qui sua temperantia compressit libidinem Phædræ ejus novercæ. 29 Vincula infernalia, à Lethe flumine apud inferos. 30 Theseus et Pirithoüs inter rarissima illa quatuor amicorum paria enumerantur, qui ad inferos descendentes, ut inde Proserpinam raperent, ibidem vincti remanserunt. Vide Plutarch. in vita Thesei.

AD MARTIUM CENSORINUM. Ode VIII.

Nihil carminibus esse potentius ad sui nominis memoriam ab oblivione vindicandam.

DONAREM [1] pateras, grataque [2] commodus,
Censorine, meis [3] æra sodalibus;
Donarem [4] tripodas, præmia fortium
Graïorum: neque tu pessima munerum
[5] Ferres, divite me scilicet [6] artium,
Quas aut Parrhasius [7] protulit, aut [8] Scopas;

1 Vasa argentea, quibus olim Pontifices et Sacerdotes in sacrificiis utebantur. 2 Commodus donarem, id est, in eo commodus essem et benignus, quod donarem pateras meis sodalibus, etc. 3 Statuas vel pocula ex ære facta. 4 Mensas militares, quod donum apud Græcos erat egregium. Tripus tres pedes pro sustentaculo habebat, ut fortiter staret, et viris fortibus dari solebat in signum victoriæ. 5 Neque tu auferres et acciperes pessima munera. 6 Si essem dives et abundarem artibus, id est, signis et tabulis pictis, quas, etc. 7 Quas artes evulgavit populo Parrhasius, pictor clarus natus Ephesi, vel, ut alii volunt, Athenis. 8 Sculptor statuarius insignis.

[9] Hic saxo, liquidis [10] ille coloribus
[11] Solers nunc hominem ponere, nunc Deum.
Sed non hæc mihi [12] vis, non tibi talium
[13] Res est, aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus; carmina possumus
Donare, [14] et pretium dicere muneri.
[15] Non incisa notis marmora publicis,
[16] Per quæ spiritus, et vita redit bonis
Post mortem ducibus; non celeres fugæ,
[17] Rejectæque retrorsum Hannibalis minæ;
[18] Non incendia Carthaginis [19] impiæ,
[20] Ejus, qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam [21] Calabræ Pierides: neque,
[22] Si chartæ sileant quod bene feceris,
[23] Mercedem tuleris. [24] Quid foret Iliæ,
Mavortisque puer, si taciturnitas
Obstaret meritis [25] invida Romuli?

9 Hic Scopas. 10 Ille Parrhasius. 11 Peritus ad ponendum et formandum nunc hominem, nunc Deum.

12 Hæc facultas mihi non est. 13 Res familiaris. Abundas tu quidem talibus deliciis cum re, tum animo. 14 Possumus dicere quam pretiosum sit munus carmen, et quanti æstimandum.

15 Statuæ marmoreæ, titulis à Republica datis notatæ, non reddiderunt Scipionem clariorem, quam Ennii scripta. 16 Quæ efficiunt ut homines fortes etiam mortui quodammodo reviviscant. 17 Repulsæ in Africam, quando ex Italia fugatus est Hannibal.

18 Hoc non proprie dicitur de Carthagine incensa et deleta à secundo Scipione Africano; sed, per hyperbolen, de Carthagine submissa et prope ad deditionem coacta à priore Scipione, cujus hic meminit Poëta. 19 Carthaginis fœdifragæ.

20 Scipionis, qui ab Africa domita dictus est Africanus. 21 Quam versus Ennii, qui fuit Calaber. Musæ dictæ sunt Pierides, à Pierio monte Bœotiæ, ubi natæ sunt ex Jove et Mnemosyne. 22 Si nemo recta facta litteris mandaverit. 23 Præmium acceperis.

24 Quid foret Romulus Iliæ et Martis filius, si nemo sui nominis memoriam posteritati proderet. 25 Silentium

[26] Ereptum Stygiis fluctibus Æacum
[27] Virtus, et favor, et lingua [28] potentium
Vatum divitibus consecrat [29] insulis.
Dignum laude virum Musa vetat mori.
[30] Cœlo Musa beat. [31] Sic Jovis interest
Optatis epulis impiger Hercules.
[32] Clarum Tyndaridæ sidus ab infimis
Quassas eripiunt æquoribus rates:
[33] Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.

de rebus præclare gestis videtur illorum gloriæ invidere, de quibus siletur.

26 Æacum ereptum morti et oblivioni. 27 Vis ingenii. 28 *The tongue or pen of powerfull Poëts.* Nam magna vis est in eloquentia. 29 Insulis fortunatis, vel Elysiis campis, id est, consecrat immortalitati. 30 In cœlo collocans beatum efficit. 31 Per carmina.

32 Tyndaridæ, id est, Castor et Pollux, fratres, filii Tyndari, clara sidera, poëtarum carminibus dignoscuntur esse Dii, qui naves tempestate quassatas, ab imis æquoribus eripiunt. 33 Sic, per carmina Poëtarum, Bacchus habens sua tempora viridi pampino ornata, vota et preces hominum perducit ad bonos exitus.

AD LOLLIUM. Ode IX.

Sua, et aliorum scripta nunquam interitura.

[1] NE forte credas interitura, quæ
Longe sonantem natus ad [2] Aufidum
  [3] Non ante vulgatas per artes
    Verba loquor socianda [4] chordis.
[5] Non, si priores [6] Mæonius tenet

1 Ordo est: Ne tu forte credas, id est, ut non credas interitura ea verba, quæ ego Horatius natus ad Aufidum longe sonatem loquor, etc. 2 Flumen Apuliæ. 3 Per novas et inusitatas artes, scilicet apud Latinos: primus enim erat Poëta lyricus Latinus. 4 Verba loquor lyræ fidibus aptanda.

5 Quamvis Homerus priores sedes in arte poëtica obtinet, non tamen Pindarus, Simonides, etc., sunt obscuri. 6 Vide Ode VI. lib. I.

Sedes Homerus, Pindaricæ latent,
[7] Ceæque, [8] et Alcæi minaces,
[9] Stesichorique graves Camœnæ:
Nec, si quid olim [10] lusit Anacreon,
[11] Delevit ætas: [12] spirat adhuc amor,
Vivuntque commissi calores
[13] Æoliæ fidibus puellæ.
[14] Non sola comptos arsit adulteri
Crines, et [15] aurum vestibus illitum
Mirata, regalesque cultus,
[16] Et comites, Helene Lacæna:
[17] Primusve Teucer tela [18] Cydonio
Direxit arcu: non semel [19] Ilios
Vexata: [20] non pugnavit ingens
Idomeneus, [21] Sthenelusve solus
Dicenda Musis prælia: non ferox

7 Camœnæ Simonideæ. Vide Ode I. lib. II. 8 Alcæus adeo amarus erat, præsertim Tyrannis, ut acribus suis versibus multos à civitate ejiceret: minaces igitur erant ejus Camœnæ. 9 Stesichorus poëta fuit ex Himera, civitate Siciliæ, qui maxima bella, et clarissimos cecinit duces. Graves ergo erant ejus Camœnæ.

10 Cantavit Anacreon. Lusit vero, quia res amatorias scripsit. 11 Consumpsit vetustas. 12 Recens est adhuc amor, quem Sappho Poëtria suis lyricis versibus commisit. 13 Sappho fuit ex AEolia, in qua Lesbos, unde Lesbia sæpe appellatur.

14 Non sola Helena Lacæna arsit, id est, vehementer amavit Paridis crines accurate pexos, etc. Intelligit Poëta, multas ante Helenam amasse, quæ belli causam præbuerant, et magna olim bella esse gesta memoria digna, sed hæc omnia fuisse oblivioni tradita, quod Poëtæ, vel scriptores deessent, qui posterorum memoriæ ea commendarent. 15 Vestes aureas, vel auro ornatas. 16 Comites Paridis in itinere cum Lacedæmona peteret. 17 Teucer non primus fuit bonus jaculator. 18 Arcu Cretensi, à Cydone urbe in Creta, ubi primum de pecudum cornibus arcus curvati et facti sunt. 19 Troja, quæ prius ab Hercule fuerat expugnata. 20 Non solus pugnavit prælia Idomeneus, etc. 21 Sthenelus, sciens pugnæ. Vide Ode XV.

[22] Hector, vel acer Deiphobus graves
Excepit ictus pro pudicis
Conjugibus, puerisque primus.
Vixere fortes ante Agamemnona
Multi; sed omnes [23] illacrymabiles
[24] Urgentur, ignotique longa
Nocte, [25] carent quia vate sacro.
[26] Paulum sepultæ distat inertiæ
Celata virtus. Non ego te meis
Chartis [27] inornatum silebo,
Totve tuos patiar labores
[28] Impune, Lolli, carpere lividas
Obliviones. Est animus tibi,
[29] Rerumque prudens, et secundis
Temporibus, dubiisque [30] rectus;
[31] Vindex avaræ fraudis, et abstinens
Ducentis ad se cuncta pecuniæ;
[32] Consulque non unius anni,
Sed quoties bonus atque fidus

lib. I. 22 Non solus Hector ab Ajace, vel solus Deiphobus à Merione fuit vulneratus, sed multi alii in bello Trojano fortiter pugnârunt, quorum quia Homerus non meminit, oblivione hominum jam sunt sepulti.

23 Propter quos in bello cæsos nemo lacrymat. 24 Urgentur longa noctè, id est, æterna oblivione obscurantur. 25 Quia nullum habuere Poëtam, à quo egregia sua facta memoriæ mandarentur. 26 Virtus non laudata et incognita non multum differt à vita ignava. Nota quod verbum *distat*, cum dandi casu jungitur.

27 Te non illustratum. 28 Non patiar invidas obliviones immerito carpere, id est, imminuere tot tuos labores.

29 Rerum cognitione præstans. Ergo vere es philosophus. 30 Æquabilis in utraque fortuna. 31 Punitor avaritiæ et abstinens pecunia, cui omnia parent. 32 Estque tuus animus non unius anni consul, semper rex, qui suis cupiditatibus imperat, qui honestatem præfert utilitati, qui hominum nocentium muneribus non corrumpitur.

Judex honestum prætulit utili, et
Rejecit [33] alto dona nocentium
Vultu, et [34] per obstantes catervas
Explicuit sua victor arma.
Non [35] possidentem multa vocaveris
Recte beatum: [36] rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter uti,
Duramque [37] callet pauperiem pati,
[38] Pejusque letho flagitium timet:
[39] Non ille pro caris amicis,
Aut patria timidus perire.

33 Erecto vultu et animo excelso; nam alti animi est pecuniam contemnere. 34 Per mediam hostium aciem, id est, per munera et largitiones tanquam victor exprompsit sua arma, id est, suam integritatem et abstinentiam. *Est optima allegoria.* 35 Non recte vocaveris beatum, qui multa possidet. 36 Merito. 37 Sapit et acute novit. 38 Et turpitudinem odit pejus letho, id est, mori maluit quam flagitium committere. 39 Ille, id est, vir talis non timet mori pro amicis aut patria.

IN LIGURINUM. Ode X.

O crudelis adhuc, et Veneris [1] muneribus potens,
Insperata tuæ cum veniet [2] pluma superbiæ,
[3] Et, quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ,
Nunc et qui color est puniceæ flore [4] prior rosæ,
Mutatus Ligurinum in faciem verterit [5] hispidam,

1 Pulchritudine et forma potens. 2 Cum barbæ lanugo, quam adhuc non times, veniet et adjicietur tuæ superbiæ, id est, levitati oris et corporis tui. 3 Et cum vir factus eris, et detonsa erit coma, quæ humeris tuis jam passa est et diffusa. *Pueri concubini, puellarum more, comam alebant.* 4 Melior flore purpureæ rosæ. 5 In faciem pilosam et horridam.

Dices, heu! (quoties te in speculo videris [6] alterum)
[7] Quæ mens est hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis [8] incolumes non redeunt genæ?

6 Videris mutatum. 7 Quasi diceret: Utinam in puerili ætate præcogitassem faciem meam futuram hispidam, ex qua quæstum meretricium deperdere sit necesse; vel utinam levis et glabra pueri facies nunc rediret ad hunc animi mei sensum, id est, utinam sensus iste fuisset in pueritia, aut pueri forma rediret ad hunc sensum. 8 Genæ imberbes; nam genæ barbatæ tanquam mortuæ habebantur, quia ad amores pueriles erant ineptæ.

AD PHYLLIDEM. Ode XI.

Invitat eam ad epulas.

EST mihi nonum superantis annum
Plenus [1] Albani cadus: est in horto,
Phylli, nectendis [2] apium coronis:
[3] Est hederæ vis
Multa, [4] qua crines religata fulges.
[5] Ridet argento domus: ara, castis
Vincta [6] verbenis, avet immolato
Spargier [7] agno.
[8] Cuncta festinat manus: huc et illuc
Cursitant mistæ pueris puellæ:
[9] Sordidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum.

1 Vini Albani. 2 Apium ebrietatem pellit, et ab Horatio in rebus lætis adhibetur, quamvis Græcis semper fuit lugubre. Vide Ode xxxvi. lib. i. 3 Est mihi magna copia hederæ, quæ Baccho consecrata est. 4 Qua (scilicet corona ex hedera facta) tu comam habens religatam fulgere soles. 5 Domus splendet argento. 6 Castis et puris herbis, frondibusque festis ad aras coronandas. 7 Agni mactati sanguine aspergi et imbui avet, id est, videtur cupere. 8 Omnes adhibent diligentiam. 9 Flammæ generantes nigrum fumum in verticem cum trepido motu sursum feruntur.

Ut tamen nôris [10] quibus advoceris
Gaudiis; Idus tibi sunt [11] agendæ,
Qui dies mensem Veneris marinæ
[12] Findit Aprilem:
[13] Jure solemnis mihi, sanctiorque
Pene natali proprio, [14] quod ex hac
Luce Mæcenas meus affluentes
Ordinat annos.
Telephum, quem tu [15] petis, occupavit
[16] Non tuæ sortis juvenem puella
Dives et lasciva, tenetque grata
[17] Compede vinctum.
[18] Terret ambustus Phaëton avaras
Spes, et exemplum grave præbet [19] ales
Pegasus, terrenum equitem [20] gravatus
Bellerophontem,
Semper ut [21] te digna sequare, [22] et ultra
Quam licet sperare, nefas putando,
Disparem vites. [23] Age, jam meorum

10 Ut intelligas ad quod convivium inviteris. 11 Idus celebrandæ. 12 Divìdit Aprilem Veneris mensem. Aprilis deducitur ἀπὸ τῦ ἀφρῦ, id est, à spuma, ex qua, et cruore genitalium Saturni in mare projectorum, Venerem progenitam fabulantur Poëtæ, vide Ode XXVI. lib. III. 13 Merito mihi celebrandus, ut dies festus, status et fixus quotannis. 14 Quia ab hoc die, Mæcenas meus accrescentes annos suæ ætatis, ordine numerat.

15 Quem tu amas. 16 Juvenem tibi valde dissimilem loco, re, genere. 17 Grata servitute.

18 Exemplis docet Phyllidem debere omnem spem Telephi deponere, cum ille sit supra fortunam suam. Phaëton vetat avide sperare, qui negotium supra vires suscipiens, scilicet paterni currus moderationem, igne combustus periit. 19 Pegasus penniger, vel alatus. 20 Gravatim ferens Bellerophontem, qui cœlos conscensurus, ut, quid rerum ageret Jupiter cognosceret, in terram decidit. 21 Ut sequare res tibi aptas. 22 Ordo est: Et vites disparem, putando nefas esse, sperare ultra quam licet.

23 O Phylli, quam omnium postre-

Finis amorum,
(Non enim posthac alia [24] calebo
Fœmina) condisce modos, amanda
Voce quos reddas. Minuentur [25] atræ
Carmine curæ.

mam amare constitui, condisce lyræ modos, quos suavi et amabili voce decantes. 24 Non alia incendar, id est, non aliam amabo. 25 Tristes curæ.

AD VIRGILIUM. Ode XII.

Describit Veris adventum.

JAM veris comites, quæ mare [1] temperant,
[2] Impellunt animæ lintea Thraciæ:
Jam nec prata [3] rigent, nec fluvii strepunt
Hiberna nive [4] turgidi.
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,
[5] Infelix avis, et [6] Cecropiæ domus
Æternum opprobrium, quod male barbaras
[7] Regum est ulta libidines.
[8] Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistula;
Delectantque [9] Deum, cui pecus, et [10] nigri

1 Quæ mare tranquillum reddunt. 2 Thracii venti, id est, Favonii impellunt vela. 3 Non glacie durescunt. 4 Aucti.

5 Hirundo (olim Procne Pandionis regis Atheniensis filia) flebiliter Ityn filium gemens à se interfectum, jam nidum ponit. 6 Familiæ regum Atheniensium perpetua infamia, propter immanem in suum filium crudelitatem. Cecrops dux erat Atheniensium, unde domus Cecropia, pro familia Atheniensi. 7 Infelix, quod Terei mariti sui barbaram libidinem in Philomela constupranda, ulta est male, id est, parricidio.

8 Pastores modulantur carmina in honorem Panos. 9 Delectant Pana fistulæ inventorem. 10 Colles feraces, quia terra nigra frumentis est optima, vel nigri colles, id est, colles umbrosi propter silvas. Alii malunt nigræ.

Colles Arcadiæ placent.
[11] Adduxere sitim tempora, Virgili:
Sed pressum Calibus ducere Liberum
[12] Si gestis, [13] juvenum nobilium cliens,
[14] Nardo vina merebere.
Nardi parvus [15] onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpiciis accubat [16] horreis,
[17] Spes donare novas largus, [18] amaraque
Curarum eluere efficax.
Ad quæ si properas gaudia, [19] cum tua
Velox merce veni. [20] Non ego te meis
[21] Immunem meditor tingere poculis,
Plena dives ut in domo.
Verum [22] pone moras, et studium lucri,
[23] Nigrorumque memor, dum licet, ignium,
[24] Misce stultitiam consiliis brevem.
[25] Dulce est desipere [26] in loco.

11 Virgili, hæc tempora, id est, veris amœnitas, et aëris temperies suadent lætitiam, et invitant ad voluptatem. 12 Si vehementer cupis vinum Calenum bibere. 13 Claudii et Drusi privignorum Augusti. 14 Propter unguentum ex Nardo per te allatum, tu accipies à me vinum Calenum.

15 Parum unguenti multum vini eliciet. Onyx hîc significat vasculum ex onyche factum, ad servandum unguentum. 16 Apothecis vinariis, cujusmodi Romæ habebat Sulpicius Galba, in quibus oleum, vinum, fruges, iisque similia condi solebant. 17 Liberalis ad donandum spes insolitas. 18 Amaras curas, vel amaritudines curarum. 19 Cum parvo Nardi onyche. 20 Non est mihi in animo te vino madefacere sine munere, ut faciunt divites. 21 Te nihil afferentem. Hæc verba olent jocum non infacetum: fortasse tamen Virgilium taxant tenacitatis.

22 Depone moras et cupiditatem lucri. Hinc licet conjicere hunc Virgilium fuisse negotiatorem. 23 Mortis memor; nam rogos, sive ignes funebres, quibus cadavera cremabantur, appellat nigros, id est, tristes, ab effectis. 24 Misce seriis ludicra: ita tamen, ut sis brevis in stultitia.

25 Jucundum est aliquando, cum tempus et locus ferunt, desipere, id est, à severitate animum joco remittere. 26 ἐν καιρῷ, opportune.

IN LYCEN. Ode XIII.

Insultat ei, cum jam anus fiat, et libidine flagrans à juvenibus contemnatur.

AUDIVERE, Lyce, Dî mea vota, Dî
Audivere, Lyce. Fis anus, et tamen
Vis formosa videri,
[1] Ludisque et bibis impudens,
[2] Et cantu tremulo [3] pota, Cupidinem
Lentum sollicitas. [4] Ille virentis, et
Doctæ psallere Chiæ
Pulchris excubat in genis.
[5] Importunus enim transvolat [6] aridas
Quercus, et refugit te, quia [7] luridi
Dentes, te quia rugæ
[8] Turpant, et capitis [9] nives.
[10] Nec Coæ referunt jam tibi purpuræ,
Nec clari lapides, [11] tempora, quæ semel
Notis condita [12] fastis,

1 Tu ludis ludos amatorios, et vinum bibis impudenter. 2 Vetularum vox senectute intremiscit. 3 Tu pota lentam excitas amoris flammam, in te pene emortuam, vel excitare vis erga te amorem in adolescentibus, quorum amor in vetulas tardus est, et piger.

4 Cupido semper vigilat in pulchris genis Chiæ puellæ, ætate florentis, et canendi peritæ, cum in te sit sopitus.

5 Non quiescens. *Sic importuna pauperies.* Ode XVI, lib. III. 6 Vetulas consumptas, et exsangues. 7 Dentes illuvie squalidi. 8 Te deformem reddunt. 9 Canities.

10 Nec elegantia vestium, nec gemmæ pretiosæ reducent tibi tempora præterita, id est, pulchritudinem amissam. In Insula Coo tenuissimæ vestes ex bombyce texebantur, et optima purpura tingebantur. 11 Præterita tempora nunquam redeunt, sed volucris dies (id est, decurrens ætas) ea semper condita, et in publicis fastis perscripta, inclusit et sepelivit. 12 In fastis, Romani cum res foris gestas,

Inclusit volucris dies.
Quo fugit [13] Venus? [14] heu! quove color? decens
Quo [15] motus? [16] quid habes illius, illius
[17] Quæ spirabat amores,
Quæ me [18] surpuerat mihi?
[19] Felix post Cynaram, notaque et artium
Gratarum [20] facies; [21] sed Cynaræ breves
Annos fata dederunt,
Servatura diu parem
Cornicis [22] vetulæ temporibus Lycen;
Possent ut juvenes visere [23] fervidi,
Multo non sine risu,
[24] Dilapsam in cineres facem.

tum acta urbana singulorum annorum, publicæ memoriæ causa, perscribebant. 13 Quo fugit venustas, quam olim habebas Lyce? 14 Est Ironia. 15 Agilitas corporis et saltatio. 16 Quid habes illius Lyces, quæ olim fuit puella pulcherrima? Nihil omnino. 17 Quæ adeo formosa fuit, ut amores exspiraret. 18 Subripuerat. Quæ optimam mei partem mihi furtim ademerat.

19 Tam pulchra, ut soli Cynaræ cedas, vel post Cynaram mortuam ei secunda es in pulchritudine. 20 Facies artificioso cultu ornata, vel facies instructa iis rebus, quæ amorem valent allicere, cujusmodi sunt oculorum splendor, frontis lævor, vultus hilaris, labiorum nativus rubor, genarum candor puniceo colore temperatus, cervicis volubilitas, et similia.

21 Sed fata, quæ servatura sunt Lycen temporibus cornicis parem, dederunt breves annos Cynaræ, tibi autem dederunt annos multos, ut juvenibus fias ludibrio. 22 Cornix dicitur centum annos vivere. Hinc annosa cornix. Ode XVII. lib. III. 23 Juvenes tui amore olim incensi. 24 Ut te, tanquam facem consumptam, id est, pulchritudinem tuam olim eximiam, nunc versam in deformitatem juvenes possent visere.



AD AUGUSTUM. Ode XIV.

A Senatu populoque Romano, dignos ei honores tribui non posse.

QUÆ cura [1] patrum, quæve [2] Quiritium
Plenis honorum [3] muneribus, tuas,
Auguste, virtutes in ævum
[4] Per titulos, memoresque fastos
[5] Æternet? [6] O! qua Sol habitabiles
Illustrat oras, maxime Principum,
[7] Quem legis expertes Latinæ
Vindelici didicere nuper
Quid Marte posses: [8] milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus,
Brennosque veloces, et arces
Alpibus impositas [9] tremendis
Dejecit acer [10] plus vice simplici.
[11] Major Neronum mox grave prælium
Commisit, immanesque Rhætos
[12] Auspiciis pepulit secundis,

1 Senatorem. 2 Populi Romani. 3 Statuis et monumentis. 4 Per titulos statuis inscriptos, et fastos, qui memoriam annorum rerumque gestarum continent. 5 Possit virtutes tuas æternas reddere.

6 Ordo est: O maxime Principum qui terram incolunt, qua parte Sol illustrat oras mundi habitabiles, id est, ô Princeps maxime omnium, qui ubique sunt. 7 Quem Vindelici expertes legis Latinæ, id est, civilitatis et humanitatis nescii, didicere nuper, quid posses Marte, id est, in re militari. De Vindelicis vide supra Ode IV. 8 Militibus, et auspiciis tuis acer Drusus, plus quam semel dejecit Genaunos et Brennos, Galliæ populos immanissimos et implacabiles. 9 Propter hostium crudelitatem. 10 Non uno congressu, sed iterum atque iterum.

11 Claudius Tiberius Nero submissus est Druso in Auxilium ab Augusto, ad bellum conficiendum. 12 Auspiciis

[13] Spectandus in certamine Martio,
Devota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis,
[14] Indomitas prope qualis undas
[15] Exercet Auster, [16] Pleïadum choro
Scindente nubes, impiger hostium
Vexare turmas, et frementem
Mittere equum [17] medios per ignes.
Sic tauriformis volvitur [18] Aufidus,
Qui regna [19] Dauni præfluit Appuli,
[20] Cum sævit, horrendamque cultis
Diluviem [21] meditatur agris;
Ut barbarorum [22] Claudius agmina
[23] Ferrata vasto diruit impetu,
[24] Primosque et extremos metendo,
[25] Stravit humum, sine clade victor,
Te copias, te consilium, et tuos
[26] Præbente Divos. Nam tibi, [27] quo die

tuis. 13 Dignus, qui spectaretur in bello, quantis ruinis, et cladibus fatigaret Rhætorum pectora, mortem non timentia propter libertatem.

14 Ordo est: Tiberius tam impiger vexare hostium turmas, et mittere frementem equum per medios ignes, qualis propemodum est Auster cum undas exercet, Pleïadum choro scindente nubes. 15 Agitat Auster. 16 Vergiliarum ortus et occasus pluvius est et tempestuosus, nubibus à vento scissis. 17 Per medium pugnæ fervorem.

18 Aufidus Apuliæ fluvius, dicitur Tauriformis, propter ejus impetum et mugitum, vel quod imbribus auctus, relicto suo alveo, exundabat sæpius. 19 Dauni Appulorum regis. 20 Cum eum auxerit cœlestis imber. 21 Metaphorice est, à re animata, ad inanimatam. Alii legunt, minitatur.

22 Tiberius Nero. 23 Agmina ferro et armis munita. 24 Totam aciem cædendo. Sic Virg. *Proxima quæque metit gladio.* 25 Operuit humum, victor sine ulla suorum militum jactura. 26 Te suppeditante Divos tuos, id est, Divos tibi faventes.

27 Eodem, quasi fatali die, Alexandria ab Augusto fuit capta, quo Drusus Vindelicos superavit, tertio lustro

Portus [28] Alexandrea supplex,
Et vacuam patefecit [29] aulam,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus,
Laudemque, et optatum peractis
Imperiis decus [30] arrogavit.
Te [31] Cantaber non ante domabilis,
Medusque, et Indus, te [32] profugus Scythes
Miratur, ô [33] tutela præsens
Italiæ, [34] dominæque Romæ!
[35] Te, fontium qui celat origines
Nilusque, et [36] Ister, te rapidus [37] Tigris,
Te [38] belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis,
Te non paventis [39] funera Galliæ,
[40] Duræque tellus audit Iberiæ:

(id est, quindecim annis) interposito. 28 In Alexandriam Antonius et Cleopatra confugerant. 29 Domum regiam hoste vacuam: nam devicta erat Cleopatra, et Antonius extinctus. 30 Fortuna peperit divinos honores tuis Imperiis jam finitis attribuendos, ut Horat. in Epist.

Præsenti tibi maturos largimur honores,
Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

31 Te miratur populus Hispaniæ à nullo ante Cæsarem victus. Vide Ode VI. lib. II. et Ode VIII lib. III. 32 Scythes campestris huc illuc vagatur, nec in eodem loco manet. Vide Ode XXXV. lib. I. et Ode XXIV. lib. III. 33 O, qui semper et ubique victor, ab omnibus defendis Italiam malis, dominamque Romam! 34 Romæ principis urbium, vide supra Ode III.

35 Nilus AEgypti fluvius, qui celat originem suorum fontium, id est, cujus fontes et origines adhuc nemo scivit, audit te, id est, te colit et veneratur. 36 Danubius, fluvius permagnus. 37 Tigris est Armeniæ fluvius adeo velox, ut aliquando saxa ingentia secum rapiat. 38 Te audit Oceanus, qui ingentes belluas in se continens, Britannos circumsonat, à nobis longe sejunctos. 39 Galli mortem non extimescebant, vel propter ingenitam ferocitatem, vel quia sibi persuadebant, quod aliquando renascerentur. Bentleius vult: te non paventes, etc. 40 Laboriosæ Hispaniæ.

Te cæde gaudentes [41] Sicambri
[42] Compositis venerantur armis.

41 Germaniæ populi bellicosi. Vide supra Ode 11.

42 Armis in uno loco simul positis et conditis, id est, bello sedato et finito.

AUGUSTI LAUDES. Ode XV.

[1] PHŒBUS volentem prælia me loqui,
Victas et urbes, increpuit lyra,
[2] Ne parva Tyrrhenum per æquor
Vela darem. Tua, Cæsar, ætas
Fruges et agris retulit [3] uberes,
[4] Et signa nostro restituit [5] Jovi
[6] Direpta Parthorum superbis
Postibus, et vacuum duellis
[7] Janum Quirini clausit, et ordinem
Rectum, et vaganti fræna licentiæ
[8] Injecit, [9] amovitque culpas,
Et veteres revocavit [10] artes,
Per quas Latinum nomen, et Italæ
Crevere vires, famaque, et imperî

1 Apollo increpuit, id est, objurgavit et admonuit me volentem prælia et victas urbes loqui lyra, id est, lyrico carmine. 2 Ne res grandes tenui Musa canerem. Allegorice significat id æque periculosum esse, ac parvo navigio in mari Tyrrheno navigare.

3 Copiosas fruges. 4 Signa, quæ Crassus amiserat à Parthis interfectus. 5 Jovi Capitolino, ubi signa militaria servari solebant. 6 Signa detracta à superbis postibus Parthorum, qui ne victi viderentur, signa Crassiana sua sponte Romam ad Augustum remiserunt. 7 Et tua ætas clausit Janum Quirini, id est, clausit Jani templum apud Romam, facta pace per universum terrarum orbem; nam belli tempore templum Jani patebat. 8 Et injecit fræna licentiæ extra ordinem rectum vaganti, id est, bonas leges constituit, quæ peccandi licentiam veluti frænis reprimerent. 9 Gravibus pœnis in improbos constitutis. 10 Pristinas

[11] Porrecta majestas ad ortum
Solis [12] ab Hesperio cubili.
Custode rerum Cæsare, non [13] furor
Civilis, aut vis eximet otium:
Non ira, quæ [14] procudit enses,
Et miseras [15] inimicat urbes.
Non [16] qui profundum Danubium bibunt,
[17] Edicta rumpent Julia, non Getæ,
Non Seres, [18] infidive Persæ,
[19] Non Tanaïm prope flumen orti.
Nosque et [20] profestis lucibus, et sacris,
[21] Inter jocosi munera Liberi,
[22] Cum prole, matronisque nostris,
[23] Rite Deos prius apprecati,
Virtute functos, more patrum, duces,
[24] Lydis remisto carmine tibiis,
Trojamque, et [25] Anchisen, et almæ
Progeniem Veneris canemus.

Romanorum virtutes. 11 Majestas est amplificata. 12 Ab occasu Solis.

13 Non bellum civile, aut violentia ejiciet pacem. 14 Procudi facit. 15 Inimicas reddit urbes.

16 Thraces, Germani, et aliæ gentes. 17 Leges Julias non violabunt de adulteriis, vel alias leges quascumque. 18 Infideles, quia Crassum simulata pace occiderant. 19 Non Scythæ et Sarmatæ.

20 Diebus sacros dies præcedentibus, qui laboribus, et privatis et publicis sunt concessi. 21 Inter vina et lætas epulas. 22 Cum liberis et uxoribus. 23 Nos ritu majorum, Deos primum invocantes, canemus claros duces, qui pro patriæ salute cum gloria sunt mortui. 24 Tibiarum varii erant modi, tres præcipue: Doricus, sive Ionicus, Phrygius, et Lydius. 25 Canemus patrem Æneæ, ipsumque Æneam Veneris filium, et totam gentem Juliam, nempe Julium Cæsarem, Augustum, Tiberium, Drusos, etc.

Q. HORATII FLACCI
EPODON LIBER.

AD MÆCENATEM. Ode I.

Se cum eo ad bellum Actiacum proficiscente ire velle.

[1] Ibis [2] Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula,
Paratus omne Cæsaris periculum
Subire, Mæcenas, tuo.
[3] Quid nos, quibus te vita sit superstite
Jucunda; si contra, gravis?
Utrumne [4] jussi persequemur otium
Non dulce, ni tecum simul?
An hunc laborem mente [5] laturi, decet
Qua ferre non molles viros?
[6] Feremus: et te vel per Alpium juga,
[7] Inhospitalem et Caucasum,
[8] Vel Occidentis usque ad ultimum sinum,
Forti sequemur pectore.

1 Amice Mæcenas, tu paratus subire omne periculum Cæsaris (idque tuo periculo) ibis Liburnis navibus inter alta navium propugnacula, id est, inter turritas naves Antonianas. 2 In navibus humilioribus, sic dictis à Liburnorum gente.

3 Quid nos faciemus, qui Romæ restamus, quibus vita est jucunda, te superstite et incolumi, gravis vero, te mortuo? Alii malunt: quibus te vita si superstite. Cujus loci hic erit sensus: quibus vita est jucunda, si, te superstite, vivitur; si contra, gravis.

4 Jussi ab Augusto domi manere, an carmen per otium componemus, quod sine te est injucundum?

5 An laturi sumus hunc laborem militarem, ea mente, qua viros fortes decet? 6 *Sibi ipse dat responsum.* 7 Caucasus est Scythiæ mons, inhospitalis propter glaciem et nives. 8 Usque ad sinum Gaditanum, in Hispania juxta columnas Herculis.

[9] Roges, tuum labore quid juvem meo,
Imbellis, ac firmus parum?
[10] Comes minore sum futurus in metu,
[11] Qui major absentes habet:
Ut assidens implumibus pullis avis
Serpentium [12] allapsus timet,
[13] Magis relictis; [14] non, ut adsit, auxilî
Latura plus præsentibus.
Libenter hoc, et omne [15] militabitur
Bellum in tuæ spem gratiæ.
[16] Non ut juvencis illigata pluribus
Aratra nitantur mea;
[17] Pecusve Calabris ante sidus fervidum
Lucana mutet pascuis;
[18] Nec ut superni villa candens Tusculi
Circæa tangat mœnia.
Satis superque me benignitas tua
Ditavit: haud paravero,
[19] Quod, aut avarus, ut Chremes, terra premam;
[20] Discinctus aut perdam ut nepos.

9 Si roges, quid ego non bellicosus possim meo labore te juvare? 10 Si tuus sim comes, minus tibi metuam præsens quam absens. 11 Qui metus. 12 Ordo est: Quemadmodum avis assidens in nido, pullis suis implumibus timet quidem serpentum incursiones. 13 Sed, multo magis timet absens, scilicet pullis relictis. 14 Non est latura plus auxilii præsentibus, quamvis adsit.

15 Militabitur à me. 16 Est Hypallage. Non ut plures juvenci mei nitantur aratris illigatis, id est, non ut plura habeam aratra, vel ut plura agri jugera possideam. 17 Non ut habeam multa armenta, quæ post ortum Caniculæ pascua mutent, scilicet ex Calabria in Lucaniam. 18 Nec ut villa mei fundi Tusculani, in colle sita et marmore candenti exstructa, se extendat ad oppidum Tusculum, à Telegono Circes et Ulyssis filio ædificatum.

19. Quod in terra occultem, ut Chremes ille senex Terentianus. 20 Ut dissolutus nepos prodige expendam. Nepos, præter propriam et vulgatam significationem, luxuriosum et perditum hominem significat.

VITÆ RUSTICÆ LAUDES. Ode II.

BEATUS ille, qui [1] procul negotiis,
[2] Ut prisca gens mortalium,
[3] Paterna rura bobus exercet suis,
[4] Solutus omni fœnore.
[5] Nec excitatur classico miles truci,
Nec horret iratum mare;
[6] Forumque vitat, [7] et superba civium
Potentiorum limina.
Ergo aut [8] adulta vitium propagine
Altas maritat populos;
Aut in [9] reducta valle mugientium
[10] Prospectat errantes greges,
[11] Inutilesque falce ramos amputans,
Feliciores inserit;
[12] Aut pressa puris mella condit amphoris,
Aut tondet infirmas oves.
Vel cum [13] decorum mitibus pomis caput
Autumnus arvis extulit,
[14] Ut gaudet [15] insitiva decerpens pyra,
Certantem et uvam [16] purpuræ,

1 Separatus ab urbanæ vitæ molestiis. 2 Ut primi homines in aureo sæculo, qui in agris habitabant. 3 Qui rura à patribus accepta, propriis, non conductis bobus colit. 4 Liber ab omni debito.

5 Neque militat, neque navigat. 6 Forum vitat, ubi lites aguntur et dijudicantur. 7 Et divitum domos non frequentat, favoris ineundi causa.

8 Cum adulta vitium propagine conjungit altas populos. 9 In valle longa aut flexuosa. 10 Procul spectat. 11 Ramos supervacaneos. 12 Mella è favis expressa. 13 Caput quasi pomis coronatum. 14 Quam gaudet rusticus! *Est admirantis.* 15 Pyra non ex semine nata, sed pyra proprii laboris. 16 Et

[17] Qua muneretur te, Priape, et te, pater
 [18] Silvane, tutor finium!
Libet jacere modo sub [19] antiqua ilice,
 Modo in [20] tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquæ;
 [21] Queruntur in sylvis aves;
Fontesque, lymphis [22] obstrepunt manantibus,
 Somnos [23] quod invitet leves.
At cum tonantis [24] annus hibernus Jovis
 Imbres, nivesque comparat;
Aut trudit acres hinc et hinc multa [25] cane
 Apros in [26] obstantes plagas;
Aut [27] amite levi rara tendit retia,
 Turdis edacibus [28] dolos;
Pavidumque leporem, et [29] advenam [30] laqueo (gruem
 [31] Jucunda captat præmia.
Quis non [32] malarum, quas amor curas habet,
 Hæc inter obliviscitur?
Quod si [33] pudica mulier in partem juvet
 Domum, atque dulces liberos,

decerpens uvam purpuream. *Participium certandi, dativo jungitur.*

17 Qua donet te, Priape, hortorum Deus. 18 Silvarum et agrorum custos. 19 Sub ilice annosa, quæ latiorem umbram præbeat. 20 In gramine, quod terræ firmiter adhæret.

21 Canunt aves. 22 Et fontes strepitum et murmur faciunt. 23 Quæ res.

24 Hyems. *Totum pro parte.* 25 Multis canibus. 26 In opposita retia. 27 Furcula aucupali, qua rete tenditur. 28 Quæ retia sunt doli turdis avibus voracissimis. 29 Advenam, transmarinam. Grues cum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli formam efficiunt. *M. Tull.* II. *de Nat.* 30 Gruem pedica captat. 31 Quæ omnia, nempe apri, turdi, lepus, grus, sunt rusticis jucunda laborum præmia.

32 Malarum curarum, quæ propter amorem suscipiuntur.

33 Mulier casta.

[34] Sabina qualis aut [35] perusta solibus
[36] Pernicis uxor Appuli,
[37] Sacrum vetustis extruit lignis focum,
Lassi [38] sub adventum viri,
Claudensque [39] textis cratibus lætum pecus,
[40] Distenta siccet ubera,
Et [41] horna dulci vina promens dolio,
Dapes [42] inemptas apparet:
[43] Non me Lucrina juverint conchylia,
Magisve [44] rhombus, aut scari,
[45] Si quos Eois intonata fluctibus
Hiems ad hoc vertat mare;
Non [46] Afra avis descendat in ventrem meum,
Non [47] attagen Ionicus
Jucundior, quam lecta de pinguissimis
Oliva ramis arborum;
Aut herba [48] lapathi prata amantis, et [49] gravi
Malvæ salubres corpori;
Vel agna festis cæsa [50] Terminalibus,

34 Quales sunt Sabinæ mulieres aut Appulæ, fœminæ castissimæ. 35 Nigra. 36 Aut nigra uxor Appuli agilis, vel patientis laborum. 37 Est Hypallage. Si extruat ligna super focum laribus sacrum. 38 Paulo ante adventum mariti.

39 Septis. 40 Si plena ubera mulgeat. 41 Hujus anni vina. 42 Escas suo labore paratas, et domi natas. 43 Conchylia in lacu Lucrino capta (quæ sunt omnium præstantissima) non magis me delectaverint, aut Rhombus, vel, etc. 44 Rhombus est piscis magni pretii, sic etiam Scarus. 45 Si quos Scaros hiems, id est, tempestas concitata) vertat ad mare Italicum. 46 Gallina Africa non potest mihi esse cibus jucundior. 47 Attagen est avis Asiatica, inter nobilissimas habita. Ionia est pars Asiæ, in qua fuit urbs Ephesus. 48 Lapathum Latini appellant rumicem, de cujus variis virtutibus consule Dioscoridem.

49 Corpori ægrotanti. 50 Festis in honorem Termini Dei celebratis, in cujus tutela veteres putabant esse agrorum fines.

[51] Vel hædus ereptus lupo.
Has inter epulas, [52] ut juvat pastas oves
Videre properantes domum!
Videre fessos vomerem inversum boves
Collo trahentes languido;
Positosque vernas, ditis [53] examen domus,
Circum [54] renidentes Lares!
[55] Hæc ubi locutus fœnerator Alphius,
Jam jam futurus rusticus,
Omnem [56] relegit Idibus pecuniam,
Quærit Kalendis ponere.

51 Hædus è faucibus lupi ereptus suavior est rustico, quam qui desumptus est ex suo hædili; nam minoris constat.

52 Quantum delectat. 53 Vernæ sunt, quasi examen apium, in divitis domo. 54 Circum Lares splendentes et hilares. Vide Ode XVIII. lib. II. 55 Fingit Horatius Alphium fœneratorem superiora omnia dixissse, quasi is approbaret vitæ rusticæ jucunditatem, sed ad ingenium suum rediens, properat ad pecuniam in fœnore collocandam. 56 Omnem pecuniam congregavit, à debitoribus eam exigens Idibus, (id est, circa dimidiatum mensem) studetque iterum in fœnore collocare sequentis mensis Kalendis.

AD MÆCENATEM. Ode III.

Allii detestatio.

PARENTIS [1] olim si quis impia manu
Senile [2] guttur fregerit,
[3] Edat cicutis allium nocentius.
O dura [4] messorum ilia!
Quid hoc veneni [5] sævit in præcordiis?

1 Posthac. 2 Cervicem patris senis. 3 Edat, pro supplicio, allium suo calore nocentius cicutis, quæ frigore venenato necant. 4 Messoribus allium dare solebant. Vide Virg. *Alexin.* 5 Venenum æstuat.

Num viperinus his [6] cruor
Incoctus herbis me [7] fefellit? An malas
[8] Canidia tractavit dapes?
[9] Ut Argonautas præter omnes candidum
Medea mirata est ducem,
Ignota tauris illigaturum juga,
Perunxit [10] hoc Iasonem:
[11] Hoc delibutis ulta donis pellicem,
Serpente fugit alite.
Nec tantus unquam siderum insedit [12] vapor
Siticulosæ Apuliæ,
[13] Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius.
At, si quid unquam [14] tale concupiveris,
Jocose Mæcenas, precor
[15] Manum puella suavio opponat tuo,
Extrema et in sponda cubet.

6 Sanguis viperæ serpentis, id est, venenum. 7 Me latuit, id est, me inscio fuit incoctus? 8 An mulier venefica male contrectavit dapes?

9 Posteaquam Medea mirata est, id est, adamavit Jasonem ducem præ omnibus Argonautis candidum, id est, pulchrum. 10 Hoc unguento, scilicet allio, perunxit Jasonem, illigaturum juga ignota tauris, id est, qui tauris ignivomis juga insueta injiceret.

11 Medea Creüsam Creontis filiam vestibus hoc allio delibutis ulta, aufugit per aërem, vecta à dracone alato.

12 Nec tantus calor siderum, Caniculæ præsertim, aridam invasit Apuliam. 13 Nec tunica ad Herculem à Dejanira missa, Nessi Centauri sanguine intincta, ardentius inflammavit humeros Herculis efficacis, id est, laboriosi, et ad efficiendum apti.

14 Allium. 15 Precor, ut puella halitum tuum effugiens, opponat manum osculo tuo, et cubet in exteriore lecti parte, ne allii fœtore offendatur, id est, precor, ut neque te osculetur, neque se tibi potiendam præbeat.

IN VOLTEIUM MENAM. Ode IV.

In ejus, ex mutata conditione, arrogantiam invehitur.

LUPIS et agnis quanta [1] sortito obtigit,
[2] Tecum mihi discordia est,
[3] Ibericis peruste funibus latus,
[4] Et crura dura compede.
Licet superbus ambules pecunia,
[5] Fortuna non mutat genus.
Videsne, [6] sacram metiente te viam
[7] Cum bis ter ulnarum toga,
[8] Ut ora vertat huc et huc euntium
[9] Liberrima indignatio?
[10] Sectus flagellis hic Triumviralibus
Præconis ad fastidium,
Arat Falerni mille fundi jugera,
Et Appiam mannis terit;
[11] Sedilibusque magnus in primis eques,
Othone contempto, sedet.

1 Naturaliter. 2 Tanta mihi tecum discordia est. 3 Qui latus habes perustum, et valde flagellatum funibus Hispanicis. *Species pro genere.* 4 Cujus crura perusta sunt et attrita ferreis compedibus. 5 Pecuniæ ex liberto nobilem non efficiunt.

6 Te incedente per viam sacram, quæ ducit ad Capitolium. 7 Indutus togam sex ulnarum laxam et amplam, more divitum. Mallem: bis trium. 8 Videsne, quomodo liberrima indignatio hominum prætereuntium ora in te convertat? 9 Indignatio aperta, sine fuco, aut aliqua dissimulatione. 10 *Est hæc oratio indignantis populi in Menam. Pomp. Mag. libert.* Hic cæsus flagellis Triumvirorum jussu usque ad satietatem præconis, arat mille jugera fundi optimi in Campania, et perequitat viam Appiam (qua itur ad agrum Falernum) mannis, id est, equis gradariis, ad luxum nobilium et fortunatorum hominum accommodatis. Angl. *fit for a foot-cloth.* 11 Menas factus Tribunus militum sedet in primis ordinibus,

[12] Quid attinet [13] tot ora navium gravi
Rostrata duci pondere
Contra latrones, atque servilem manum,
Hoc, hoc Tribuno militum?

contra legem à Roscio Othone latam, qua sancitum erat, ne quis ex infimo hominum genere fieret eques, aut sederet intra quartum decimum theatri gradum. Menas igitur Othonis legem contempsit, quod aliquando fuerat servus, etsi jam quadraginta millia sestertium habebat. 12 Quid prodest classem ab Augusto armari contra piratas et servos fugitivos (quos Sextus Pompeius armis instruxit) si Menas ipse pirata, et servus, sit Tribunus militum.

13 Naves rostratas, quarum summæ partes ære et ferro sunt munitæ.

IN CANIDIAM VENEFICAM. Ode V.

[1] At, ô Deorum quidquid in cœlo regit
Terras, et humanum genus!
[2] Quid iste fert tumultus? aut [3] quid omnium
Vultus in unum me truces?
[4] Per liberos te, si vocata partubus
[5] Lucina veris affuit,
[6] Per hoc inane purpuræ decus precor,
[7] Per improbaturum hæc Jovem,
Quid ut noverca me intueris, aut uti
[8] Petita ferro bellua?

1 Exclamat puer prætextatus, quem furtim raptum Canidia aliæque veneficæ mento tenus sub terra defoderant, fameque necare constituerant, ut ex ejus jecore et medulla, arte Necromantica, philtrum seu poculum amoris conficerent. Exclamat, inquam, ô omnes Dii, qui regitis terras hominesque. 2 Quid affert, vel quid sibi vult ista tumultuosa mulierum festinatio? 3 Quid omnium vultus contra me solum volunt?

4 O Canidia, rogo te per liberos tuos, si quos vere peperisti. 5 Diana à parturientibus invocabatur, quod nascentibus opem ferre putabatur. 6 Te rogo per hanc prætextam purpuream (nobilitatis indicem) quæ tamen nihil proderit ad crudelitatem vestram minuendam. 7 Te rogo per Jovem hæc maleficia vindicaturum. 8 Ut bellua ferro sauciata.

[9] Ut hæc trementi questus ore, constitit
[10] Insignibus raptis puer,
[11] Impube corpus, quale posset impia
Mollire [12] Thracum pectora;
Canidia brevibus implicata viperis
[13] Crines, et incomptum caput,
[14] Jubet sepulchris caprificos erutas,
Jubet cupressus [15] funebres,
Et uncta turpis ova [16] ranæ sanguine,
Plumamque nocturnæ [17] strigis,
Herbasque, quas [18] Iolcos, atque [19] Iberia
Mittit venenorum ferax,
[20] Et ossa ab ore rapta jejunæ canis,
[21] Flammis aduri Colchicis.
[22] At expedita Sagana, per totam domum
Spargens [23] Avernales aquas,
[24] Horret capillis, ut [25] marinus, asperis,

9 Postquam puer, hæc tremula voce questus, finem querendi fecit, etc.

10 Ornamentis ejus raptis, scilicet prætexta et bulla, quæ erant Patriciorum insignia.

11 Existens tale impube corpus; quale, etc. 12 Pectora crudelium et barbarorum hominum. 13 Habens crines viperis implicatos, furiarum instar. 14 Jubet adhiberi caprificos infaustas et sepulchris extractas, quasi Diis inferis sacrificatura. 15 Cupressus funeri adhibebatur, quia, ut cupressus cæsa nunquam revirescit, sic mortui ad vitam minime redeunt. Vide Ode XIV. lib. II. 16 Rubetæ. 17 Strix est avis mali ominis, quæ nocturno tempore volat, et stridorem pro cantu habet. 18 Iolcos est urbs Thessaliæ. 19 Non Hispania, sed civitas montibus Colchicis vicina. 20 Quæ creduntur aviditatem ad amorem transferre, ideoque multum valere ad poculum amoris conficiendum. 21 Flammis eo ritu paratis, quo apud Colchos opera et arte Medeæ erant paratæ ad Creontis domum, ejusque filiam Creüsam conflagrandam.

22 Sagana succincta. Est nomen proprium alterius veneficæ. 23 Aquas ex Averno lacu petitas. 24 Horrida apparet capillis asperis in capite erectis. 25 Ut marinus echinus, cui similis est echinus terrestris, et eodem modo

Echinus, aut [26] currens aper.
[27] Abacta nulla Veïa conscientia,
Ligonibus duris humum
[28] Exhauriebat ingemens laboribus;
[29] Quo posset infossus puer
Longo die bis terque mutatæ dapis
Inemori [30] spectaculo;
[31] Cum promineret ore, quantum extant aqua
Suspensa mento corpora;
[32] Exsucta uti medulla, et aridum jecur
Amoris esset poculum;
[33] Interminato cum semel fixæ cibo
Intabuissent [34] pupulæ.
[35] Non defuisse masculæ libidinis
[36] Ariminensem Foliam
Et [37] otiosa credidit Neapolis,
Et omne vicinum oppidum;
[38] Quæ sidera excantata voce [39] Thessala,
Lunamque cœlo deripit.

spinis est confertus. 26 Ut aper furens, qui durissimas habet setas in dorso insurgentes. 27 Veïa, tertia venefica, nullius maleficii conscientia deterrita. 28 Vehementer anhelans, scrobem faciebat. 29 In eum finem, ut puer, etc. 30 Aspectu dapis novæ sæpius appositæ, sed semper sublatæ. 31 Cum puer in terra defossus extaret è terra. 32 Ista est causa hujus facinoris. Alii legunt: exerta, vel execta. 33 Vetito et interdicto cibo, quem tangere puer est prohibitus. 34 Oculorum acies cum intabuissent semel, id est, cum tabidæ apparuissent uno impetu, non temporis successu.

35 Nôrunt Neapolitani huic facinori interfuisse etiam Foliam veneficam, quæ fœminarum amore adeo exarsit, ut tanquam vir in fœminas ageret. 36 Ariminum est urbs in Italia. 37 Neapolis sita est in secessu, vitæ tranquillæ et otiosæ aptissimo. 38 Quæ Folia deripit sidera, etc. 39 Voce magica, vel cantionibus magicis, quibus utentes Thessali, Lunam et sidera è cœlo in terram de·cant. Virg. *Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.*

Hîc [40] irresectum sæva dente livido
  Canidia rodens pollicem,
Quid dixit? aut quid tacuit? [41] O rebus meis
  Non infideles [42] arbitræ,
Nox, et [43] Diana, quæ silentium regis,
  [44] Arcana cum fiunt sacra,
Nunc, nunc adeste: nunc [45] in hostiles domos
  Iram, atque numen vertite.
[46] Formidolosis dum latent silvis feræ,
  Dulci sopore languidæ;
[47] Senem (quod omnes rideant) adulterum
  Latrent [48] suburranæ canes,
[49] Nardo perunctum, quale non perfectius
  Meæ laborârunt manus.
[50] Quid accidit? cur dira barbaræ minus
  Venena Medeæ valent,
Quibus [51] superbam fugit ulta pellicem,
  Magni Creontis filiam,
Cum [52] palla, tabo munus imbutum, novam

40 Unguem pollicis non resectum; nam mulieres veneficæ ungues suos nutriunt, non secant, quippe quæ non minus corpore quam animo turpes sunt et deformes. 41 Hæc dicuntur à Canidia, *O rebus meis, etc.* 42 Non infideles testes. 43 Luna silentium regere dicitur, quia nox taciturna est. 44 Dum nocturna mulierum sacrificia, seu potius maleficia celebrantur. 45 In Varum senem, qui me aspernatur, vim vestram divinam vertite. 46 Noctu. 47 Ut Varum scortatorem canes allatrent in Suburra, dum ibi meretrices sectatur, quem omnes etiam rideant, propter juvenilem in sene amorem. 48 Suburra locus est in urbe Roma, qui inter Esquilias et Viminalem jacet, meretricum ferax. 49 Unguento Nardino perunctum. 50 Miratur Canidia, cur venena præstantissima, quæ in Varum adhibuerat, minus valerent, quam ea quibus usa est Medea in Creüsam Creontis filiam. 51 Creüsam potentem et superbi regis filiam. 52 Palla accepta, Creüsa cum tota Creontis regia subito incendio conflagravit.

Incendio [53] nuptam abstulit?
Atqui nec herba, nec latens [54] in asperis
Radix [55] fefellit me locis.
[56] Indormit unctis omnium cubilibus
Oblivione pellicum.
Ah! ah! solutus ambulat veneficæ
Scientioris [57] carmine.
[58] Non usitatis, Vare, potionibus
([59] O multa fleturum caput!)
Ad me recurres, [60] nec vocata mens tua
Marsis redibit vocibus.
Majus parabo, majus infundam tibi
[61] Fastidienti poculum;
Priusque cœlum [62] sidet inferius mari,
[63] Tellure porrecta super,
Quam non amore sic meo flagres, uti
Bitumen [64] atris ignibus.
[65] Sub hæc puer, jam non, ut ante, mollibus
[66] Lenire verbis impias;
Sed dubius [67] unde rumperet silentium,

53 Creüsam Jasoni nuptam.

54 In montibus. 55 Latuit me.

56 Varus indormit cubilibus unctis oblivione omnium pellicum, id est, dormit securus mei, et omnium suarum pellicum amore solutus. 57 Veneficæ doctioris cantione.

58 Novis et insolitis veneficiis tu ad me recurres, velis, nolis. 59 O caput multum fleturum, id est, cui multa impendent mala. 60 Nec mens tua facta semel à me insana ad sanitatem revertetur carminibus potentissimis, qualia sciunt Marsi, Apuliæ populi, quæ à Circe venefica didicerant.

61 Tibi fastidienti et aspernanti me. 62 Prius cœlum subsidebit mari, quam, etc. Natura mutabitur. *Hyperbole est*. 63 Tellure superjecta. 64 Ignes ex bitumine nigrescunt.

65 Paulo postquam hæc locuta est Canidia. 66 Lenibat. 67 Dubius, à qua re exordium loquendi sumeret

Misit [68] Thyesteas preces.
[69] Venena, magnum fas, nefasque, non valent
Convertere humanam vicem.
[70] Diris agam vos: dira detestatio
[71] Nulla expiatur victima.
Quin, [72] ubi perire jussus exspiravero,
Nocturnus occurram furor,
[73] Petamque vultus umbra curvis unguibus,
[74] Quæ vis Deorum est Manium;
Et inquietis [75] assidens præcordiis,
Pavore somnos auferam.
Vos turba [76] vicatim, hinc et hinc saxis petens,
Contundet obscœnas anus.
Post insepulta membra [77] different lupi
Et [78] Esquilinæ alites,

68 Emisit diras execrationes, quibus Thyestes in fratrem Atreum usus est.

69 Mulieres veneficæ fas et nefas confundere, suisque venenis humana et divina pervertere possunt; sed humanæ vitæ sortem nequeunt immutare, neque possunt effugere, quin suorum maleficiorum pœnas dent, et morte pereant miserabili. Hic aliter locus mea quidem posset sententia explicari. Venena, pro quavis compositione chymica, venena, inquam, magnum fas, scilicet, ea quæ in medicina multum proficiunt ad corporis sanitatem, ideoque inter res fastas jure ac merito ponuntur, quæque magnum nefas eveniunt, cum ad homicidium, magicam, aliamve artem nocivam applicantur, non valent, etc. *Edit. nota.*

70 Execrationibus vos persequar.
71 Nullo purgatur sacrificio.

72 Ubi mortuus fuero, vobis per noctem occurram et perterrefaciam. Sic Dido: *Omnibus umbra locis adero, dabis, improbe, pœnas.* 73 Et ego umbra involabo in facies vestras. 74 Quæ, *umbra*, vis est, et ultio Deorum Manium, sic ut per umbras Dii Manes se vindicent. 75 Et ego inhærens præcordiis nunquam quiescentibus auferam somnum, etc.

76 Et singulis vicis. 77 Discerpent et dissipabunt corpora vestra insepulta. *Quo nihil veteribus fuit horribilius.* 78 Vultures aves, in Esquiliis (*colle urbis Romæ*) volitare solent,

79 Neque hoc parentes heu! mihi superstites
Effugerit spectaculum.

79 Parentes mei mihi superstites (ad suum luctum leniendum) videbunt has veneficas insepultas, atque earum membra canibus et avibus dilacerata.

ODE VI.

In Cassium Severum, Poëtam maledicum.

Quid [1] immerentes hospites vexas, [2] canis
[3] Ignavus adversum lupos?
[4] Quin huc inanes, si potes, vertis minas,
Et me [5] remorsurum petis?
[6] Nam qualis aut [7] Molossus, aut fulvus [8] Lacon,
[9] Amica vis pastoribus,
Agam per altas, aure sublata, nives,
Quæcumque præcedet fera.
[10] Tu cum timenda voce complesti nemus,
[11] Projectum odoraris cibum.
Cave, cave: namque in malos asperrimus
[12] Parata tollo cornua:
[13] Qualis Lycambæ spretus infido gener,

1 Cur hospites vexas nihil mali meritos. 2 Latrator. 3 Imbecillis et nullius animi contra eos, qui te mordere possunt. 4 Cur non in me convertis minas inanes, quæ præter verba nihil sunt? 5 Qui pares tibi referam gratias. 6 Ordo est: Nam ego agam, id est, persequar per altas nives alacer et aure sublata, omnem feram, quæcumque præcedit me, et agam talis, qualis aut, etc. 7 Canis magnus et procerus. 8 Canis Lacedæmonicus, admodum agilis. 9 Defensio pastoribus cara: *quia canes à lupis greges protegunt.* 10 Tu cum convitiis et carmine maledico aliquem es insectatus, pretio tibi oblato, latrare desinis. 11 More canis ignavissimi. 12 Tollo cornua tanquam taurus, ad feriendum eos, qui mihi maledicunt. 13 Talis nimirum, qualis fuit Poëta Archilochus Iamborum scriptor, qui carminis sui amaritudine Ly-

14 Aut acer hostis Bupalo.
An, 15 si quis atro dente me petiverit,
Inultus ut flebo puer?

camben socerum laqueo vitam finire coëgit. 14 Hypponax Poëta acerrimus, quem dicunt ad suspendium adegisse Bupalum pictorem.

15 Si quis lingua virulenta me carpserit, an, ut puer, ad lacrymas confugiam! Nequaquam. Est enim pueri injurias flere, viri vero ulcisci; sed hoc vetat lex divina: *Nam vindicta mihi, et ego retribuam, inquit Dominus.*

AD POPULUM ROMANUM. Ode VII.

In bellum civile gestum contra Brutum et Cassium.

Quo, quo 1 scelesti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enses 2 conditi?
Parumne 3 campis, atque Neptuno super
Fusum est Latini sanguinis?
Non ut superbas 4 invidæ Carthaginis
5 Romanus arces ureret,
6 Intactus aut Britannus ut descenderet
7 Sacra catenatus via;
Sed ut, secundum 8 vota Parthorum, 9 sua
Urbs hæc periret dextera.
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus,
Unquam, 10 nisi in dispar feris.
11 Furorne cœcus, an rapit vis acrior,

1 Scelesti, id est, impii sunt in patriam, ubi civis à cive interficitur. 2 Cur enses in vaginis inclusi jam distringuntur? 3 Terra marique.

4 Carthago semper fuit imperii Romani æmula. 5 Romanus miles. 6 Britannus bello nondum domitus. 7 Ut per sacram viam vinctus duceretur ad Capitolium in triumpho. 8 Secundum optata Parthorum inimicorum vestrorum. 9 Sua dextra, id est, bellis civilibus. 10 Nisi in animal alterius generis. Vestra igitur crudelitas est plus quam ferina. 11 Insania

An culpa? responsum date.
Tacent; et ora pallor albus inficit,
[12] Mentesque perculsæ stupent.
[13] Sic est: acerba fata Romanos agunt,
Scelusque fraternæ necis;
[14] Ut immerentis fluxit in terram Remi
[15] Sacer nepotibus cruor.

ne, an major vis, (*utpote fatalis necessitas*) an culpa causa est civilis furoris?

12 Mentes sceleris conscientia obstupuerunt.

13 Sic est, ut dico. Dii irati ob scelus Romuli, qui fratrem Remum dominandi causa interemit, immiserunt in Romanos hæc bella civilia. 14 Postquam cruor innocentis Remi effusus est in terram. 15 Cruor nepotibus sacer, id est, execrabilis, vel perniciosus posteris, qui pœnas luerent ejusdem sceleris.

ODE VIII.

In anum libidinosam.

[1] ROGARE longo putidam te sæculo,
Vires quid enervet meas?
Cum sit tibi dens ater, [2] et rugis vetus
Frontem senectus exaret,
[3] Hietque turpis inter aridas nates
Podex, velut crudæ bovis.
[4] Sed incitat me pectus, et mammæ [5] putres,

1 Poëta iratus, orationem non profert integram, sed præcisam. Est igitur subaudiendum, oportet, decet, æquum est, aut simile. Non te pudet putidam, id est, marcescentem longa ætate, rogare me, quid vires meas debilitet, et ad venerem ineptas reddat?

2 Et cum senectus frontem tibi rugosam effecerit. 3 Cumque dehiscat turpis podex, veluti podex bovis, quæ cruditate laborat, unde cibum male concoquit, adque ideo cruda excrementa ejicit.

4 Sed pectus tuum incitat me ad venerem, etc. Ironia est amarissima. 5 Mammæ pendulæ, non turgentes ut in puellis.

Equina [6] quales ubera,
[7] Venterque mollis, et femur [8] tumentibus
Exile suris additum.
[9] Esto beata: funus atque imagines
[10] Ducant triumphales tuum:
Nec sit marita, quæ rotundioribus
Onusta [11] baccis ambulet.
Quid, quod [12] libelli Stoïci inter sericos
Jacere pulvillos [13] amant?
[14] Illiterati num minus nervi rigent,
Minusve languet [15] fascinum?
Quod ut [16] superbo provoces ab inguine,
[17] Ore allaborandum est tibi.

6 Tales mammæ, qualia sunt equina ubera. 7 Venter rugosus et luridus. 8 Et hydropicis suris gracile femur appositum, *quod sæpe sit in tabidis.*

9 Dives esto et nobilis. 10 Præcedant funus tuum imagines triumphales, id est, imagines majorum tuorum, qui triumphârunt, ad declarandam generis tui antiquitatem. 11 Unionibus, quos rotunditas reddidit pretiosos.

12 Philosophiæ studium præ se fert, ut adveniente amatore docta et honesta videatur esse.

13 Solent. 14 Ineruditorum nervi, (id est, penes vel mentulæ) sine litteris, num minus arriguntur? 15 Fascinum est virile membrum, cujus species è collo pueri suspensa fascinationibus erat remedio. 16 Ab inguine fastidioso. 17 Lingua. Adeo obscœna sunt ista, ut salva verecundia explicari non possint.

AD MÆCENATEM. Ode IX.

QUANDO [1] repostum Cæcubum ad festas dapes,
[2] Victore lætus Cæsare,
Tecum sub alta (sic Jovi [3] gratum) domo,

1 Vinum Cæcubum servatum et repositum ad festas epulas. 2 In prælio navali apud Actium, ubi Antonium et Cleopatram Cæsar superaverat. 3 Gratum, quia Jupiter auctor est victoriæ.

Beate Mæcenas, bibam,
Sonante mistum tibiis carmen lyra,
[4] Hac Dorium, illis Barbarum?
[5] Ut nuper, [6] actus cum freto [7] Neptunius
Dux fugit, [8] ustis navibus,
Minatus urbi [9] vincla, quæ detraxerat
Servis amicus perfidis.
[10] Romanus, eheu, posteri negabitis!
Emancipatus fœminæ,
[11] Fert vallum, et arma miles, et spadonibus
Servire [12] rugosis potest;
Interque signa, turpe! militaria
Sol aspicit [13] conopeum.
[14] Ad hoc, frementes verterunt bis mille equos
Galli canentes Cæsarem,
Hostiliumque navium portu latent
Puppes [15] sinistrorsum [16] citæ.

4 Lyra sonante carmen Dorium, tibiis sonantibus carmen Barbarum, id est, Phrygium, vel Lydium.

5 Ut nuper tecum bibi. 6 Fugatus freto Siciliæ. 7 Sextus Pompeius, qui se Neptuni filium prædicabat. 8 Ustis navibus ab Augusto. 9 Minatus compedes civibus Romanis, quas servis detraxerat in Sicilia, eos ut armaret contra patriam. Vide supra Epod. IV.

10 Antonius pro mancipio Cleôpatræ fert vallum. Eheu, ô posteri! vos propter infamiam negabitis. 11 Portat palum, quo castra muniuntur. 12 Eunuchi, virilitate amissa, unde multum de calore naturali amittunt, cito fiunt rugosi. Horum magna erat copia in comitatu Cleôpatræ. Vide Ode XXXVII. lib. I.

13 Conopeum est tentorii genus ad culices excludendos, thalamis, non castris aptum. 14 Ad hoc spectaculum, contra Antonium Galli ad Cæsarem transfugientes, converterunt bis mille frementes equos, spadonibus Ægypti servire dedignantes. Nota, quod Cæsar et Antonius exercitus habebant in littore et pedestres et equestres, quo tempore classes ad bellum navale erant paratæ. 15 Alexandriam versus. 16 Puppes in fugam sinistrorsum actæ, in quovis portu latent.

[17] Io Triumphe! [18] tu moraris aureos
Currus, et [19] intactas boves?
Io Triumphe! nec Jugurthino parem
Bello reportâsti [20] ducem;
[21] Neque Africano, [22] cui super Carthaginem
Virtus sepulchrum condidit.
Terra marique victus [23] hostis, Punico
Lugubre mutavit sagum.
Aut ille [24] centum nobilem Cretam urbibus
Ventis iturus [25] non suis,
[26] Exercitatas aut petit Syrtes Noto,
[27] Aut fertur incerto mari.
[28] Capaciores affer huc, puer, Scyphos,
Et [29] Chia vina, aut [30] Lesbia,
Vel, quod fluentem nauseam coërceat,
Metire nobis [31] Cæcubum.
Curam metumque Cæsaris rerum juvat
[32] Dulci Lyæo solvere.

17 Vox est exprimens gaudium militum, qui Imperatorem triumphantem prosequebantur. 18 Tu in mora es curribus triumphalibus, qui jam parati sunt. 19 Juvencas à tauro integras, et paratas ad sacrificium pro victoria.

20 Marium, qui de Jugurtha Afrorum duce triumphavit. 21 Neque Africano bello reportâsti ducem (nempe Scipionem) Augusto parem. 22 Scipioni sua virtus æternam memoriam peperit propter Carthaginem deletam et eversam, quæ victoria illi semper erit loco sepulchri. 23 Antonius lugubre paludamentum, id est, vestem mœroris induit, purpureo sago deposito. 24 Creta centum habuit civitates. Vide Ode LVII. lib. III. 25 Ventis adversis et contrariis. 26 Syrtes tempestuosas et à Noto vexatas. 27 Nesciens quo fugiat. 28 Affer huc grandiores calices, ut bibamus liberalius. 29 Vina sic dicta à Chio, insula in AEgeo. 30 A Lesbo insula. 31 Vinum Cæcubum ciborum concoctioni est utile: quamobrem cum stomachi cruditatem tollat, fluentem etiam nauseam sedat et coërcet. Alii aliam reddunt rationem, nempe, quod vinum Cæcubum austerum est et pungens.

32 Juvat dulci vino relaxare metum propter incertum belli eventum. Vide Ode VII. lib. I. Lyæus est nomen Bacchi. ἀπὸ τȣ λύειν, id est, solvere.

IN MÆVIUM. Ode X.

Tempestatem et naufragium ei imprecatur.

[1] MALA soluta navis exit alite,
Ferens [2] olentem Mævium.
Ut horridis utrumque verberes [3] latus,
Auster, memento fluctibus.
Niger [4] rudentes Eurus [5] inverso mari,
Fractosque remos [6] differat.
Insurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit [7] trementes ilices.
Nec sidus [8] atra nocte amicum appareat,
[9] Qua tristis Orion cadit.
Quietiore nec feratur æquore,
Quam [10] Graia victorum manus,
Cum Pallas usto vertit iram ab Ilio
[11] In impiam Ajacis ratem.
[12] O quantus instat navitis [13] sudor tuis,
Tibique pallor [14] luteus,
[15] Et illa non virilis ejulatio,

1 Malo auspicio navis de statione exit. 2 Ferens tetri odoris hominem et turpem Poëtam, de quo Virgil. *Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi.*

3 Utrumque latus navis. 4 Funes navales. 5 Mari ventis contrariis agitato. 6 Dissipet et dispersos ferat.

7 Ilices concussas. 8 Tenebrosa nocte sine lunæ lumine. 9 Qua nocte occidit tristis Orion, sidus cœleste, cujus occasus, tempestates excitans, tristes nautas efficit.

10 Quam Græci victores, quorum complures naufragio perierunt. 11 Ajax Cassandram Minervæ supplicem, in ejus templo stupraverat.

12 Apostrophe poëtica ad Mævium. 13 Labor et metus propter tempestatem impendentem. 14 Color croceus ex fulvo pallidoque constans, sic dictus à lutea herba, in cujus vertice flores emicant lutei. 15 Planctus fœmineus præ timore naufragii. *Ejulatio*

Preces et [16] aversum ad Jovem,
[17] Ionius udo cum [18] remugiens sinus
Noto carinam ruperit!
[19] Opima quod si præda curvo littore
[20] Porrecta mergos [21] juveris;
[22] Libidinosus immolabitur caper,
[23] Et agna tempestatibus.

est fœminarum, clamor et gemitus virorum, vagitus infantium. 16 Ad Jovem preces non audientem, vel iratum. 17 Cum Hadriaticus sinus humido Austro sæpe murmurans navem fregerit. 18 Metaph. est à bobus.

19 Quod si, tu facto naufragio in littus eris ejectus, mergis præda pinguis existens. 20 More mortuorum præda extenta. 21 Paveris mergos; aves marinas, à facilitate mergendi sic nominatas. 22 Non quod caper tempestatibus immolari est solitus, sed quia Mævius Poëta fuit petulans et libidinosus.

23 Agna nigra. Virg. lib. III. AEn. *Nigram hiemi peçudem, Zephyris felicibus albam.*

AD PETTIUM. Ode XI.

Se amore captum non posse ad versus faciendos operam et studium conferre.

PETTI, [1] nihil me, sicut antea, juvat
Scribere versiculos,
[2] Amore perculsum gravi;
[3] Amore, qui me, præter omnes, expetit
Mollibus in pueris,
Aut in puellis urere.
[4] Hic tertius December, ex quo destiti
[5] Inachia furere,

1 Nihil me juvat. 2 Amore Lycisci pueri. 3 Est Anadiplosis. 4 Ordo est: Hic tertius Decemb. (id est, annus) decutit silvis honorem? id est, frondes, quæ sunt arborum honos et ornamentum. 5 Inachiam amare.

Silvis honorem decutit.
Heu me! per urbem (nam pudet tanti mali)
[6] Fabula quanta fui!
Conviviorum et pœnitet,
[7] In queis amantem et languor, et silentium
[8] Arguit, [9] et latere
Petitus imo spiritus.
[10] Contraque lucrum nil valere candidum
Pauperis [11] ingenium
Querebar, applorans tibi;
[12] Simul calentis [13] inverecundus Deus
Fervidiore mero
Arcana promôrat loco.
Quod si meis inæstuet præcordiis
[14] Libera bilis, [15] ut hæc
Ingrata ventis dividat
[16] Fomenta, vulnus nil malum levantia;
Desinet imparibus
Certare [17] summotus pudor.
[18] Ubi hæc severus te palam laudaveram,

6 Quam multus sermo de me habitus est propter Inachiæ amorem? 7 In quibus conviviis languor, id est, pallor, silentium, et suspiria, indicia erant amoris mei. 8 Probavit. 9 Suspirium ab imo productum.

10 Contra rivalium munera et largitiones. 11 Querebar candidos mores, ingenii acumen, sapientiam, et hujusmodi, nihil valere apud avaram puellam. 12 Simul, ut Bacchus protulerat arcana mea è loco suo, id est, è pectore meo, qui calebam, (id est, ebrius eram) vino fervidiore. 13 Bacchus facit homines inverecundos.

14 Iracundia non impedita ab amore. 15 Ut hæc ingrata amoris pabula dissipet, et ex animo meo dimoveat. 16 Suspiria, lacrymas, silentium, querelas, cogitationes anxias, quæ amoris vulneri levamen non afferunt. 17 Impudentia desinet certare imparibus, id est, cum rivalibus superioribus et ditioribus.

18 Postquam hæc magnifice dixeram te palam, id est, coram te, è

[19] Jussus abire domum,
Ferebar [20] incerto pede,
Ad non amicos, heu! mihi postes, et, heu!
[21] Limina dura, quibus
Lumbos, et infregi latus.
[22] Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia,
Amor Lycisci me tenet;
[23] Unde expedire non amicorum queant
[24] Libera consilia,
Nec [25] contumeliæ graves;
[26] Sed alius ardor, aut puellæ candidæ,
Aut [27] teretis pueri,
Longam [28] renodantis comam.

Petti. 19 A te jussus. 20 Incertus quo irem, quidve agerem, ferebar ad postes, id est, Inachiæ ædes, mihi inimicas. 21 Ad dura ejus vestibula, super quæ jacebam totas noctes.

22 Ordo est: Nunc amor Lycisci, gloriantis se vincere mollitia quamlibet mulierculam, me tenet. 23 A quo amore me extricare. 24 Consilia vera et ab adulatione libera. 25 Non objurgationes, vel injuriæ ab amica acceptæ.

26 Sed alius amor. Ovid. *Successore novo tollitur omnis amor.* 27 Habentis membra solida et succi plena. 28 Alius amor pueri in nodum colligentis comam. *Quod faciebant pueri impudici.* Vide ode x. lib. iv.

ODE XII.

In anum fœdam quæ illius amores ambiebat.

Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima [1] barris?
Munera cur mihi, quidve [2] tabellas

1 Non viris digna, sed barris, id est, elephantis Indicis, qui magna habent genitalia, fortasse intelligit valentissimos ac mentulatissimos amatores. 2 Cur mittis epistolas, quibus me ad tuam libidinem explendam sol-

Silvis honorem decutit.
Heu me! per urbem (nam pudet tanti mali)
[6] Fabula quanta fui!
Conviviorum et pœnitet,
[7] In queis amantem et languor, et silentium
[8] Arguit, [9] et latere
Petitus imo spiritus.
[10] Contraque lucrum nil valere candidum
Pauperis [11] ingenium
Querebar, applorans tibi;
[12] Simul calentis [13] inverecundus Deus
Fervidiore mero
Arcana promôrat loco.
Quod si meis inæstuet præcordiis
[14] Libera bilis, [15] ut hæc
Ingrata ventis dividat
[16] Fomenta, vulnus nil malum levantia;
Desinet imparibus
Certare [17] summotus pudor.
[18] Ubi hæc severus te palam laudaveram,

6 Quam multus sermo de me habitus est propter Inachiæ amorem? 7 In quibus conviviis languor, id est, pallor, silentium, et suspiria, indicia erant amoris mei. 8 Probavit. 9 Suspirium ab imo productum.

10 Contra rivalium munera et largitiones. 11 Querebar candidos mores, ingenii acumen, sapientiam, et hujusmodi, nihil valere apud avaram puellam. 12 Simul, ut Bacchus protulerat arcana mea è loco suo, id est, è pectore meo, qui calebam, (id est, ebrius eram) vino fervidiore. 13 Bacchus facit homines inverecundos.

14 Iracundia non impedita ab amore. 15 Ut hæc ingrata amoris pabula dissipet, et ex animo meo dimoveat. 16 Suspiria, lacrymas, silentium, querelas, cogitationes anxias, quæ amoris vulneri levamen non afferunt. 17 Impudentia desinet certare imparibus, id est, cum rivalibus superioribus et ditioribus.

18 Postquam hæc magnifice dixeram te palam, id est, coram te, è

[19] Jussus abire domum,
Ferebar [20] incerto pede,
Ad non amicos, heu! mihi postes, et, heu!
[21] Limina dura, quibus
Lumbos, et infregi latus.
[22] Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia,
Amor Lycisci me tenet;
[23] Unde expedire non amicorum queant
[24] Libera consilia,
Nec [25] contumeliæ graves;
[26] Sed alius ardor, aut puellæ candidæ,
Aut [27] teretis pueri,
Longam [28] renodantis comam.

Petti. 19 A te jussus. 20 Incertus quo irem, quidve agerem, ferebar ad postes, id est, Inachiæ ædes, mihi inimicas. 21 Ad dura ejus vestibula, super quæ jacebam totas noctes.

22 Ordo est: Nunc amor Lycisci, gloriantis se vincere mollitia quamlibet mulierculam, me tenet. 23 A quo amore me extricare. 24 Consilia vera et ab adulatione libera. 25 Non objurgationes, vel injuriæ ab amica acceptæ.

26 Sed alius amor. Ovid. *Successore novo tollitur omnis amor.* 27 Habentis membra solida et succi plena. 28 Alius amor pueri in nodum colligentis comam. *Quod faciebant pueri impudici.* Vide ode x. lib. iv.

ODE XII.

In anum fœdam quæ illius amores ambiebat.

Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima [1] barris?
Munera cur mihi, quidve [2] tabellas

1 Non viris digna, sed barris, id est, elephantis Indicis, qui magna habent genitalia, fortasse intelligit valentissimos ac mentulatissimos amatores. 2 Cur mittis epistolas, quibus me ad tuam libidinem explendam sol-

Mittis, [3] nec firmo juveni, [4] nec naris obesæ?
[5] Namque sagacius unus odoror,
Polypus, an gravis hirsutis cubet [6] hircus in alis,
Quam canis acer, ubi lateat sus.
[7] Quis sudor [8] vietis, et quam malus undique membris
Crescit odor, cum [9] pene soluto
[10] Indomitam properat rabiem sedare, [11] nec illi
Jam manet humida creta, colorque
[12] Stercore fucatus crocodili; jamque [13] subando
Tenta, cubilia, [14] tectaque rumpit;
[15] Vel mea cum sævis agitat fastidia verbis!
Inachia langues minus, ac me.
Inachiam ter nocte [16] potes, mihi semper ad unum
[17] Mollis opus! [18] Pereat male, quæ te
Lesbia, quærenti taurum, monstravit inertem.

licitas? 3 Mihi juveni, in certamine venereo non valido. 4 Sed naris acutissimæ, cui tua immundities placere non potest. 5 Nam ego solus citius odoror utrum mulier polypum, id est, narium morbum habeat, an gravem hircum, id est, fœtorem tetrum in alis (citius inquam odoror) quam canis rimatur ubi lateat aper. 6 Fœtidus odor in alarum pilis.

7 *Poëta secum loquitur de hac anu, exclamans in tertia persona.* 8 Senilibus et flaccidis ejus membris. 9 Pene meo languente, nec ullam vim habente propter tui fastidium. 10 Cum effrænatam libidinem hæc anus properat explere. 11 Nec illi anui jam manet creta sudore humefacta, nec fucus, quo faciem tinxerat. Tanto enim motu in opere venereo seipsam agitaverat, ut fucus, quo faciem pinxerat, præ sudore defluxerit. 12 Ex crocodili terrestris fimo, et cerussa (quam Poëta hic cretam appellat) fit medicamentum ad cutim nitidam servandam. 13 Clunes agitando translatio est à suibus. 14 Lecti stragula nimio motu rumpit.

15 Vel cum hæc anus iracundis dictis mea sui fastidia increpat, sic loquitur: ô Horati, tu minus langues Inachiæ complexu, quam meo, id est, validior es in illa, quam in me. 16 Potes subigere. 17 Debilis es, et mihi semper languidus ad unum opus venereum. 18 Pereat male Lesbia lena, quæ mihi quærenti taurum, id est, juvenem in re venerea robustum, monstravit te inertem, id est, ignavum et pigrum.

Cum mihi Choüs adesset [19] Amyntas,
Cujus in indomito constantior inguine [20] nervus,
Quam nova collibus arbor inhæret.
[21] Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ,
[22] Cui properabantur? [23] tibi nempe,
Ne foret [24] æquales inter conviva, magis quem
Diligeret [25] mulier sua, quam te.
[26] O ego non felix, quam tu fugis, [27] ut pavet acres
Agna lupos, capreæque leones!

19 Juvenis robustus ex Coo civitate, cujus mentulæ nimietas est arbori comparanda. 20 Penis.

21 Purpura Tyria vestes bis tinctas, quas Dibaphas nominant. 22 Cui, id est, ad cujus usum texebantur à me vellera, id est, vestes pretiosæ? 23 Tibi nempe invalido atque ad Venerem inepto. 24 Inter coævos et contubernales. 25 Quem sua amica magis diligeret, quam ego te.

26 Exclamatio poëtica. 27 Quam tu fugis ut agna lupum, et ut capreæ horrent leones.

AD AMICOS. Ode XIII.

Horrida tempestas [1] cœlum contraxit, et imbres,
Nivesque [2] deducunt Jovem.
Nunc mare, nunc [3] siluæ
[4] Threïcio Aquilone sonant. [5] Rapiamus amici
Occasionem de die:
[6] Dumque virent genua,
[7] Et decet, [8] obducta solvatur fronte senectus.
[9] Tu vina Torquato move

1 Tempestas coëgit nubes in unum locum. 2 Cum imbribus Jupiter in terram descendit, ut veterum fuit opinio. 3 Siluæ pro silvæ: est dictio trissyllaba, per Diæresin. 4 Aquilone vento frigidissimo è Thracia flante.

5 Arripiamus ex hoc die convivandi opportunitatem. 6 Dum vires sunt firmæ et stabiles; *nam in genubus robur et vim corporis reposuisse videtur.* 7 Et dum patitur ætas, longe absit à nobis severitas senilis. 8 Solvatur senectus à fronte in rugas contracta. 9 Tu, puer, promove et profer

Consule [10] pressa meo.
[11] Cætera mitte loqui. [12] Deus hæc fortasse benigna
[13] Reducet in sedem vice.
Nunc et [14] Achæmenia
Perfundi nardo juvat, et [15] fide Cyllenea
Levare diris pectora
Sollicitudinibus:
Nobilis ut grandi cecinit [16] Centaurus alumno:
Invicte, mortalis Dea
Nate [17] puer Thetide,
[18] Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvi
Findunt [19] Scamandri flumina,
[20] Lubricus et Simoïs:
[21] Unde tibi reditum certo [22] subtemine Parcæ
Rupere, nec [23] mater domum
Cærula te revehet.
[24] Illic omne malum vino cantuque levato,

vina ex apotheca. 10 Vina calcata, quando ego natus eram, Torquato et Cotta Coss. quorum nominibus notabatur vini cadus. Vide Ode XXI. lib. III.

11 Omitte et permitte Divis cætera. Sic Ode II. lib. I.

12 *Poëta (ut mihi videtur) amicum suum tristem consolatur.* 13 Deus restituet hæc benigna vicissitudine in pristinum statum.

14 Vel, ut alii volunt, Achæmenio, unguento Nardino Persico, sic dicto ab Achæmene Persarum rege. Vide Ode XI. lib. II.

15 Cythara inventa à Mercurio, qui in Cyllene (monte Arcadiæ) enutritus dicitur. 16 Ut Chiron præstantissimus doctor et magister prædixit Achilli forti, quem aluit et erudivit. 17 O invicte Achilles, fili Thetidis, Deæ marinæ. 18 Te Troja exspectat. Assaracus fuit avus Anchisæ, et pater Capys. 19 Scamander et Simoïs, fluvii Trojani, ex Ida monte defluentes. 20 Labens pro natura aquæ. 21 Ubi pro certo tibi est moriendum. 22 Subtemen est filum, quod stamini subtexitur. 23 Thetis, Dea marina, cui cæruleus color tribuitur.

24 Cum apud Trojam fueris, levato omne malum deformis ægritudinis vino cantuque, nimirum alloquiis, quæ (scilicet vinum et cantus) sunt ægritudinis solatia.

[25] Deformis ægrimoniæ
Dulcibus alloquiis.

25 Deformes efficit animi ægritudo.

AD MÆCENATEM. Ode XIV.

Phrynes amorem obstare quo minus Iambos promissos absolvat.

[1] MOLLIS inertia cur tantam diffuderit imis
Oblivionem sensibus,
Pocula Lethæos [2] ut si ducentia somnos
[3] Arente fauce traxerim,
Candide Mæcenas, occidis sæpe rogando.
[4] Deus, Deus nam me vetat,
Incœptos, olim promissum carmen, Iambos
[5] Ad umbilicum adducere.
Non aliter Samio dicunt arsisse [6] Bathyllo
[7] Anacreonta Teïum,
Qui persæpe [8] cava testudine flevit [9] amorem
[10] Non elaboratum ad pedem.
[11] Ureris ipse miser; [12] quod si non pulchrior ignis

1 Ordo est: O candide, Mæcenas, tu occidis me, sæpe rogando, cur mollis inertia, id est, amor immiserit meis sensibus tantam oblivionem.

2 Veluti si biberim pocula afferentia somnos Lethæos, id est, lethargum, quem inexpugnabile fere dormiendi desiderium consequitur. Lethe fluvius est infernalis, cujus latices si quis gustaverit, omnium rerum præteritarum statim obliviscitur. 3 Sitiente fauce. 4 Cupido amoris Deus hoc voluit. 5 Finire. *Translatio est ab umbilico corporis ad cujus formam solebant veteres librorum suorum tegumenta umbilicis ex ebore, ligno, aut simili materia factis, exornare.*

6 Amore Bathylli. 7 Poëtam lyricum ex civitate Teïa. Vide Ode XVII. lib. I. 8 Lyra. 9 Flevit Bathylli amorem, qui fuit Anacreontis deliciæ. 10 Cum magna facilitate.

11 Tu quoque Mæcenas amas etiam, miser. 12 Quod si Helena, quæ in-

Accendit obsessam [13] Ilion,
Gaude sorte [14] tua. Me [15] libertina, neque uno
Contenta, Phryne macerat.

cendii Trojani causa fuit, non fuit tua puella pulchrior. 13 Trojam obsessam. 14 Gaude sorte tua, quæ mea sorte est melior. Nam ego Phrynem amo, feminam infimæ sortis et meretricem, non uno amatore contentam, sed mihi cum multis communem. 15 Facta libera ex ancilla.

AD NEÆRAM. Ode XV.

Non servatam ab ea fidem conqueritur.

Nox erat et cœlo fulgebat Luna sereno
Inter minora sidera,
Cum tu [1] magnorum numen [2] læsura Deorum
[3] In verba jurabas mea,
[4] Arctius atque edera procera astringitur ilex,
[5] Lentis adhærens brachiis:
[6] Dum pecori lupus, et nautis infestus [7] Orion
Turbaret hibernum mare,
[8] Intonsosque agitaret Apollinis aura capillos,
[9] Fore hunc amorem mutuum.
[10] O dolitura mea multum virtute, Neæra:
Nam si quid in Flacco [11] viri est,

1 Dii magni sunt Jupiter, Minerva, Apollo, etc. 2 Numen læsura propter perjurium et fidem postea violatam. 3 Jurabas facere, quod ego tibi proponebam. 4 Arctius quam ab edera astringitur ilex procera. 5 Flexilibus, et tenacibus brachiis mihi adhærens. 6 Semper. 7 Orion est astrum, cujus ortus mare ac terras tempestatibus turbat. Vide Ode XXVIII. lib. I. 8 Cur sol depingatur intonsus, vide Ode XXI. lib. I. 9 Jurabas hunc amorem fore mutuum et parem.

10 O Neæra, tu multum dolebis mea virtute, id est, mentis constantia, si quando iratus te deseram. 11 Si quid virilitatis est in Q. Horatio Flacco, id est, in me.

Non [12] feret assiduas [13] potiori te dare noctes,
Et quæret iratus [14] parem,
Nec semel [15] offensæ cedet constantia formæ,
Si certus [16] intrârit dolor.
[17] At tu, quicumque es felicior, atque meo nunc
Superbus incedis [18] malo;
[19] Sis pecore, et multa dives tellure licebit,
Tibique [20] Pactolus fluat;
Nec te [21] Pythagoræ fallant arcana renati,
Formaque vincas [22] Nirea;
Eheu! translatos [23] alio mœrebis amores:
Ast ego vicissim [24] risero.

12 Horatius non patietur. 13 Rivali meo, qui tibi potior est, quam ego sum. 14 Quæ mihi in amore respondebit. 15 Quæ semel offenderit. Bentleius præfert: nec semel offensi.

16 Si certus dolor intrârit in animum meum.

17 Apostrophe ad rivalem suum. 18 Quod spernar à Neæra. 19 Quamvis sis dives, sapiens et pulcher, *quæ sunt causæ amoris.* 20 Pactolus est fluvius Lydiæ, auri ramenta secum in decursu trahens. 21 Pythagoræ denuo nati. De animæ transmigratione in alia corpora juxta Pythagoræ opinionem, vide Ode XXVIII. lib. I. 22 Nirea formosissimum. Vide Ode XX. lib. III. 23 In alium, te relicto. 24 Ridebo te, vice versa.

AD POPULUM ROMANUM. Ode XVI.

Queritur bellorum civilium nullum esse finem.

1 ALTERA jam [2] teritur bellis civilibus ætas,
Suis et ipsa Roma viribus ruit.
Quam neque finitimi valuerunt perdere [3] Marsi,
4 Minacis aut Etrusca Porsenæ manus,

1 Altera ætas, quæ cædem C. Cæsaris consecuta est. 2 Consumitur bellis Civilibus, quibus Augustus Brutum et Cassium (Cæsaris interfectores) persequebatur.

3 Populi Italiæ bellicosi. 4 Porsena, dux Etruscorum minabatur se velle Romam demoliri, nisi Tarquinium ejectum Romani in urbem reciperent.

[5] Æmula nec virtus Capuæ, nec [6] Spartacus acer,
Novisque rebus infidelis [7] Allobrox,
Nec fera cærulea domuit Germania [8] pube,
Parentibusque [9] abominatus Hannibal,
[10] Impia perdemus devoti sanguinis ætas,
[11] Ferisque rursus occupabitur solum.
Barbarus, heu! cineres [12] insistet victor, et urbem
Eques sonante verberabit ungula:
Quæque carent ventis et solibus ossa [13] Quirini,
[14] Nefas videre! dissipabit insolens.
[15] Forte, quid expediat, communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia: [16] Phocæorum
Velut profugit [17] execrata civitas,
Agros atque Lares proprios, habitandaque fana
Apris reliquit, et rapacibus lupis;

5 Cur æmula? quia Capua in spem venit eripiendi Romanis imperium, tunc temporis præsertim, cum Hannibal vastaret Italiam. 6 Belli civilis auctor et dux. Vide Ode XIV. lib. III. 7 Allobroges sunt populi Galliæ, qui per suos legatos Ciceroni conjurationem Catilinariam patefecerunt, quamvis cum Lentulo prius consenserant: recte igitur dicuntur infideles novis rebus, id est, qui novis rebus studebant. 8 Juventute cærulea. *Habent enim omnes fere Germani oculos cœruleos.* 9 Hannibal à parentibus est detestatus, propter liberos sua crudelitate in præliis cæsos. 10 Nos ætas impia devoti sanguinis, id est, quorum sanguis morti destinatus esse videtur, propter majorum scelera, perdemus Romam, quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi, etc., ut supra. 11 A feris solum urbis Romæ iterum possidebitur, sicut ante eam conditam feris erat receptaculum.

12 Stabit super cineres urbis vel civium. 13 Romuli ossa in sepulchro condita, et sic neque ventis commota, neque solis radiis exusta, insolens victor dissipabit. 14 Contra fas est, videre Romuli cineres dissipatos.

15 Fortasse aut vos omnes generatim, aut certe melior pars quæritis, quomodo careatis malis laboribus, qui perferuntur in bellis civilibus.

16 Phocæi à Phocæa Ioniæ civitate discedentes venerunt in Galliam, atque illic Massiliam urbem nobilissimam condiderunt. 17 Execrationibus

[18] Ire, pedes quocumque ferent, quocumque per undas
Notus vocabit, aut protervus Africus.
Sic placet? an melius quis habet suadere? [19] secunda
Ratem occupare quid moramur alite?
Sed juremus [20] in hæc: [21] simul imis saxa renârint
Vadis levata, ne redire sit nefas:
[22] Neu conversa domum pigeat dare [23] lintea, quando
[24] Padus Matina laverit [25] cacumina,
In mare seu celsus procurrerit [26] Appenninus,
[27] Novaque monstra junxerit libidine
Mirus amor, juvet ut tigres [28] subsidere cervis,
[29] Adulteretur et columba miluo,
[30] Credula nec flavos timeant armenta leones,
Ametque salsa [31] levis hircus æquora.
[32] Hæc, et quæ poterunt reditus abscindere dulces,
Eamus omnis execrata civitas,
Aut pars indocili melior [33] grege: [34] mollis, et exspes
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum,
[35] Etrusca præter et volate littora.

usa. 18 Sit hæc sententia, *nempe*, quo pedes ducunt, ire.

19 Bonis avibus. 20 In hæc verba juremus, scilicet ut nefas sit prius in patriam redire, quam saxa è maris fundo enatârint, id est, juremus nunquam redire. 21 Posteaquam. 22 Neu pigeat navibus tum domum revehi, quando, etc. 23 Naves ad urbem Romam versas. 24 Galliæ Cisalpinæ fluvius. 25 Verticem montis Matini, qui est in Calabria. 26 Appenninus est mons ab Alpibus ortus, procul à mari per mediam Italiam porrectus. 27 Inaudita libidine. 28 Subjacere ad coitum. 29 Et columba coëat cum milvo. Miluo pro milvo; vide supra silua pro silvæ, ut trissyllabum sit. 30 Quandò armenta adeo fuerint credula, ut non timeant leones. 31 Hircus sine setis. 32 Tali execratione cum tota Roma, vel pars melior, est usa, tum eamus.

33 Melior vulgo imperito. 34 At vero quæ pars civitatis mollis erit et sine spe, male ominatos et infelices lectulos perpetuo premat. 35 Præter-

[36] Nos manet Oceanus [37] circumvagus: arva, beata
Petamus arva, divites et insulas,
Reddit ubi [38] Cererem tellus inarata quotannis,
Et [39] imputata floret usque vinea,
Germinat et nunquam fallentis [40] termes olivæ,
[41] Suamque [42] pulla ficus ornat arborem,
Mella cava manant ex ilice, montibus altis
Levis [43] crepante lympha desilit pede.
Illic [44] injussæ veniunt ad mulctra capellæ,
[45] Refertque tenta grex amicus ubera,
Nec vespertinus [46] circumgemit ursus ovile,
[47] Nec intumescit alta viperis humus.
Pluraque felices mirabimur; ut neque largis
Aquosus Eurus [48] arva radat imbribus,
[49] Pinguia nec siccis urantur semina glebis;
[50] Utrumque Rege temperante cœlitum.
Non huc Argoo contendit remige [51] pinus,
Neque impudica [52] Colchis intulit pedem:
Non huc [53] Sidonii torserunt cornua nautæ,

volare, id est, præterire Tyrrhenum mare. 36 Nos exspectat Oceanus præternavigandus, in quo sunt insulæ fortunatæ. 37 Qui universam terram circumvagatur. 38 Messem copiosam. 39 Vinea non putata, non præcisa, semper floret. 40 Ramus olivæ tam fidelis, ut spem domini nunquam fallat. 41 Arborem naturalem, non insitam; nam in insulis fortunatis omnia sine arte nascuntur. 42 Nigra et matura ficus. 43 Crepante pede, id est, cum leni murmure.

44 Ultro veniunt. 45 Et grex carus domum refert distenta ubera. 46 Ursus non insidiatur ovibus, quæ sunt in ovili. 47 Hypallage est.

48 Ut neque Eurus terras minuat imbribus. 49 In illis insulis nulla est siccitas. 50 Hiemem et æstatem Jove modificante.

51 Navis in qua Jason et heroes Græciæ vecti sunt, vellus aureum petentes, non huc contendit Argoo remige, id est, Argoïs remigibus. 52 Medea, quæ propter libidinem patrem prodidit.

53 Cadmus cum sociis non huc

[54] Laboriosa nec cohors Ulysseï.
Nulla nocent pecori contagia : nullius astri
Gregem æstuosa torret [55] impotentia.
Jupiter illa piæ secrevit littora [56] genti,
[57] Ut inquinavit ære tempus aureum;
Ære, dehinc ferro, [58] duravit sæcula, quorum
Piis secunda, [59] vate me, datur fuga.

convertit antennarum cornua.

54 Magnum laborem perferens.

55 Nimis vehemens potentia nullius astri, *ut Sirii*, torret gregem.

56 Littora hominibus piis habitanda. 57 Postquam Jupiter sæculum aureum æreo permutaverat. 58 Dura fecit, id est, ferrea sæcula induxit, quorum tempore, fuga et prospera declinatio piis datur. 59 Me suasore.

AD CANIDIAM. Ode XVII.

Eam ironice precatur, ut sibi tandem ignoscat.

JAM jam efficaci [1] do manus scientiæ,
Supplex et oro regna per [2] Proserpinæ,
Per et Dianæ [3] non movenda numina,
Per atque libros carminum [4] valentium
Refixa cœlo devocare sidera,
Canidia, parce [5] vocibus tandem sacris,
Citumque retro solve, solve [6] turbinem.
[7] Movit nepotem Telephus Nereïum,

1 Agnosco me victum, et potenti veneficiorum scientiæ cedo. 2 Oro te per Deas tibi maxime venerandas, nempe Proserpinam et Dianam. 3 Oro per numina, quæ nolunt moveri, et à suis decretis flecti, vel quæ lacessita graves sumunt pœnas à peccantibus. 4 Quæ valent in terras deducere sidera cœlo detracta. 5 Parce cantionibus suâ diritate execrandis. 6 Retro solve; vel (ut alii volunt) retro volve, id est, converte in contrariam partem Rhombum magicum, quo mentem meam obligâsti, et ad amorem quasi vertigine quadam coëgisti.

7 Telephus, Mysorum rex, ad misericordiam flexit Achillem, cujus mater Thetis Nerei fuit filia.

In quem superbus [8] ordinârat agmina
Mysorum, et in quem tela acuta torserat.
Luxere matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atque canibus [9] homicidam Hectorem,
[10] Postquam relictis mænibus rex procidit,
Heu! [11] pervicacis ad pedes Achilleï.
Setosa duris exuere pellibus
Laboriosi [12] remiges Ulysseï,
[13] Volente Circe, membra: tunc [14] mens, et sonus
Relapsus, atque notus in vultus honor.
Dedi satis superque pœnarum tibi,
[15] Amata nautis multum, et institoribus.
Fugit [16] juventas, [17] et verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida:
[18] Tuis capillus albus est odoribus.
Nullum à labore me [19] reclinat otium:
[20] Urget diem nox, et dies noctem; [21] neque est
Levare [22] tenta spiritu præcordia.
[23] Ergo negatum, vincor, ut credam miser,

8 In quem instruxerat exercitum.

9 Hominum interfectorem, id est, virum bellicosum. Intelligit *Hectoris cadaver ab Achille canibus destinatum.* 10 Postquam, relicta Troja, Priamus sese ad pedes Achillis abjecit, orans, ut corpus Hectoris sibi redderet. 11 Obstinati in sententia.

12 Socii Ulyssis exuerunt setosa membra duris pellibus, id est, porcorum figuras exuerunt et humanas resumpserunt. 13 Concedente Circe, jam ab Ulysse placata. 14 Tunc ratio et oratio et facies pristina restituta est.

15 O Canidia, quam nautæ et institores, homines sordidi, multum amant.

16 Fugit flos juventutis meæ. 17 Et rubicundus color, qualis inest pueris erubescentibus, non carnes, sed ossa tantum mihi reliquit sub nigra pelle vestita. Justius, si Bentleio credamus, diceretur, *ora* pro *ossa*. 18 Tuis unguentis et veneficiis canus est capillus meus ante tempus. 19 Me liberat.

20 Nocte dieque animi doloribus exerceor. 21 οὐδ᾽ ἔξεστι, neque licet respirare.

22 Præcordia extenta spiritu.

23 Ergo miser vincor, ut nunc cre-

Sabella pectus increpare carmina,
Caputque Marsa [24] dissilire nænia.
Quid amplius vis? ô mare, et terra! ardeo,
Quantum neque atro delibutus Hercules
[25] Nessi cruore, [26] nec Sicana fervida
Virens in Ætna flamma. Tu, [27] donec cinis
Injuriosis aridus ventis ferar,
[28] Calés venenis officina Colchicis.
[29] Quæ finis? [30] aut quod me manet stipendium?
Effare; [31] jussas [32] cum fide pœnas luam,
Paratus [33] expiare, seu poposceris
[34] Centum juvencos, sive [35] mendaci lyra
Voles sonari: tu pudica, tu proba
[36] Perambulabis astra sidus aureum.
[37] Infamis Helenæ Castor offensus vice,
[38] Fraterque magni Castoris, victi prece,
Adempta [39] vati reddidere lumina.
[40] Et tu (potes nam) solve me dementia:

dam à me negatum, nempe Sabella carmina increpare pectus, id est, magicas incantationes posse perturbare mentes humanas. 24 Dirumpi malefico carmine. Marsi Sabinis sunt vicini, à Circes filio originem trahentes.

25 Cruore Centauri, qui Dejaniræ vim inferre conabatur. Vide supra Epod. v. 26 Nec tantum flamma virens, (id est, flamma valida et perpetua) ardet in Sicana AEtna, quæ est in Sicilia, quantum ego ardeo. Quidam volunt: furens flamma.

27 Donec aridus cinis factus, fiam ventis ludibrio. 28 Ardes tanquam officina repleta venenis Medeæ. *Erat enim Medea ex Colcho.*

29 Quis terminus erit istis meis malis? 30 Quas pœnas pecuniarias, aut tributum à me exigis? 31 Pœnas à te imperatas luam. 32 Fideliter. 33 Paratus purgare et læsam te placare. 34 Pro sacrificio tibi immolandos.

35 Si voles laudari mendacibus carminibus, quod fiet, si sic dicam: tu pudica, tu proba, etc. 36 Tu sidus aureum inter astra versaberis.

37 Helenam Stesichorus versibus contumeliosis infamaverat. 38 Pollux. 39 Stesichoro oculos reddiderunt.

40 Et tu, ô Canidia, eorum exemplo, solve me dementia, quam patior.

[41] O nec paternis [42] obsoleta sordibus,
Nec in sepulchris pauperum [43] prudens anus
[44] Novendiales dissipare pulveres!
[45] Tibi hospitale pectus, et [46] puræ manus;
Tuusque venter partumeïus, [47] et tuo
[48] Cruore rubros obstetrix pannos lavit;
[49] Utcumque fortis exsilis puerpera.

41 Hæc palinodia, seu potius contumelia est urbanissima: simulat enim negare, quod de Canidia affirmat. 42 Nec parentum obscuritate vilescens, nec adulteris parentibus nata. 43 Nec docta sepultos pauperum cineres dispergere aut abducere. 44 Nono post eorum mortem die, quo humabantur. 45 Tibi mite pectus est, et humanum.

46 Puræ sunt tibi manus à scelere, quod falsum est, ut reliqua omnia. 47 Venter fœcundus. 48 In puerperio. 49 Quotiescumque tu exsilis, et è lecto surgis fortis puerpera, id est, numquam.

ODE XVIII.

Canidia irata respondet Horatio.

Quid [1] obseratis auribus fundis preces?
[2] Non saxa nudis surdiora navitis
Neptunus alto [3] tundit hibernus [4] salo.
[5] Inultus ut tu riseris [6] Cotyttia
[7] Vulgata, sacrum [8] liberi Cupidinis?
[9] Et Esquilini Pontifex venefici
[10] Impune ut urbem nomine implêris meo?

1 Auribus clausis et surdis. 2 Non saxa naufragis sunt surdiora, quam ego sum tibi. 3 Verberat. 4 Fluctu.

5 Egone patiar, ut tu impune deriseris. 6 Cotyttia, id est, sacra nocturna et flagitiosa, *sic dicta à Cotyttone, Dea turpitudinis.* 7 Tuis versibus vulgata. 8 Cupidinis libere per omnem libidinem vagantis, sine ullo pudore. 9 Et quasi Censor ac Judex factus veneficiorum, quæ tracto extra portam Esquilinam, *ubi multa erant sepulchra.* 10 Patiarne, ut sine vindicta me urbis fabulam feceris?

Quid proderit ditâsse [11] Pelignas anus,
Velociusve miscuisse [12] toxicum,
[13] Si tardiora fata te votis manent?
Ingrata [14] misero vita ducenda est in hoc,
[15] Novis ut usque suppetas doloribus.
Optat quietem Pelopis [16] infidus pater,
[17] Egens benignæ Tantalus semper dapis,
Optat Prometheus obligatus [18] aliti,
Optat supremo collocare Sisyphus
In monte saxum; sed vetant leges Jovis.
[19] Voles modo altis desilire turribus,
Modo ense pectus [20] Norico recludere,
[21] Frustraque vincla gutturi nectes tuo,
[22] Fastidiosa tristis ægrimonia.
Vectabor [23] humeris tunc ego inimicis eques,
Meæque terra cedet insolentiæ.
An, quæ movere [24] cereas imagines,
Ut ipse nostri curiosus, et [25] polo
Deripere Lunam [26] vocibus possum meis,

11 Quid proderit pretio conduxisse veneficas anus Pelignas? *Anus Sabinas à Peligno monte sic nominatas.* 12 Præsens venenum miscuisse, ut statim moriaris. 13 Si tardius, quam optas, es moriturus.

14 Tibi misero vita producenda est in hoc, id est, propter hoc. 15 Ut semper sufficias cruciatibus, quos ego quotidie tibi novos parabo.

16 Tantalus Deorum arcana vulgavit, quapropter apud inferos in media rerum copia siti torquetur et fame.

17 Egens affluentis dapis. 18 Quietem optat Prometheus vulturi firmissime ligatus.

19 Vide Ode III. lib. I. Modo optabis desilire, etc. 20 Noricus ensis ponitur pro quovis ense. Vide Ode XVI. lib. I. 21 Frustra, quia non morieris. 22 Existens tristis animi ægritudine, quæ vitam fastidit.

23 Super humeros tuos mihi inimicos ego tunc equitabo.

24 Tanquam vivas imagines. 25 Cœlo deducere lunam. 26 Carminibus meis.

Possum crematos [27] excitare mortuos,
[28] Desiderîque temperare poculum,
[29] Plorem artis in te nil valentis exitum?

27 Excitare ab inferis. 28 Amoris poculum conficere. 29 An plorem exitum artis magicæ contra te nihil agentis; quasi nullius sit efficaciæ?

Q. HORATII FLACCI

CARMEN * SAECULARE.

Pro Imperii Romani incolumitate.

PHŒBE, silvarumque [1] potens Diana,
[2] Lucidum cœli decus, ô colendi
Semper, et culti, date quæ precamur
[3] Tempore sacro:
Quo [4] Sibyllini monuere [5] versus,
Virgines [6] lectas, puerosque castos,
Dîs, [7] quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.
[8] Alme Sol, [9] curru nitido diem qui
[10] Promis et celas, [11] aliusque et idem

* Carmen sæculare fuit à Poëta compositum, ut caneretur ludis sæcularibus, qui centesimo quoque anno fieri solebant. 1 Domina. 2 Sol et Luna sunt cœli ornamenta, quorum alter diurnum, altera lumen nocturnum præbet. 3 Diebus festis et sæcularibus.

4 Versuum Sibyllinorum auctoritas multum valuit apud veteres Romanos. 5 Libri. 6 Virgines à viro integras. 7 Quibus Roma placuit, septem colles suo ambitu includens.

8 Sol, qui omnia alis. 9 Quadrigis vectus circum terram intra horas XXIV.

10 Qui diem aperis oriens, condis occidens. 11 Qui alius ab hesterno

Nasceris; [12] possis nihil urbe Roma
Visere [13] majus.
Rite maturos aperire partus
Lenis [14] Ilithyia, tuere matres;
[15] Sive tu Lucina probas vocari,
[16] Seu Genitalis:
[17] Diva, producas sobolem, patrumque
Prosperes decreta super jugandis
Fœminis, prolisque novæ feraci
[18] Lege marita:
[19] Certus ut denos decies per annos
Orbis et cantus, referatque ludos,
[20] Ter die claro, totiesque grata
Nocte frequentes.
[21] Vosque veraces cecinisse, Parcæ,
Quod semel dictum est, stabilisque rerum
Terminus servat, bona jam peractis
Jungite fata.

videris nasci hodie, tamen idem es et semper unus. 12 Utinam possis. 13 Nihil majus videre in hoc inferiore mundo.

14 O Diana, quæ lenis es in aperiendis partubus tempestivis. Vide Ode XXII. lib. III. 15 Sive eligis vocari Lucina, quia opem fers infantibus in lucem prodeuntibus. 16 Seu mavis vocari Luna ad gignendum valens. Nam veluti Solis calor animat, sic humor Lunæ nutrit et gignit. 17 O Diva, te rogamus, ut producas sobolem Romanam, utque prosperes Senatus consulta super fœminis in matrimonio collocandis, et super lege Maritali, quæ sit ferax prolis novæ. 18 Legem tulerunt Papius et Poppæus, Consules de maritandis ordinibus, Augusto imperium tenente. 19 Precamur ut certus orbis, (id est, sæculum quod continet centum annos) cantus referat et ludos sæculares. 20 Ter in ternis diebus, totidemque noctibus.

21 Et vos, Parcæ, quæ veraces estis in iis, quæ cecinistis, jungite bona fata fatis jam transactis, et stabilis rerum terminus id servet, quod semel à vobis dictum est, nempe ut Romanum imperium permaneat in perpetuum, juxta illud Virg. *Imperium sine fine dedi, etc.*

[22] Fertilis frugum, pecorisque tellus
Spicea donet [23] Cererem corona:
Nutriant fœtus et aquæ salubres,
[24] Et Jovis auræ.
[25] Condito mitis placidusque telo,
Supplices audi pueros, Apollo.
Siderum regina [26] bicornis, audi,
Luna, puellas.
[27] Roma si vestrum est opus, [28] Iliæque
Littus Etruscum tenuere turmæ,
[29] Jussa pars mutare Lares, et urbem
[30] Sospite cursu,
[31] Cui per ardentem [32] sine fraude Trojam
Castus Æneas, [33] patriæ superstes,
[34] Liberum munivit iter, daturus
Plura [35] relictis:
Dî probos mores docili [36] juventæ,
Dî senectuti placidæ quietem,
[37] Romulæ genti date, remque, prolemque,
Et decus omne.

22 Tellus frugibus abundans et pecore. 23 Agricolæ Cererem corona spicea donabant, propter frugum ubertatem. 24 Aër salubris.

25 Recondito telo, et è manibus tuis abjecto. 26 Luna præsertim triduana, bicornis apparet.

27 Idcirco Roma opus Apollinis dicitur, quia AEneas cum suis Apollinis responsa secutus, sedes in Italia novas collocavit. 28 Trojanæ turmæ littus Tiberinum tenuere. 29 Jussa ab Apolline. 30 Salvo cursu et secundis velis. 31 Turmæ Trojanæ. 32 Sine vitæ noxa. 33 Existens incolumis, patria sua incensa. 34 Iter tutum: *Flammam inter et hostes*, Virg. 35 Suis Trojanis, quos secum in Italiam adduxit, daturus plura quam in patria amissa reliquerant.

36 Juvenibus ad discendum aptis.

37 Romanæ genti date divitias et liberos et omnem imperii majestatem.

[38] Quique vos bobus veneratur [39] albis
Clarus Anchisæ, Venerisque sanguis,
Imperet [40] bellante prior, jacentem
[41] Lenis in hostem.
Jam mari, terraque [42] manus potentes
Medus, [43] Albanasque timet secures;
Jam Scythæ [44] responsa petunt, superbi
Nuper, et Indi:
Jam fides, et pax, et honor, pudorque
Priscus, [45] et neglecta redire virtus
Audet; apparetque beata pleno
[46] Copia cornu.
[47] Augur, et fulgente [48] decorus arcu
Phœbus, [49] acceptusque novem Camœnis,
Qui [50] salutari levat arte fessos
[51] Corporis artus;
[52] Si Palatinas videt æquus arces,
Remque Romanam, Latiumque [53] felix,
[54] Alterum in lustrum, meliusque semper
[55] Proroget ævum.

38 Clarus sanguis, id est, gens Romana, posteritas Anchisæ et Veneris. 39 Quia Apollo et Diana lucidi sunt, albæ victimæ iis conveniunt. 40 Superior hoste bellum inferente. 41 Misericors in hostem devictum.

42 Potentiam Romanam. 43 Magistratus Romanos, dictos Albanos à monte Albano in Italia. 44 Præcepta Romanorum exspectant, vel ab Augusto amicitiam petunt. 45 Virtus superiori tempore ab hominibus neglecta, non dubitat nunc redire. 46 Omnium rerum ubertas. Vide Ode XVII. lib. I. 47 Divinus Apollo, *qui à Jove vaticinationem habuit.* 48 Αργυρότοξος dictus, ab arcu argenteo. 49 Gratus propter musicam. 50 Arte Medicinali: Ovid. *Inventum Medicina meum est, opiferque per orbem dicor.* 51 Corpora morbo defatigata. 52 Si favet arcibus Palatinis. *Pars pro tota Roma.* 53 Propitius. 54 In alteram et semper meliorem ætatem. 55 Producat rem

Quæque Aventinum tenet, [56] Algidumque,
[57] Quindecim Diana preces virorum
[58] Curet, et votis puerorum amicas
[59] Applicet aures.
[60] Hæc Jovem sentire, Deosque cunctos,
Spem bonam, certamque domum reporto,
Doctus, et Phœbi [61] chorus, et Dianæ
Dicere laudes.

Romanam et Latium, id est, Romanum Imperium et Italiam.

56 Montem, in quo Dianæ sacra celebrabantur. 57 Ad quos ludorum sæcularium procuratio pertinebat.

58 Exaudiat preces. 59 Puerorum precibus annuat.

60 Ordo est : Ego chorus doctus dicere laudes Phœbi et Dianæ, spem bonam et certam domum reporto, Jovem et omnes Deos hæc sentire, id est, hæc velle et approbare. 61 Quamvis chorus ex multis personis consistat, unius tamen personam gerit, atque unius partes agit.

Q. HORATII FLACCI CARMINUM PARTIS PRIMÆ FINIS.

QUINTI
HORATII FLACCI
CARMINUM
PARS ALTERA.

Quæque Aventinum tenet, [56] Algidumque,
[57] Quindecim Diana preces virorum
[58] Curet, et votis puerorum amicas
[59] Applicet aures.
[60] Hæc Jovem sentire, Deosque cunctos,
Spem bonam, certamque domum reporto,
Doctus, et Phœbi [61] chorus, et Dianæ
Dicere laudes.

Romanam et Latium, id est, Romanum Imperium et Italiam.

56 Montem, in quo Dianæ sacra celebrabantur. 57 Ad quos ludorum sæcularium procuratio pertinebat.

58 Exaudiat preces. 59 Puerorum precibus annuat.

60 Ordo est : Ego chorus doctus dicere laudes Phœbi et Dianæ, spem bonam et certam domum reporto, Jovem et omnes Deos hæc sentire, id est, hæc velle et approbare. 61 Quamvis chorus ex multis personis consistat, unius tamen personam gerit, atque unius partes agit.

Q. HORATII FLACCI CARMINUM PARTIS PRIMÆ FINIS.

QUINTI
HORATII FLACCI
CARMINUM
PARS ALTERA.

Q. HORATII FLACCI
SERMONUM
LIBER PRIMUS.

SATYRA I.

Nemo sua sorte contentus est.

[1] Qui fit, Mæcenas, ut nemo, quam sibi [2] sortem
Seu [3] ratio dederit, seu [4] fors objecerit, [5] illa
Contentus vivat, laudet [6] diversa sequentes?
O fortunati mercatores! [7] gravis annis
Miles ait, multo [8] jam fractus membra labore.
Contra, mercator, navim jactantibus Austris,
Militia est potior. [9] Quid enim? [10] concurritur: horæ
[11] Momento cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat juris, legumque peritus,
[12] Sub galli cantum [13] consultor ubi ostia pulsat.
[14] Ille, datis [15] vadibus, qui rure extractus in urbem est,
Solos felices viventes clamat in urbe.
[16] Cætera de genere hoc, adeo sunt multa, loquacem

1 Quomodo fit? 2 Vitæ professionem. 3 Ratio, quæ certo consilio, judicioque dirigitur. 4 Deus aliquis, aut fortuna. 5 Illa sorte. 6 Dissimilia vivendi studia sequentes.

7 Senex miles. 8 Habens membra militari labore fracta.

9 Quare non? 10 Concurritur. à militibus in pugna. 11 In puncto temporis.

12 Ante galli cantum. 13 Consultor est, qui discit, et Jurisconsultum consulit. Angl. *a clyent.*

14 Agricola. 15 Sponsoribus datis. Angl. *Having put in pledges.*

16 Cæteri sunt tam multi, qui per

16

Delassare valent [17] Fabium. Ne te morer, audi
Quo rem deducam. Si quis Deus, en ego, dicat,
Jam faciam quod vultis : eris tu, qui modo miles,
Mercator : [18] tu consultus modo, rusticus. [19] Hinc vos,
Vos hinc mutatis discedite [20] partibus. Eia!
[21] Quid statis? [22] Nolint. Atqui licet esse beatis.
Quid causæ est, merito quin illis Jupiter ambas
Iratus [23] buccas inflet, neque se fore posthac
Tam facilem dicat, [24] votis ut præbeat aurem?
Præterea, ne sic, [25] ut qui jocularia, ridens
Percurram : quamquam [26] ridentem dicere verum
Quid vetat? ut pueris [27] olim dant [28] crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discere prima :
Sed tamen amoto quæramus seria ludo.
[29] Ille gravem duro terram qui vertit aratro,
[30] Perfidus hic caupo, miles, nautæque, per omne
Audaces mare qui currunt, [31] hac mente laborem
Sese ferre, [32] senes ut in otia tuta recedant,
Aiunt, cum sibi sint congesta [33] cibaria. Sicut
Parvula, nam exemplo est, magni formica laboris
Ore trahit quodcumque potest, atque addit acervo

inconstantiam diversa laudant, ut delassare valeant, etc. 17 Clamosum causidicum, vel Philosophum quemdam, qui libros aliquot conscripserat satis verbosos. 18 Tu modo Jurisconsultus, eris rusticus.

19 Abite. 20 Conditionibus vitæ mutatis.

21 Cur non disceditis? 22 Non possunt.

23 Quin Jupiter irascatur. 24 Ut eorum vota audiat.

25 Ut qui res joculares et ludicras percurrit. 26 Ridere et verum dicere quid vetat? 27 Interdum. 28 Placentulas.

29 Agricola. 30 Caupo, qui multa perfide perquisivit. 31 In hunc finem. 32 Ut senes otiosam vitam traducant.

33 Alimenta collecta.

Quem struit, haud ignara ac non incauta [34] futuri.
Quæ, [35] simul inversum contristat [36] Aquarius annum,
Non usquam [37] prorepit, et illis utitur [38] ante
Quæsitis, sapiens : cum te neque fervidus æstus
[39] Demoveat lucro, neque hiems, ignis, mare, ferrum,
Nil obstet tibi, [40] dum ne sit te ditior alter.
Quid juvat immensum te argenti pondus et auri
Furtim [41] defossa [42] timidum deponere terra?
[43] Quod si comminuas, vilem redigatur [44] ad assem.
[45] At ni id fit, quid habet pulchri constructus acervus?
Millia frumenti tua [46] triverit area centum;
Non tuus [47] hoc capiet venter [48] plus, quam meus : ut si
[49] Reticulum panis [50] venales inter onusto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias, quam
Qui nil portârit. [51] Vel dic, quid refferat intra
Naturæ fines viventi, [52] jugera centum, an
Mille aret? [53] At suave est ex magno tollere [54] acervo.
[55] Dum ex parvo nobis tantumdem [56] haurire relinquas,
Cur tua plus laudes [57] cumeris [58] granaria nostris?

34 Non incauta hiemis futuræ.
35 Simul atque hiems advenerit.
36 Aquarius tristem facit annum pluviis et frigore. Sol Aquarium ingreditur XVII Kalend. Febr. 37 Foras non repit. 38 Utitur æstivo tempore acquisitis. 39 Cessare faciat à lucro. 40 Donec non sit alius te ditior.

41 In terra altius fossa. 42 Timentem uti pecuniis, ne amittas. 43 Responsio avari. 44 Ad nummum unum, fere ad nihilum.

45 Horatii replicatio. Nisi aurum tuum minuatur, etc. 46 Quamvis area tua triverit, id est, per trituram reddiderit centum frumenti medimnorum millia. 47 Non ex hoc, non ideo. 48 Quamvis non multa possideam. 49 Sacculum ad panem gerendum, retis in modum factum. 50 Inter venalitios servos. 51 Responde, ô avare, quid proficiat homini paucis contento?

52 Agri jugera. 53 Avari responsio. 54 Sumere. 55 Poëta iterum interrogat avarum. Est quasi dialogus inter duos. 56 Sumere concedas. 57 Vasis fictilibus, aut vimineis, in quibus frumentum reponere solebant. 58 Horrea.

[59] Ut, tibi si sit opus [60] liquidi non amplius urna,
Vel cyatho, et dicas: magno de flumine malim,
Quam ex hoc fonticulo tantumdem sumere. [61] Eo fit,
Plenior ut si quos delectet copia [62] justo,
Cum ripa simul [63] avulsos ferat Aufidus acer.
At qui tantulo eget, [64] quanto est opus, is neque limo
Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in undis.
At [65] bona pars hominum decepta [66] cupidine falso,
Nil satis est, inquit; [67] quia tanti, quantum habeas, sis.
Quid facias [68] illi? jubeas [69] miserum esse, libenter
[70] Quatenus id facit. Ut [71] quidam memoratur Athenis
Sordidus ac dives, populi contemnere [72] voces
Sic solitus: Populus me [73] sibilat; at, mihi plaudo
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.
[74] Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina.... [75] Quid rides? mutato nomine, [76] de te
Fabula narratur. Congestis undique [77] saccis
Indormis [78] inhians, et tanquam parcere [79] sacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere [80] tabellis.

59 Exempli causa. 60 Liquoris, vel aquæ urna. 61 Ex eo fit. 62 Quam par sit. 63 Arreptos auferat Aufidus, Apuliæ flumen.

64 Quantum naturæ necessitas postulat.

65 Major pars. 66 Vitiosa cupiditate. 67 Quia tantus tibi defertur honos, quantum habeas, id est, pro divitiarum magnitudine. 68 Ei qui ita sentit? permitte ut sit miser. 69 Mallem, ut unus fert codex, miseram. Subauditur, hanc partem hominum.

70 Si quidem, id facit libenter.

71 Timon μισάνθρωπος, pecunia tamen sua gaudens. 72 Obloquia populi. 73 Homines gratiosos theatrum ingredientes populus plausu excipiebat, malos vero exsibilabat.

74 Tantalus sitiens captat flumina à labris fugientia.

75 O avare, cur rides? 76 Qui rebus omnibus abundas, nec tamen iis uteris. 77 Saccis pecuniarum plenis. 78 Timens ne per fraudem sacci evacuarentur. 79 Sacris nil adimi vetat religio. 80 Intuendo, non fruendo pecuniis.

Nescis [81] quo valeat nummus, quem præbeat usum?
Panis ematur, olus, vini sextarius: adde,
[82] Queis humana sibi doleat natura negatis.
[83] An vigilare metu exanimem, noctesque, diesque
Formidare malos fures, incendia, servos,
[84] Ne te compilent fugientes, [85] hoc juvat? horum
Semper ego optârim [86] pauperrimus esse bonorum.
At si condoluit [87] tentatum frigore corpus,
[88] Aut alius casus lecto te affixit; [89] habes qui
[90] Assideat, fomenta paret, medicum roget, ut te
[91] Suscitet, [92] ac reddat natis, carisque propinquis.
[93] Non uxor salvum te vult, non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.
[94] Miraris, [95] cum tu argento post omnia ponas,
Si nemo præstet, quem non merearis, amorem?
An, si cognatos, [96] nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis, servareque amicos,
Infelix operam perdas; ut si quis [97] asellum
In campo doceat [98] parentem currere frænis?
Denique sit finis [99] quærendi: cumque habeas [1] plus,

81 Nescis ad quid valeat nummus? 82 Quibus natura humana sine dolore carere non possit. 83 Avari hæc omnia patiuntur: Ergo sunt pauperrimi quoad bonorum usum. 84 Ne fugitivi tua furentur. 85 Hoccine delectat? Nempe timere et semper esse sollicitum! 86 Ego optarem carere his bonis, quorum custodia me excruciat. 87 Corpus male affectum morbo ex frigore contracto. 88 Aut alius morbus ad lectum te dejecit. 89 Ironice hæc sunt intelligenda. 90 Qui prope lectum tuum sedeat. 91 E lecto suscitet. 92 Et te sanum reddat. 93 O avare, tu omnibus adeo es odiosus, ut nemo te salvum esse velit. 94 Miraris te omnibus esse invisum? 95 Cum omnia minoris facias, quam pecuniam. 96 An miraris, si, quum nullo labore, id est, beneficio, conaris retinere tuos cognatos; infelix! perdis operam; ut, etc. 97 Id est, indocilem docere. 98 Obedientem frænis, id est, frænatum.

99 Divitiarum cupiditati finem facito: *Utere quæsitis*. 1 Plus quam

Pauperiem metuas minus, et finire laborem
Incipias, [2] parto quod avebas; ne facias quod
Umidius quidam, non longa est fabula, dives,
[3] Ut metiretur nummos; ita sordidus, ut se
Non unquam servo melius vestiret; ad usque
Supremum [4] tempus, ne se penuria victus
Opprimeret, metuebat. At hunc [5] liberta securi
Divisit [6] medium, [7] fortissima Tyndaridarum.
[8] Quid mî igitur [9] suades? Ut vivam Mænius, aut sic
[10] Ut Nomentanus? Pergis pugnantia secum
Frontibus adversis [11] componere. Non ego avarum
Cum veto te fieri, [12] vappam jubeo, ac nebulonem.
Est inter [13] Tanaïm quiddam, socerumque Viselli.
[14] Est modus in rebus; sunt certi denique fines,
[15] Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.
[16] Illuc, unde abii, redeo. Nemon' ut avarus
[17] Se probet, ac potius laudet [18] diversa sequentes?
Quodque aliena capella gerat distentius uber,
[19] Tabescat? neque se majori [20] pauperiorum

ante habebas. 2 Cum habeas acquisitum, quod avide cupiebas. 3 Ut metiretur, non ut numeraret, quia innumerabiles erant ejus divitiæ. 4 Ad extremum tempus vitæ suæ.

5 Concubina, fortasse uxor. 6 In duas partes secuit. 7 Ac si fuisset altera Clytemnestra, Tyndari filia quæ Agamemnonem interfecit. 8 Loquitur avarus. 9 Quid me vis facere? 10 Ut vivam sicut Mænius et Nomentanus, duo luxuriosi ac decoctores celebres hujus temporis. 11 Pergis res contrarias comparare, quæ instar gladiatorum frontibus adversis pugnant. 12 Non jubeo te omnia profundere et vappam, fieri: *Vappa est vinum corruptum, quod saporem perdidit et bonitatem.*

13 Inter Mæcenatis libertum, spadonem scilicet et socerum Viselli herniosum multum interest. 14 Est mediocritas. 15 Ultra aut citra quos fines.

16 Eo, unde digressus sum, revertor, nempe; ut nemo sorte sua contentus vivat. 17 Ut nemo se beatum putet, sibique placeat? 18 Aliena vitæ studia. 19 Et mœrore contabescat, quod aliena, etc. 20 Sed cum divitio-

Turbæ comparet? hunc atque hunc superare laboret?
[21] Sic festinanti semper locupletior obstat:
Ut, cum carceribus [22] missos rapit [23] ungula currus,
Instat equis auriga, [24] suos vincentibus, illum
[25] Præteritum temnens [26] extremos inter euntem.
Inde fit, [27] ut raro, qui se vixisse beatum
Dicat, et exacto contentus tempore vitæ
[28] Cedat, uti conviva satur, reperire queamus.
[29] Jam satis est, ne me Crispini scrinia lippi
[30] Compilasse putes, verbum non amplius addam.

ribus, quos assidue superare contendit.

21 Ad hunc modum qui dat operam divitiis amplificandis, ei aliquis locupletior est semper impedimento. 22 Currus emissos è carceribus patefactis, ubi stant equi ad currendum parati. 23 Ungula ponitur pro ungulatis equis. 24 Equis suos equos cursu prævertentibus. 25 Quem præteriit. 26 Inter ultimos currentem.

27 Ut raro reperire queamus aliquem, qui, etc. 28 Et qui migret è vita, quemadmodum solet conviva à mensa decedere exsaturatus.

29 Hæc sufficiant. 30 Ne putes me furatum esse arculas, id est, libros, qui in scriniis reponuntur, Crispini lippi, philosophi loquacissimi.

SATYRA II.

Exemplis dictum illud confirmat: Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. *Insanas quorumdam circa adulteria libidines insectatur.*

[1] AMBUBAIARUM collegia, [2] pharmacopolæ;
Mendici, mimæ, [3] balatrones; hoc genus omne
Mœstum, ac sollicitum est cantoris morte [4] Tigelli:
Quippe [5] benignus erat. Contra [6] hic, ne prodigus esse

1 Collegia tibicinarum impudicarum, ebrietate balbutientium. 2 Olim rerum vilium ostentatores erant, et populo verba dabant. 3 Homines luxuriosi et perditi. Sic dicti à Servilio Balatrone. 4 Musici peritissimi et vocis eximiæ. 5 Perliberalis erat. 6 Alius, scilicet avarus, metuens ne, etc.

Dicatur metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo, duramque famem depellere possit.
7 Hunc si perconteris, avi cur, atque parentis
8 Præclaram ingrata 9 stringat malus ingluvie rem,
Omnia 10 conductis coëmens obsonia nummis:
Sordidus, atque animi quod 11 parvi nolit haberi,
Respondet. Laudatur 12 ab his, culpatur 13 ab illis.
14 Fufidius 15 vappæ famam timet ac nebulonis,
Dives agris, dives positis in fœnore nummis.
Quinas hic capiti 16 mercedes exsecat, atque
Quanto 17 perditior quisque est, 18 tanto acrius urget.
Nomina 19 sectatur, modo 20 sumpta veste virili
Sub patribus duris 21 tironum. Maxime, quis non,
Jupiter, exclamat, simul atque audivit? 22 At in se
Pro quæstu 23 sumptum facit. Hic, vix credere possis,
24 Quam sibi non sit amicus: ita, ut 25 pater ille, Terenti
26 Fabula quem miserum gnato vixisse 27 fugato
Inducit, non se pejus cruciaverit, 28 atque hic.
29 Si quis nunc quærat, quo res hæc pertinet? Illuc:

7 Alium, nempe prodigum. 8 Præclarum patrimonium à majoribus sibi relictum. 9 Cur devoret sine ulla grata satietate. 10 Nummis fœnori acceptis, pro quibus merces solvitur. 11 Non parvi, sed magni animi.

12 Alii laudabunt. 13 Alii vituperabunt. 14 Fœnerator improbissimus. 15 Hominis nequam, et profusi. Vide Sat. 1.

16 Quinas usuras sorti detrahit. Angl. *taketh five from the principall.* 17 Quanto luxuriosior et negligentior est. 18 Tanto graviore usura onerat.

19 Nomina adolescentium investigat in mercatorum libris. 20 Cum à pedagogis sunt liberi, post annum ætatis XVI. 21 Quorum patres sunt duri et præparci.

22 Aliquis fortasse excusabit fœneratorem. 23 Sumptum facit in se quæstui parem, id est, ea emit, quæ sibi sint opus ad victum et cultum.

24 Dum res necessarias naturæ denegat. 25 Menedemus. 26 Comœdia. 27 Clinia in Asiam proficiscente. 28 Quam hic fœnerator. 29 Interrogatio.

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.
Maltinus tunicis [30] demissis ambulat: [31] est qui
Inguen ad obscœnum [32] subductis usque facetus.
[33] Pastillos Rufillus olet, Gorgonius [34] hircum.
[35] Nil medium est. Sunt qui nolint tetigisse, [36] nisi illas,
Quarum subsuta talos tegat [37] instita veste.
Contra, alius nullam, nisi olente in fornice [38] stantem.
Quidam notus homo, cum exiret fornice: [39] macte
Virtute esto, [40] inquit sententia dia Catonis.
Nam simul ac venas [41] inflavit tetra libido,
[42] Huc juvenes æquum est descendere, non alienas
[43] Permolere uxores. Nolim laudarier, inquit,
Sic me, [44] mirator cunni Cupiennius albi.
Audire est operæ pretium, [45] procedere recte
Qui Mœchis non vultis, ut [46] omni parte laborent:
Utque illis multo corrupta dolore voluptas,
[47] Atque hæc rara, cadat dura inter sæpe pericla.
[48] Hic se præcipitem tecto dedit, [49] ille flagellis
Ad mortem cæsus: fugiens hic decidit acrem

30 Tunicis longis et talaribus. 31 Est alius, qui facetus est, et risum movet. 32 Tunicis sursum ductis et tam brevibus, ut vix tegant partes corporis obscœnas.

33 Olet trochiscos, ex quibus suaves odores efflantur. Angl. *pomanders*. 34 Tetrum odorem olet. 35 Nulla est mediocritas.

36 Nisi matronas. 37 Instita ponitur pro stola ad talos demissa, cujus imam partem instita, id est, fasciola ambibat. 38 Meretricem in olido lupanari prostantem.

39 Oratio est Catonis adhortantis. 40 Inquit Cato Censorius.

41 Posteaquam penem inflavit venerea libido. 42 Ad lupanar. 43 Violare. Μοιχεύειν. 44 Amator matronæ alba stola amictæ. Id, per synecdoten, pro matrona integra sumitur.

45 Qui non vultis mœchis sua flagitia ex animi sententia succedere. 46 Quo pacto in omni re periculum illis immineat. 47 Utque hæc voluptas rara eveniat, etc.

48 A tecto se præcipitavit, ut insequentes effugeret. 49 Crispus Sallustius.

Prædonum in turbam, dedit hic pro [50] corpore nummos:
Hunc [51] perminxerunt calones: quin etiam illud
Accidit, ut cuidam testes, [52] caudamque salacem
Demeteret ferrum. [53] Jure omnes; [54] Galba negabat.
Tutior at quanto merx est in classe [55] secunda!
Libertinarum dico. Sallustius [56] in quas
Non minus insanit, [57] quam qui mæchatur. [58] At hic, si
[59] Qua res, qua ratio suaderet, [60] quaque modeste
Munifico esse licet, vellet bonus, atque benignus
Esse, daret quantum [61] satis esset, nec sibi damno,
Dedecorique foret. Verum hoc se amplectitur [62] uno,
Hoc amat, hoc laudat: matronam nullam ego tango,
Ut quondam Marsæus [63] amator Originis, ille,
Qui patrium [64] mimæ donat fundumque, laremque:
Nil fuerit mî, [65] inquit, cum uxoribus unquam alienis.
[66] Verum est cum mimis, est cum meretricibus; unde
[67] Fama malum gravius, [68] quam res, trahit. An tibi abunde
[69] Personam satis est, non illud, [70] quidquid ubique

in Faustæ adulterio deprehensus. 50 Ne castraretur. 51 Pudicitiam ei eripuerunt. Raphanismum fortasse intelligit, de quo vide Aristoph. in Nebulis. 52 Ut ferro mentulam abscinderent.

53 Omnes jure factum id esse dicebant. 54 Galba Jurisconsultus et idem adulter negabat.

55 Tres erant classes meretricum, 1°. matronarum, 2°. libertinarum, 3°. ancillarum.

56 In quas Libertinas. 57 Quam qui matronas adulterat.

58 At Sallustius si vellet bonus esse.

59 Si quomodo res, quomodo ratio suaderet. 60 Et quatenus licet ei esse munifico non profuse, sed liberaliter. 61 Intra modum.

62 Hoc solo sibi placet, id est, amore libertinarum. 63 Amator nobilis meretricis. 64 Origini meretrici. 65 Marsæus inquit, suam libidinem extenuans.

66 Respondet Horatius. 67 Tua existimatio. 68 Quam res familiaris.

69 Personam matronæ evitare? 70 Quidquid ex sui natura malum est. Qualis est mima et libertina meretrix.

Officit, evitare? Bonam deperdere famam,
Rem patris[71] oblimare, malum est ubicumq;. Quid inter-
Est in matrona, ancilla, peccesve[72] togata?
Villius in[73] Fausta, Sullæ[74] gener, hoc miser uno
[75] Nomine deceptus, pœnas dedit usque, superque,
Quam satis est, pugnis cæsus, ferroque petitus.
Exclusus[76] fore, cum[77] Longarenus foret intus.
[78] Huic si[79] mutonis verbis[80] mala tanta videntis
Diceret hæc animus: [81] Quid vis tibi? numquid ego à te
[82] Magno prognatum deposco consule cunnum,
Velatumque[83] stola, [84] mea cum conferbuit ira?
[85] Quid responderet? [86] Magno patre nata puella est.
[87] At quanto meliora monet, [88] pugnantiaque istis
Dives opis natura suæ, tu si modo[89] recte
Dispensare velis, ac non fugienda petendis
Immiscere; [90] tuo vitio, rerumne labores,
Nil referre putas? quare, ne pœniteat te,
Desine matronas sectarier, [91] unde laboris
Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus.
[92] Nec magis huic inter niveos, viridesque lapillos,

71 Consumere. 72 In meretrice vulgo exposita, quæ toga utebatur, ut à matronis stolatis distingueretur.

73 In Fausta, Sullæ nobilis viri filia. 74 Non gener revera, sed ita appellatus, quod Sullæ filiam stuprasset. 75 Hanc unam ob causam, quod nobilis viri filiam et matronam appeteret.

76 Foribus exclusus. 77 Alter adulter Villio felicior. 78 Villio. 79 Si ex mentulæ verbis animus loqueretur. 80 Mala quæ Villius sustinuit. 81 Lepida Prosopopœia, qua muto fingitur interrogare Villium. 82 Nobilem matronam. 83 Stola vestis est matronarum. 84 Cum incendor libidine.

85 Quid responderet Villius? 86 Hæc nobilis puella præferenda est libertinæ.

87 Natura suis opibus contenta, quanto meliora monet, quam tu, ô Villi? 88 Tuæ opinioni contraria. 89 Si tu velis cum ratione vivere. 90 Nihil interesse putas vitiosa cupiditate, an rerum penuria labores?

91 A quibus matronis, id est, ex coitu cum matrona. 92 Nec femur

[93] (Sit licet hoc Chærinthe [94] tuum) tenerum est femur,
Rectius, [95] atque etiam melius persæpe togatæ. (aut crus
Adde huc, quod [96] mercem sine fucis [97] gestat: aperte
Quod venale habet, ostendit; nec, si [98] quid honesti est,
[1] Jactat, habetque palam, [2] quærit quo turpia celet.
Regibus hic mos est; ubi equos mercantur, [3] opertos
Inspiciunt; ne, si facies, ut sæpe, decora,
[4] Molli fulta pede est, emptorem [5] inducat hiantem,
Quod pulchræ clunes, breve quod caput, ardua cervix.
Hoc illi [6] recte; [7] ne corporis optima [8] lynceis
Contemplere oculis; [9] Hypsæa cæcior, illa
Quæ mala sunt, [10] spectes. [11] O crus, ô brachia! [12] verum
[13] Depygis, nasuta, brevi latere, ac pede longo est.
Matronæ, præter faciem, [14] nil cernere possis,
Cætera, ni [15] Catia est, [16] demissa veste tegentis.
Si [17] interdicta petes, [18] vallo circumdata, nam te
[19] Hoc facit insanum, multæ tibi tum officient res:
Custodes, [20] lectica, [21] ciniflones, parasitæ,

magis tenerum est huic matronæ nobili, quam togatæ. 93 Apostrophe ad Chærinthum puerum formosum et gemmis ornatum. 94 Licet hoc sit tuum, nempe uniones et smaragdos gestare. 95 Quin etiam sæpe femur plebeiæ ancillæ decentius est.

96 Corpus mercenarium. 97 Togata gestat. 98 Si quid pulchri est. 1 Quod faciunt matronæ. 2 Nec quærit quomodo sua turpia celet amatores.

3 Equos tectos. 4 Tenera ungula. 5 Decipiat emptorem cupientem, quod accideret, si emeret equum apertum. 6 Recte faciunt. 7 Ne corporis partes venustissimas contempleris. 8 Oculis acutissimis, quales habuit Lynceus. 9 Hypsæa vitiosos habuit oculos. 10 Ne spectes illa, etc.

11 Verba sunt laudantis togatam. 12 Verba sunt ejusdem quædam improbantis in togata. 13 Nates habens macras, *vel, ut alii volunt*, magnas.

14 Non cætera membra. 15 Catia, quamvis matrona, vestitu brevissimo utebatur. 16 Ad talos usque.

17 Si petis matronas, quas adulterare leges vetant. 18 Quæ custodiis tanquam vallo muniuntur. 19 Difficultates potiundi. 20 Vehiculum.

21 Cinerarii, qui calamistris calefactis crines crispant.

Ad talos [22] stola demissa, et circumdata [23] palla;
[24] Plurima, quæ invideant pure apparere tibi [25] rem.
[26] Altera nil obstat: Coïs tibi pene videre [27] est,
Ut nudam; ne crure malo, ne sit pede turpi:
[28] Metiri possis oculo latus; an tibi mavis
[29] Insidias fieri, pretiumque [30] avellier, ante
Quam mercem ostendi? [31] Leporem venator, ut alta
In nive sectatur, [32] positum sic tangere nolit:
Cantat, [33] et apponit: meus est amor huic similis: nam
[34] Transvolat in medio posita, [35] et fugientia captat.
[36] Hiscene versiculis speras tibi posse dolores,
Atque, [37] æstus, curasque graves è pectore pelli?
Nonne cupidinibus statuit natura modum? [38] quem,
Quid latura sibi, quid sit dolitura negatum,
Quærere [39] plus prodest, [40] et inane abscindere soldo?
Num, tibi cum fauces urit sitis, aurea quæris
Pocula? num esuriens fastidis omnia præter
Pavonem, rhombumque? [41] tument tibi cum inguina, (num, si
Ancilla, aut verna est præsto puer, impetus in quem
Continuo fiat, malis [42] tentigine rumpi?

22 Vestis muliebris.

23 Matronæ indumentum ad pedes usque demissum. 24 Plurima sunt quæ tibi obstent. 25 Matronæ corpus.

26 Togata, vel meretrix, cujus vestes Coæ sunt pellucidæ, dictæ Coæ à Coo insula, ubi fiebant. 27 Licet. 28 judicare possis solo aspectu. 29 Decipi. 30 Pretium solvi. 31 Hæc verba sunt sectatoris matronarum. 32 Leporem sic appositum, id est, sine labore venationis sibi appositum. 33 Et leporem sic captum sibi apponi jubet.

34 Amor meus fastidit meretrices, quas facile est habere. 35 Et matronas petit, quas difficile est assequi.

36 Horatius loquitur. 37 Amores matronarum. 38 Quem modum quærere plus prodest. 39 Quam cupiditates habere non necessarias. 40 Et supervacaneas cupiditates à necessariis resecare.

41 Cum inflammantur libidine.
42 Distentione membri virilis.

[43] Non ego; namque [44] parabilem amo Venerem, facilem- (que.
[45] Illam, post paulo, sed pluris, si exierit vir :
Gallis hanc, Philodemus ait : [46] sibi, quæ neque magno
Stet pretio, neque cunctetur, cum est jussa, venire.
Candida, [47] rectaque sit : [48] munda hactenus, ut neque [49] longa,
Nec magis [50] alba velit, quam det natura, videri.
[51] Hæc ubi supposuit dextro corpus mihi lævum,
[52] Ilia, et Egeria est : do nomen quodlibet illi.
[53] Nec vereor ne, dum futuo, vir rure [54] recurrat,
Janua [55] frangatur, latret canis : undique magno
Pulsa domus strepitu resonet; [56] vel pallida lecto
Desiliat mulier, miseram se [57] conscia clamet;
[58] Cruribus hæc metuat, [59] doti deprensa, egomet [60] mî:
[61] Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo :
[62] Ne nummi pereant, [63] aut pyga, aut denique fama.
[64] Deprendi miserum est, [65] Fabio vel judice vincam.

43 Ego certe non ita faciam.

44 Quæ facile parari potest.

45 Illam amo meretricem, quæ mihi gratificatura, dabit has tres responsiones, nempe, 1°. post paulo veniam; 2°. sed majori pretio; 3°. si modo exierit vir : hanc, Philodemus ait, Gallis eviratis Cybeles Sacerdotibus, relinquendam, ut qui facilius ejus moram ferre possunt. 46 Sibi optabat eam.

47 Non gibbosa. 48 Ita munda. 49 Neque longa crepidarum altitudine. 50 Nec cerussa malas candefaciens.

51 Hæc mulier, cum in meis est complexibus. 52 Est mihi instar Iliæ matris Romuli, et instar Egeriæ nymphæ Numæ Pompilio familiaris.

53 In libertinæ amore. 54 Aliquid suspicans de uxoris impudicitia. 55 Ne janua frangatur à viro redeunte. 56 Ne matrona misere pallida è lecto desiliat. 57 Ancilla culpæ herilis conscia.

58 Ne crura compedibus innectantur. 59 Ne dotem amittat uxor à viro suo deprehensa. 60 Egomet mihi in tanto tumultu consulo.

61 Tunica non cincta. 62 Ne sim nummis me redempturus propter adulterium commissum. 63 Ne pereat pyga, id est, ne nates vapulent, *aut, ut alii volunt*, ne patiar raphanismum, de quo supra. 64 Deprehendi in adulterio miserum est. 63 Si Fabius Jurisconsultus (qui in adulterio olim fuit deprehensus) sit judex in hac re constitutus ego vincam, id est, obtinebo.

SATYRA III.

Amatorum et patrum exemplo, leviora vitia in amicitia dissimulanda sunt.

OMNIBUS hoc vitium est cantoribus, [1] inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare, rogati;
[2] Injussi nunquam desistant. [3] Sardus habebat
Ille Tigellius [4] hoc. [5] Cæsar, qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam [6] patris, atque suam, non
Quidquam proficeret: [7] si collibuisset, [8] ab ovo
Usque [9] ad mala [10] citaret, Io Bacche, modo [11] summa
Voce, modo hac resonat, quæ [12] chordis quatuor ima.
[13] Nil æquale homini fuit illi. [14] Sæpe velut qui
Currebat fugiens hostem: persæpe velut qui
[15] Junonis sacra ferret. Habebat sæpe ducentos,
Sæpe decem servos: modo reges atque [16] tetrarchas,
Omnia magna loquens: modo, sit mihi mensa tripes, et
[17] Concha salis puri, et toga, quæ defendere frigus,
Quamvis crassa, queat. [18] Decies centena dedisses
Huic parco paucis contento; quinque diebus

1 Inter amicos sibi familiares. 2 Non rogati cantare.

3 Hermogenes Tigellius ex Sardinia. 4 Hoc vitium cantatorum.

5 Augustus. 6 Per amicitiam Julii Cæsaris, patris sui per adoptionem.

7 At, si Tigellio collibuisset. 8 Ab ovo, quod erat cœnæ initium. 9 Usque ad poma, id est, cœnæ finem. 10 Recitaret carmen aliquod in laudem Bacchi, sic incipiens: Io Bacche. 11 Modo voce acutissima, modo gravissima.

12 In quatuor chordis, id est, instrumento musico quatuor chordarum: Græci appellant, τετράχορδον.

13 In omnibus se varium ostendit.

14 Qui sæpe currebat, velut fugiens hostem. 15 Sæpe tardus incedebat, velut virgines κανήφοροι.

16 Tetrarcha quartam regni partem possidet. 17 Salinum ex concha.

18 Mille sestertia si dedisses, huic

Nil erat in loculis. Noctes vigilabat ad ipsum
Mane : diem totum stertebat. Nil fuit unquam
[19] Sic impar sibi. Nunc aliquis dicat mihi, quid tu?
Nullane habes vitia? imo alia, haud fortasse minora.
Mænius absentem Novium cum carperet : heus tu,
Quidam ait, [20] ignoras te? an ut ignotum [21] dare nobis
Verba putas? [22] Egomet mî ignosco, Mænius inquit.
Stultus, et improbus hic amor est, dignusque notari.
Cum tua pervideas oculis mala [23] lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens [24] Epidaurius? at tibi contra
[25] Evenit, inquirant vitia ut tua rursus et illi.
Iracundior est paulo, [26] minus aptus acutis
Naribus horum [27] hominum; rideri possit, eo quod
[28] Rusticius tonso toga defluit, [29] et male laxus
In pede calceus hæret. At est bonus, ut melior vir
Non alius quisquam : [30] at tibi amicus, at ingenium ingens
Inculto latet hoc sub corpore. Denique teipsum
[31] Concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim
Natura, aut etiam [32] consuetudo mala : namque
[33] Neglectis urenda filix innascitur agris.
[34] Illuc prævertamur, amatorem quod amicæ

qui paulo ante erat tam parcus.

19 Sic inconstans.

20 Non novisti tua vitia. 21 Putas nos fallere? 22 Egomet mihi do veniam. 23 Quasi lippus, cujus oculi sunt uncti. 24 Serpens Epidaurius ponitur pro quovis dracone. 25 Ut sint aliqui, qui velint invicem inquirere tua vitia.

26 Ineptus ad congressus hominum dicacium, quorum scommata ferre non potest. 27 Qui hodie vivunt. 28 Quod illi imperitius tonso, toga male est composita. 29 Calceus valde laxus.

30 Ferendus igitur et amandus.

31 Teipsum diligenter examinato; num quædam vitia tibi natura ingeneraverit. 32 Assiduitas peccandi.

33 Sic animus sine philosophiæ cultu scatet vitiis.

34 Nos eo vertamus, priusquam de

Turpia [35] decipiunt cœcum vitia, aut etiam ipsa hæc
Delectant, veluti Balbinum [36] polypus Hagnæ.
Vellem in amicitia sic erraremus, et isti
Errori nomen [37] virtus posuisset honestum.
[38] At, pater ut gnati, sic nos debemus amici,
Si quod sit vitium, non fastidire. [39] Strabonem
Appellat [40] pætum pater; et pullum, [41] male parvus
Si cui filius est, ut abortivus fuit olim
[42] Sisyphus. [43] Hunc varum, distortis cruribus; illum
[44] Balbutit scaurum, pravis fultum male talis.
Parcius hic vivit? [45] frugi dicatur. Ineptus
Et jactantior hic paulo est? [46] concinnus amicis
Postulat ut videatur. At est truculentior, atque
[47] Plus æquo liber? [48] simplex, fortisque habeatur.
[49] Caldior est? acres inter numeretur. Opinor,
Hæc res et jungit, junctos et servat amicos.
At nos virtutes ipsas [50] invertimus, atque
Sincerum cupimus vas [51] incrustare. [52] Probus quis
Nobiscum vivit; multum [53] demissus homo: [54] illi

amicorum officio, aut vitiis agamus, ut explicemus quod turpia vitia amicæ decipiunt cæcum, etc. 35 Non animadvertuntur ab amatore. 36 Morbus putidus in naribus Hagnæ, Balbini amicæ.

37 Ars imposuisset.

38 Ut pater non fastidit vitium gnati.

39 Strabonis oculi sunt distorti. 40 Pætus habet oculos semiclausos. 41 Filius nimis exiguus. 42 Filius M. Antonii triumviri, staturæ vix bipedalis, sed ingenii acutissimi.

43 Hunc, qui distorta habet crura, varum appellat. 44 Balbutiendo appellat scaurum, id est, habentem talos extantes.

45 Homo frugi dicatur et temperatus. 46 Elegans et politus.

47 Libere veritatem eloquens. 48 Non bilinguis. 49 Ferventior et iracundior est.

50 Amicorum virtutes male interpretamur. 51 Vitioso succo vas inquinare, vel impuro tectorio deformare. Est Allegoria.

52 Si quis probus. 53 Abjectus dicitur à nobis. 54 Si quis tardus est, id

Tardo, cognomen pingui damus. [55] Hic fugit omnes
Insidias, nullique malo latus [56] obdit apertum,
[57] Cum genus hoc inter vitæ versetur, [58] ubi acris
Invidia, atque vigent ubi [59] crimina; [60] pro bene sano,
Ac non incauto, fictum, astutumque vocamus.
[61] Simplicior quis, et est qualem me sæpe libenter
Obtulerim tibi, Mæcenas, ut forte legentem,
[62] Aut tacitum impellat, quovis sermone [63] molestus;
Communi sensu plane caret, inquimus. Eheu,
Quam temere in nosmet legem sancimus [64] iniquam!
Nam vitiis nemo sine nascitur: optimus ille est,
Qui minimis [65] urgetur. Amicus dulcis, ut æquum est,
Cum mea compenset vitiis bona, pluribus [66] hisce,
(Si modo plura mihi bona sunt) inclinet, amari
Si volet: hac lege, [67] in trutina ponetur eadem.
Qui, ne tuberibus [68] propriis offendat amicum,
Postulat, ignoscet [69] verrucis illius. Æquum est
Peccatis veniam poscentem, reddere rursus.
[70] Denique, [71] quatenus excidi penitus vitium iræ,
Cætera item nequeunt stultis hærentia; cur non

est, tardius sentit, eum pinguem appellamus, id est, crassum et rudem.

55 Si quis cautior est adversus hominum fallacias. 56 Latus offert aut ostendit. Translatio est à milite cauto, vel gladiatore. 57 Cum inter insidiosum hominum genus versetur. 58 Quo tempore. 59 Vigent criminationes. 60 Pro cauto et prudente.

61 Alius est ita apertior et alienus ab omni dolo qualem me tibi, etc. 62 Ut cogitabundum interpellet. 63 Gravis interturbator. 64 Gravissimam legem nobis imponimus. 65 Gravatur.

66 Hisce meis virtutibus, cum sint vitiis plures, inclinet; id est, faveat. 67 In eadem libra ponderabitur, id est, eamdem æquitatem inveniet.

68 Suis peccatis gravioribus. Allegoria est.

69 Levioribus amici vitiis.

70 Disputat contra Stoïcorum dogma, qui dicunt, omnia peccata esse paria. 71 Quoniam.

[72] Ponderibus, modulisque suis ratio utitur? ac res
Ut quæque est, ita suppliciis delicta [73] coërcet?
Si quis eum servum, patinam qui tollere jussus,
Semesos pisces, tepidumque [74] ligurrierit jus,
In cruce suffigat; [75] Labeone insanior, inter
[76] Sanos dicatur. [77] Quanto hoc furiosius, atque
Majus peccatum est? paulum deliquit amicus;
Quod nisi [78] concedas, habeare insuavis, acerbus;
Odisti, et fugis, ut [79] Rusonem debitor æris,
Qui, nisi cum tristes [80] misero venere [81] Kalendæ,
[82] Mercedem, aut nummos [83] unde unde extricat, amaras
[84] Porrecto jugulo historias, captivus ut, audit.
Comminxit lectum [85] potus, mensave catillum
Evandri manibus [86] tritum dejecit; [87] ob hanc rem,
Aut positum ante mea quia pullum in parte catini
Sustulit esuriens, [88] minus hoc jucundus amicus
Sit mihi? quid faciam, si furtum fecerit; aut si
Prodiderit commissa [89] fide, [90] sponsumve negârit?
[91] Queis paria esse fere placuit peccata, [92] laborant,
Cum ventum [93] ad verum est. Sensus, [94] moresque repugnant,

72 Æquo judicio et conveniente moderatione. 73 Cur non ita cohibet et punit? 74 Leviter exsorbuerit.

75 Labeo Jurisperitus erat contumax, qui multa nimis libere dixerat in Augustum. 76 Inter sapientes.

77 Furiosius, quod fecit dominus, quam quod servus admisit. 78 Quod nisi ignoscas. 79 Fœneratorem et malum historiarum scriptorem. 80 Debitori. 81 Kalendis, creditam pecuniam reddebant debitores. Vide Epod. II. 82 Usuram. 83 Alicunde parat. 84 Quasi jugulari mallet, quam Rusonis historias audire. 85 Amicus tuus bene potus. 86 Catinum antiquissimum, quo usus est Evander Pallantis Arcadiæ regis nepos. 87 Quia catillum dejecit. 88 Minus ob hoc. 89 Commissa fidei. 90 Promissum. 91 Stoïcis. 92 Hærent et dubitant stoïci. 93 Ad veri inquisitionem.

94 Judicium hominum repugnat, qui aliter furem, aliter homicidam

Atque ipsa utilitas, justi [95] prope mater, et æqui.
Cum prorepserunt [96] primis animalia terris,
Mutum, et turpe [97] pecus, [98] glandem, atque cubilia propter,
Unguibus, et pugnis, dein fustibus, atque ita [1] porro
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat [2] usus;
Donec verba, quibus voces sensusque [3] notarent,
Nominaque invenere. [4] Dehinc absistere bello,
Oppida cœperunt munire et ponere leges:
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam [5] cunnus teterrima belli
Causa; sed ignotis [6] perierunt mortibus illi,
Quos Venerem [7] incertam rapientes, more ferarum,
[8] Viribus editior [9] cædebat, ut in grege taurus.
Jura inventa [10] metu injusti fateare necesse est,
Tempora si, [11] fastosque velis evolvere mundi.
Nec natura potest justo [12] secernere iniquum,
[13] Dividit ut bona diversis, fugienda petendis.
[14] Nec vincet ratio hoc, [15] tantumdem ut peccet, idemque,
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et [16] qui nocturnus Divûm sacra legerit. Adsit

puniunt. 95 Quasi mater.

96 Prima animalia, id est, homines. Hypallage est. 97 Veluti pecus rationis et orationis expers. 98 Glandes erant hominum primorum cibus. 1 Post temporis intervallum. 2 Indigentia. 3 Significarent.

4 Abstinere à bello.

5 Fuerunt ante Helenam aliæ mulieres, quæ belli causas præbuerunt. 6 Perierunt, quia scriptoribus caruerunt. 7 Mulierem omnibus expositam, non certi mariti. 8 Vir robustior. 9 Occidebat, vel verberabat.

10 Propter incommodi metum.

11 Annales, id est, mundi tempora.

12 Distinguere justum ab injusto.

13 Quemadmodum potest separare bona à malis.

14 Nec ratio probabit. 15 Ut tam graviter peccet. 16 Qui nocte rem sacram furatus fuerat.

Regula, peccatis quæ pœnas irroget [17] æquas;
Ne [18] scutica dignum, horribili sectere flagello.
Nam ut [19] ferula cædas meritum majora subire
Verbera, [20] non vereor; cum dicas esse pares res
[21] Furta [22] latrociniis, et magnis parva mineris
[23] Falce recisurum simili te, si tibi regnum
Permittant homines. [24] Si dives, qui sapiens est,
Et sutor bonus, et solus formosus, et est Rex;
[25] Cur optas quod habes? Non [26] nôsti quid pater, inquit,
[27] Chrysippus dicat: Sapiens crepidas sibi nunquam,
Nec soleas fecit; [28] sutor tamen est sapiens. [29] Quo?
Ut, quamvis tacet Hermogenes, [30] cantor tamen, atque
Optimus est modulator; [31] ut Alfenus vafer, omni
Abjecto instrumento artis, clausaque [32] taberna
Tonsor erat; [33] sapiens operis sic optimus omnis
Est opifex solus, sic rex. [34] Vellunt tibi barbam
Lascivi pueri, quos tu nisi [35] fuste coërces,
Urgeris turba circum te stante, miserque
[36] Rumperis, et latras, magnorum maxime regum.

17 Pœnas parvas parvis, magnas magnis peccatis. 18 Loro dignum.

19 Ut minore supplicio afficias. 20 Non vereor, ne id facias. 21 Furta clanculum fiunt. 22 Latrocinia sunt violentæ direptiones. 23 Cum mineris pœna simili te amputaturum parva cum magnis flagitiis.

24 Irridet Stoïcorum paradoxon, nempe sapientem esse omnia. 25 Cur optas, ut tibi regnum permittant homines? 26 Stoïcus arguit Horatium ignorationis, et inquit, num nôsti? etc. 27 Chrysippus vaferrimus stoïcorum somniorum erat interpres. 28 Potestate, non usu.

29 Quo istud pertinet? 30 Potest tamen canere. 31 Alfenus, non ex sutore ut plerique volunt; sed ex tonsore (testibus Acrone et Alex. ab Alexandro *Genial. dierum* VI, 23.) Jurisconsultus clarissimus evasit. 32 Clausa tonstrina. 33 Ordo est: Sic Sapiens est optimus opifex omnis operis. 34 Adeo stulte loqueris, ô Stoïce, ut te pueri contumeliosi illudant. 35 Nisi abigis baculo tanquam sceptro regio. 36 Rumperis clamore.

Ne longum faciam : dum tu 37 quadrante lavatum
38 Rex ibis, neque te quisquam 39 stipator, ineptum
Præter 40 Crispinum sectabitur, et mihi dulces
Ignoscent, si quid peccavero 41 stultus, amici,
42 Inque vicem illorum patiar delicta libenter,
43 Privatusque magis vivam 44 te rege beatus.

37 Mercede balneatori debita, non à rege, sed ab uno de multis. 38 Non revera rex; sed secundum Stoïcorum opinionem. 39 Comes. 40 Præter Crispinum Stoïcum.
41 Per stultitiam.
42 Et vicissim. 43 Et non rex. 44 Qui te regem putas. *Sensus est :* Quemadmodum sapiens non est dicendus rex, qui unicum habet stipatorem, sic peccata non possunt esse paria, si quædam sint venia digna.

SATYRA IV.

Etsi Lucilium, veteresque comicos græcos secutus sit; se tamen virulentia carere, et veluti paterna castigatione, ad vitia insectanda uti profitetur.

1 Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poëtæ,
Atque alii, quorum Comœdia 2 prisca virorum est,
Si quis erat dignus 3 describi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
4 Famosus, multa cum libertate notabant.
5 Hinc omnis pendet 6 Lucilius, hosce secutus,
7 Mutatis tantum pedibus, numerisque; facetus,
8 Emunctæ naris, durus componere versus.

1 Hi principes fuerunt inter Poëtas veteris Comœdiæ. 2 Comœdia prisca erat paulo maledicentior, quam ut aures hominum ferre possent. 3 Dignus notari. 4 Malæ famæ.
5 Ab illis Poëtis. 6 Lucilius Poëta Romanus, qui illorum priscam Comœdiam, Latinam fecit satyram. 7 Quia Lucilius usus est versibus hexametris, illi jambicis. 8 Acri judicio.

Nam fuit hoc [9] vitiosus : in hora sæpe ducentos,
[10] Ut magnum, versus dictabat, [11] stans pede in uno.
[12] Cum flueret lutulentus, [13] erat quod tollere velles:
Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem,
[14] Scribendi recte; [15] nam ut multum, nil moror. Ecce
Crispinus [16] minimo me provocat : [17] accipe, si vis,
Accipiam tabulas. Detur nobis [18] locus, hora,
[19] Custodes; videamus uter plus scribere possit.
[20] Dî bene fecerunt, inopis me, quodque pusilli
Finxerunt animi, raro et perpauca loquentis.
[21] At tu conclusas [22] hircinis follibus auras,
[23] Usque laborantes dum ferrum molliat ignis,
Ut mavis imitare. Beatus [24] Fannius, [25] ultro
Delatis capsis, et imagine; cum mea nemo
Scripta legat, vulgo recitare [26] timentis, ob hanc rem,
Quod sunt, quos [27] genus hoc minime juvat, utpote plures
Culpari dignos. [28] Quemvis media elige turba
Aut ob avaritiam, aut misera ambitione laborat.

9 In hoc. 10 Tanquam rem magni momenti. 11 Nullo labore, et tempore brevissimo.

12 Cum versus profunderet invenustos. 13 Erat aliquid, quod sumeres, idque imitatione dignum. 14 Ut recte scriberet. 15 Si quis multum scribit, nihili æstimo.

16 Minimo digito, quod est alterum contemptim in certamen provocare. 17 Verba sunt Crispini Horatium provocantis. 18 In quo scribamus. 19 Ne aliena opera utamur. 20 Respondet Horatius.

21 O Crispine. 22 Follibus ex corio hircino factis. 23 Auras semper flantes, Horatius metaphorice significat Crispini versus turgidos fuisse et inanes.

24 Fannius Poëta loquacissimus.

25 Cui non petenti Senatus detulit capsas, quibus libri ejus in Augusti bibliotheca reponerentur, una cum sua imagine, ad memoriam ejus prodendam. 26 Cum nemo legat scripta mei timentis vulgo ea recitare. *Primitivum in possessivo subintelligitur.* 27 Hoc genus poëmatis, scilicet, Satyræ.

28 De medio populo quemvis in medium producito.

[29] Hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum;
[30] Hunc capit argenti splendor: stupet Albius [31] ære:
Hic mutat merces surgente à sole, [32] ad eum quo
Vespertina tepet regio. Quin [33] per mala præceps
Fertur, uti pulvis collectus [34] turbine, ne quid
[35] Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem.
[36] Omnes hi metuunt [37] versus, odere Poëtas:
[38] Fœnum habet in cornu; longe fuge: dummodo risum
[39] Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico;
Et quodcumque semel [40] chartis illeverit, omnes
[41] Gestiet à furno redeuntes scire, [42] lacuque,
Et pueros, et anus. [43] Agedum pauca accipe contra.
Primum ego me illorum, [44] dederim quibus esse Poëtas,
Excerpam numero: neque enim [45] concludere versum
Dixeris esse satis: neque, si quis scribat, uti nos,
[46] Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam.
Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os
Magna sonaturum, [47] des nominis hujus honorem.

29 Alius est adulter, qui matres familias tantum sectatur. 30 Alium vasa argentea delectant. 31 Stupet statuis ex ære Corinthio factis. 32 Ad eum solem, id est, occidentem.

33 Per pericula et vitæ discrimina. 34 Vento. 35 Ne aliquid deminuat de summa, id est, de bonis congestis.

36 Omnes improbi et vitiosi homines. 37 Versus Satyricos 38 Est sermo vulgi in Poëtas, qui acres sunt in homines vitiosos. Metaphora ducta à bove cornu petente, cujus cornibus fœnum alligabant Romani, ut sibi ab illo caverent homines in via forte occurrentes. 39 Dummodo moveat risum profusum sibi, id est, ad suam voluptatem.

40 Quodcumque semel scripserit. 41 Cupiet, ut omnes à pistrino redeuntes sciant. 42 Unde aquam hauriunt.

43 Respondet Horatius ad ea, quæ in Satyrarum scriptores dicta fuerant.

44 Me excerpam numero illorum quos agnosco esse Poëtas. Non dico me esse Poëtam. 45 Versum certis pedibus claudere. 46 Similiora sermoni quotidiano et orationi solutæ, quam versibus. 47 Ut Poëta nominetur.

Idcirco quidam, [48] comœdia, necne, poëma
Esset, [49] quæsivere; quod [50] acer spiritus, ac vis,
Nec verbis, nec rebus inest; nisi quod [51] pede certo
[52] Differt sermoni, [53] sermo merus. [54] At pater ardens
[55] Sævit, quod meretrice [56] nepos insanus amica
Filius, uxorem grandi cum dote recuset,
Ebrius, et magnum quod dedecus, ambulat [57] ante
Noctem [58] cum facibus. Numquid [59] Pomponius istis
[60] Audiret leviora, [61] pater si viveret? ergo
Non satis est puris versum perscribere verbis;
[62] Quem si dissolvas, quivis stomachetur eodem,
Quo [63] personatus, pacto pater. [64] His, ego quæ nunc,
Olim quæ scripsit Lucilius, eripias si
[65] Tempora certa, modosque, et quod prius ordine verbum est,
Posterius facias, præponens ultima primis;
[66] Non, ut si solvas: *postquam discordia tetra*
Belli ferratos postes, portasque refregit;
Invenias etiam [67] disjecti membra Poëtæ.

48 Quæsivere, quia comœdiæ stylus prosæ orationi est similis.

49 Dubitaverunt.

50 Spiritus ardens et vehemens. 51 Ac definito numero. 52 Differt ab oratione soluta. *Differt, pro dissidet cum dativo ponitur.* 53 Solus sermo verbis puris perscriptus.

54 Est antipophora, ad convincendum eorum argumentum, qui dicunt comœdiam merum esse sermonem. 55 Irascitur, ut Demea apud Terentium. 56 Luxuriosus helluo. 57 Claro die. 58 Cum facibus amatores invisebant amasias suas.

59 Pomponius adolescens libidinosus, quem Horatius vellicat quasi aliud agens. 60 Imo, æque aspere objurgaretur. 61 Pomponii pater.

62 Quem versum. 63 Comicus pater, qui patris personam in comœdia sustinet.

64 Si eripias his carminibus, quæ nunc scribo, etc. 65 Syllabarum quantitatem. 66 Non ita invenies, quemadmodum si solvas hunc versum Ennianum, scilic. *Postquam discordia,* etc. 67 Lacerati Poëtæ vestigia.

[68] Hactenus hæc : [69] alias, justum sit, necne, poëma.
Nunc illud tantum [70] quæram, meritone tibi sit
Suspectum genus hoc [71] scribendi. [72] Sulcius acer
Ambulat, et Caprius, [73] rauci male, cumque [74] libellis,
Magnus uterque [75] timor latronibus. At bene si quis,
[76] Et puris vivat manibus, contemnat utrumque.
[77] Ut sis tu similis Cœlî, Byrrhique latronum;
[78] Non ego sim Caprî, neque Sulcî. Cur metuas me?
[79] Nulla taberna meos habeat, neque [80] pila libellos,
[81] Queis manus insudet vulgi, Hermogenisque Tigellî.
[82] Nec recitem cuiquam, nisi amicis, idque [83] coactus.
Non ubivis, coramve quibuslibet. [84] In medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi; [85] quique lavantes:
[86] Suave locus voci resonat conclusus. [87] Inanes
Hoc juvat, haud illud quærentes, num [88] sine sensu,
Tempore num faciant [89] alieno. Lædere gaudes,
Inquis, et hoc [90] studio pravus facis. Unde petitum
[91] Hoc in me jacis? [92] est auctor quis denique eorum,

68 Hactenus utrum satyra et comœdia sint poëma : *quod Horatius non dubitat.* 69 Alio tempore quæremus. 70 Quæram à te, ô Romane. 71 Satyræ vel comœdiæ genus.

72 Accusator acerrimus; sicut et Caprius. 73 Assiduitate agendi valde rauci. 74 Cum libellis accusatoriis, in quibus maleficorum, et nomina et crimina erant scripta. 75 Uterque horribilis latronibus.

76 Vivat manibus à scelere puris. 77 Quamvis tu sis similis Cœli, etc. 78 Si ego sim accusatoribus dissimilis, cur metuas me?

79 Et cur vis metuere, si nulla taberna, etc. 80 Pila est bibliopolarum columna, ad quam prostabant libri venales. 81 Quos vulgus manibus terat et Tigellius unus è vulgo? 82 Et Præterea non recito, etc. 83 Non libenter.

84 Loquitur aliquis, Horatii consuetudinem improbans : At multi sunt, etc. 85 Lavantes in balneis. 86 Locus cameratus in balneis suaviter voci resonat. 87 Leves Poëtas hoc juvat.

88 Stulte. 89 Tempore incongruo.

90 Data opera. 91 Hoc mihi objicis. 92 Denique quis eorum est auctor, id est, delator, cum quibus vixi? Nullus.

Vixi cum quibus? [93] absentem qui rodit amicum;
Qui non defendit alio culpante; [94] solutos
Qui captat risus hominum, famamque [95] dicacis;
[96] Fingere qui non visa potest; [97] commissa tacere
Qui nequit: [98] hic niger est; hunc tu, Romane, caveto.
Sæpe tribus [99] lectis videas cœnare [1] quaternos:
E quibus unus avet, [2] quavis aspergere cunctos,
[3] Præter eum, qui præbet [4] aquam: post, [5] hunc quoque potus,
Condita cum [6] verax aperit præcordia [7] liber.
[8] Hic tibi comis, et urbanus, liberque videtur
[9] Infesto nigris. Ego, si risi, quod ineptus
[10] *Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum*,
[11] Lividus et mordax videor tibi? mentio si qua
De Capitolini furtis injecta [12] Petillî
Te coram fuerit, defendas, ut tuus est mos.
[13] Me Capitolinus [14] convictore usus amicoque,
A puero est, causaque mea permulta rogatus
Fecit, et incolumis lætor quod vivit in urbe:
Sed tamen admiror, quo pacto [15] judicium illud

93 Horatius ostendit qui sint fugiendi tanquam homines perniciosi. 94 Immoderatos risus. 95 Dicax significat jocosum cum mordacitate, Angl. *à scoffing iester*. 96 Qui potest fingere se vidisse, quæ non vidit. 97 Arcana. 98 Hic est perniciosus et infelix.

99 Lectis discubitoriis. 1 Duodecim convivas in uno triclinio. 2 Quavis ratione cunctos dicteriis et salibus aspergere. 3 Præter convivii magistratum. 4 Qui præbet aquam, qua lavarent convivæ. 5 Convivatorem etiam maledictis insectatur, cum potus est. 6 Bacchus veritatem dicere cogit. 7 Bacchus pro vino. 8 Hic, quem proxime descripsi. 9 Videtur comis tibi, qui inimicus es malis.

10 Vide hunc versum supra satyra secunda. 11 Malignus. 12 Petillus cum coronam è Capitolio surripuisset, judicio absolutus est.

13 Defendas his utens verbis; me capit. etc. 14 Conviva et familiari. 15 Quod non sit missus in exilium propter furtum.

Fugerit. [16] Hic nigræ succus loliginis, hæc est
[17] Ærugo mera: [18] quod vitium procul abfore [19] chartis,
Atque animo prius, ut si quid promittere de me
Possum aliud, vere promitto. Liberius si
Dixero quid, si forte jocosius, hoc mihi juris
Cum venia dabis. Insuevit [20] pater optimus hoc me,
[21] Ut fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
Cum me hortaretur, parce, frugaliter, atque
Viverem uti contentus eo, quod mî ipse parasset;
Nonne vides, Albî [22] ut male vivat filius? utque
Barrus inops? [23] magnum documentum, ne [24] patriam (rem
Perdere quis velit. A turpi meretricis amore
Cum deterreret, [25] Sectani dissimilis sis.
Ne sequerer [26] mœchas, concessa cum Venére uti
Possem; deprensi non bella est fama [27] Trebonî,
Aiebat. [28] Sapiens vitatu, quidque petitu
Sit melius, [29] causas reddet tibi: mî satis est, si
[30] Traditum ab antiquis morem servare, tuamque,
Dum [31] custodis eges, vitam famamque tueri
Incolumem possum. [32] Simul ac duraverit ætas
Membra, animumque tuum, [33] nabis sine cortice. Sic me

16 Hujusmodi oratio occulti odii est plenissima: ducta est Metaphysic. ab atramento piscis loliginis, quæ alba est externe, intus autem nigra. 17 Virus et pestis amicitiæ. 18 Vitium maledicentiæ simulata amicitia tectæ. 19 A scriptis et animo meo.

20 Pater meus inserebat hæc bona in me, vel pater meus insuescendo docuit me hoc. 21 Ut quæque vitiorum fugerem, ea vitia notando exemplis.

22 Quomodo in penuria vivat? 23 Qui magno est documento. 24 Rem familiarem à majoribus relictam.

25 Sectanus erat turpis mœchus. 26 Matronas. 27 Trebonius in adulterio fuit deprehensus. 28 Philosophus, inquit Horatii pater, causas tibi reddet. 29 Rationes. 30 Traditam à veteribus consuetudinem servare. 31 Pædagogi. 32 Posteaquam ætas corroboraverit membra. 33 Alienis præceptis.

[34] Formabat puerum dictis; et sive jubebat
Ut facerem quid : [35] habes auctorem, quo facias hoc :
[36] Unum ex judicibus selectis [37] objiciebat.
Sive vetabat : [38] an hoc inhonestum, et inutile factu
Necne sit, addubites, [39] flagret rumore malo cum
Hic, atque ille ? [40] Avidos vicinum funus ut ægros
[41] Exanimat, mortisque metu sibi parcere cogit ;
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitiis. [42] Ex hoc ego sanus ab illis,
Perniciem quæcumque ferunt : mediocribus, et queis
Ignoscas, vitiis [43] teneor. Fortassis et [44] istinc
Largiter abstulerit longa ætas, [45] liber amicus,
[46] Consilium proprium. Neque enim cum [47] lectulus, aut me
Porticus excepit, [48] desum mihi : [49] Rectius hoc est :
Hoc faciens, vivam melius ; [50] sic dulcis amicis
Occurram : [51] hoc quidam non belle : numquid ego illi
[52] Imprudens olim faciam simile ? Hæc ego mecum
[53] Compressis agito labris : ubi quid datur otî,

non egebis : Metaph. ducta à pueris, qui corticis ope natare discunt. 34 Sic me pater erudiebat. 35 *Sunt verba patris sui.* 36 Unum ex equestri ordine, unde judices eligebantur. 37 Ante oculos ponebat.

38 *Dicebat pater*, an hoc, etc. 39 Cum laboret publica infamia hic atque ille ?

40 Adeo intemperantes, ut quosvis cibos sine discrimine vorent. 41 Quemadmodum mors vicini terret ægros avidos ; sic, etc.

42 Ex hoc patre, ejusque præceptis.

43 Obnoxius sum fortasse vitiis parvis et quibus ignoscere debes.

44 Ab his vitiis mediocribus. 45 Amicus libere vitia nostra, etiam occultissima, exagitat. 46 Consilium, quod quisque suapte sponte capit.

47 Cum in lectulo jaceo, vel in porticu deambulo. 48 Negligo quod mei est officii. 49 *Hæc tacitus mecum loquor.* 50 Sic, id est, si illud faciam, etc. 51 Hoc quidam non fecit belle. 52 Faciam insciens ? Dii prohibeant.

53 Hæc tacitus mecum agito.

[54] Illudo chartis. Hoc est mediocribus illis
Ex vitiis unum; cui si [55] concedere nolis,
[56] Multa Poëtarum veniat manus, auxilio quæ
Sit mihi (nam [57] multo plures sumus) ac veluti te
[58] Judæi, cogemus in hanc concedere [59] turbam.

54 Mando litteris, et ludibundus Satyras scribo. 55 Ignoscere. 56 Innumera Poëtarum multitudo venire debet nobis auxilio. 57 Sumus valde multi. 58 Judæi sub imperio Octaviani, Romæ cogebant multos in suam religionem transire. 59 In hanc Poëtarum multitudinem.

SATYRA V.

Itineris sui ab urbe, Brundusium usque; simul scurrarum duorum facetæ contentionis descriptio.

EGRESSUM magna me accipit [1] Aricia Roma,
Hospitio modico: rhetor [2] comes Heliodorus,
Græcorum longe doctissimus. [3] Inde Forum Appî,
[4] Differtum nautis, cauponibus atque [5] malignis.
Hoc iter ignavi [6] divisimus, altius ac nos
[7] Præcinctis [8] unum. Minus est [9] gravis Appia tardis.
Hîc ego, [10] propter aquam, quod erat deterrima, ventri
[11] Indico bellum, cœnantes [12] haud animo æquo
Exspectans comites. [13] Jam nox inducere terris
Umbras et cœlo diffundere [14] signa parabat:

1 Aricia, parva civitas in via Appia, distans ab urbe Roma stadia CLX. 2 *Facundus comes, in via pro vehiculo est.*

3 Inde venimus ad mercatum Appii oppidi. 4 Nautis refertum et plenum. 5 Caupones, res quas vendunt, maligna mensura metiri consueverunt.

6 Biduo confecimus. 7 Expeditis viatoribus. 8 Unius diei iter.

9 Est via Appia minus laboriosa tarde ambulantibus, propter diversoriorum frequentiam. 10 Propter aquam palustrem et fœtidam. 11 Non cœno. 12 Gravate.

13 Jam nox appropinquabat. 14 Si-

[15] Tum pueri nautis, pueris convicia nautæ
[16] Ingerere. [17] Huc appelle. [18] Trecentos inseris : ohe!
Jam satis est. [19] Dum æs exigitur, dum [20] mula ligatur,
Tota abit hora. [21] Mali culices, ranæque palustres
[22] Avertunt somnos. Absentem cantat amicam
Multa prolutus [23] vappa nauta, atque [24] viator
[25] Certatim. Tandem fessus dormire viator
Incipit; ac missæ pastum [26] retinacula mulæ
Nauta piger [27] saxo religat, stertitque supinus.
Jamque dies aderat, cum nil procedere lintrem
Sentimus; donec [28] cerebrosus prosilit unus,
Ac mulæ nautæque caput, lumbosque, saligno
Fuste [29] dolat. Quarta vix demum [30] exponimur hora.
Ora, manusque tua lavimus, [31] Feronia, lympha.
Millia tum pransi tria [32] repimus, atque subimus
Impositum saxis late candentibus [33] Anxur.
Huc venturus erat Mæcenas optimus, atque
[34] Cocceius, missi magnis de rebus uterque

dera et stellas spargere. 15 Tum servi. 16 Ingerebant.

17 Huc navem applica. *Verba sunt servorum à dominis præmissorum.*

18 Nimis multos in navim imponis.

19 Dum naulum à nautis petitur. 20 Mula quæ navim è ripa contra aquam traheret. 21 Molesti culices.

22 Depellunt somnos.

23 Plenus vino malo, vide supra Sat. 1. 24 Viator qui mulam moderabatur.

25 Contentiose, uter præcelleret in amicæ laudibus decantandis.

26 Funes, quibus mula trahebat navim. 27 Ne navis per paludes vagaretur. 28 Temere irascens et iracundiam celeriter deponens. Angl. *braine sicke.* 29 Verberat.

30 Exponimur è nave, id est, transfretamur. 31 Apostrophe est ad Feroniam Deam, ex cujus sacro fonte, sumpta aqua; manus et ora abluebant prandium sumpturi.

32 Lente ambulamus propter loci acclivitatem et stomachi repletionem. 33 Anxur, Volscorum oppidum prominens in mare.

34 Jurisconsultus, quem M. Antonius miserat ad Augustum.

Legati, [35] aversos soliti componere amicos.
Hîc oculis ego nigra meis [36] collyria lippus
[37] Illinere. Interea Mæcenas advenit, atque
Cocceïus, Capitoque simul Fonteïus, [38] ad unguem
Factus homo, [39] Antonî, non ut magis alter, amicus.
[40] Fundos, Aufidio Lusco Prætore, libenter
Linquimus, [41] insani ridentes præmia scribæ,
[42] Prætextam, et latum [43] clavum, prunæque [44] batillum.
[45] In Mamurrarum lassi deinde urbe manemus,
Murena præbente [46] domum, Capitone [47] culinam.
Postera lux oritur multo gratissima: namque
Plotius, et Varius [48] Sinuessæ, Virgiliusque
Occurrunt; [49] animæ, quales neque [50] candidiores
Terra tulit, [51] neque queis me sit devinctior alter.
O, qui complexus, et gaudia quanta fuerunt!
Nil ego contulerim jucundo [52] sanus amico.
[53] Proxima Campano ponti quæ villula, [54] tectum
Præbuit, et [55] parochi, quæ debent, ligna, salemque.

35 Amicos dissidentes placare.

36 Oculorum medicamenta. 37 Illinebam.

38 Homo absolutus et perfectus. 39 Ita Antonii amicus, ut non alius magis.

40 Oppidum in via Appia dextrorsum. 41 Scribæ superbientis ob Præturam, in qua se gessit insolenter, dignitatis insignibus ornatus in Fundis, parvo municipio quasi Romæ Prætor fuisset. 42 Togam Prætoriam. 43 Vestem Senatoriam latis clavis ornatam. 44 Foculum, in quo sub adventum hospitum, vel convivarum suavis suffitus fiat.

45 In Formiis, ubi natus est Mamurra eques Romanus nobilissimus. 46 Hospitium sive tectum. 47 Cœnam dante Capitone.

48 Sinuessa est civitas ad Lirim fluvium, clara ob vini copiam. 49 Homines tales. 50 Innocentiores, integriores. 51 Et quibus non sit alter me devinctior.

52 Quamdiu sanæ memoria sum, ego nihil conferendum putabo cum dulci amico. 53 Villula quæ proxima est, etc. 54 Tecto nos recipit. 55 Parochi præbuerunt ligna, etc. Parochorum erat munus, legatis publice missis res necessarias suppeditare.

[56] Hinc muli Capuæ clitellas [57] tempore ponunt.
[58] Lusum it Mæcenas, dormitum [59] ego Virgiliusque :
Namque pila lippis inimicum, et ludere [60] crudis.
[61] Hinc nos [62] Cocceii recipit [63] plenissima villa,
Quæ super est Claudî cauponas. [64] Nunc mihi paucis
Sarmenti scurræ pugnam Messîque Cicirri,
Musa, velim memores; [65] et quo patre natus uterque
[66] Contulerit lites. [67] Messî clarum genus Osci;
Sarmenti [68] domina exstat. [69] Ab his majoribus orti
Ad pugnam venere. [70] Prior Sarmentus : Equi te
Esse [71] feri similem dico. Ridemus : et ipse
[72] Messius, accipio; [73] caput et movet. [74] O, tua cornu
Ni foret [75] exsecto frons, inquit, quid faceres, cum
[76] Sic mutilus minitaris? At [77] illi fœda cicatrix
[78] Setosam [79] lævi frontem turpaverat oris.
[80] Campanum in morbum, in faciem permulta jocatus,

56 Ab hac villula. 57 Tempori, tempestive, ita ut Capuæ pernoctarent.

58 Pila palmaria. 59 *Lippus erat Horatius, Virgilius κακοστόμαχος.* 60 Vehemens exercitatio cibaria male decoquentibus plurimum nocet. 61 A villula Capuana. 62 Villa, quam Cocceius condidit. 63 Villa copiosissima, quæ est supra cauponas Claudii oppidi ab Appio Claudio conditi. Vel, ut alii volunt, Caudi, à Caudio urbe, juxta quam, Romani victi, missique sub jugum fuerant.

64 *Facete in re ridicula Horatius invocat Musas:* 65 Quo genere natus. 66 Litigârint. 67 Osci (populi Italiæ turpissimi), erant clarum genus Messii. *Satis ironice dictum.* 68 Ergo Sarmentus servus fuerat, et adhuc vix liber erat. 69 Ab obscœnis et obscuris parentibus orti.

70 Sarmentus loquitur, dico, etc. 71 Indomiti et grandis equi te similem dico. 72 Messius respondens, accipio (inquit) convicium, quo me proscindis. 73 Caput agitat, quasi minitans Sarmento.

74 Sarmentus Messium acerbius deridet. 75 Cornu exsectum apparebat ex insigni cicatrice, qua frons erat deformata. *Notat fortasse vestigium exsectæ verrucæ.* 76 Quasi bos mutilatus. 77 Cicirro. 78 Impolitam et hirsutam frontem. 79 Ex sinistra parte faciei.

80 In magnas verrucas, quæ instar cornuum innascebantur in fronte gentis Campanæ.

Pastorem saltaret uti [81] Cyclopa, rogabat:
Nil illi [82] larva, aut tragicis opus esse [83] cothurnis.
[84] Multa Cicirrus ad hæc: donasset jamne [85] catenam
[86] Ex voto Laribus, quærebat: scriba quod esset,
[87] Deterius nihilo dominæ jus esse. Rogabat
Denique, cur unquam [88] fugisset, cui [89] satis una
Farris libra foret, gracili sic, tamque pusillo.
Prorsus jucunde cœnam produximus illam.
Tendimus hinc recta [90] Beneventum, ubi [91] sedulus hospes
Pene arsit, macros dum turdos versat in igne:
Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
[92] Vulcano, summum properabat [93] lambere tectum.
Convivas avidos cœnam, servosque timentes
[94] Tum rapere, atque omnes restinguere velle [95] videres.
Incipit ex illo montes Apulia [96] notos
Ostentare mihi, quos torret [97] Atabulus, et quos
Nunquam [98] erepsemus, nisi nos vicina [99] Trivici
Villa recepisset [1] lacrymoso non sine fumo,
[2] Udos cum foliis ramos urente camino.

81 Ut saltando exprimeret Polyphemum. 82 Propter fœdam cicatricem et faciei hirsutiem. 83 Propter magnam corporis staturam.

84 Multa Cicirrus dixit in Sarmentum. 85 Catenam, qua fuerat ligatus quasi servus, et qua jam manumissus, fuerat liberatus. 86 Rogabat num à foco Diis Laribus sacro catenam suspendisset. 87 Nihilominus servum esse. 88 Quod à domina sua nimis parcè aleretur. 89 Ad diurnum victum.

90 Urbem in agro Samnitum. 91 Hospes diligens et officiosus. 92 Igni disperso. 93 Contingere.

94 Rapere è flamma, ut cœnam servarent. 95 Videre licebat.

96 Noti erant illi montes Horatio, quia ipse natus est in Apulia. 97 Ventus Apuliæ infestus. 98 Nunquam erepsissemus, id est, transivissemus. 99 Trivicum, oppidum est in finibus Campaniæ. 1 Fumo lacrymas excutiente. 2 Ramos humidos, vel virides.

Hic ego [3] mendacem stultissimus usque puellam
Ad mediam noctem exspecto; [4] somnus tamen aufert
[5] Intentum Veneri : tum immundo somnia [6] visu
[7] Nocturnam vestem maculant, ventremque supinum.
Quatuor [8] hinc rapimur viginti et millia rhedis,
Mansuri [9] oppidulo, quod versu dicere [10] non est,
[11] Signis perfacile est. [12] Venit vilissima rerum
Hic aqua; sed panis longe pulcherrimus, ultra
[13] Callidus ut soleat humeris [14] portare viator;
[15] Nam Canusî lapidosus, aquæ non ditior [16] urna,
Qui locus à forti Diomede est conditus olim.
Flentibus hic Varius [17] discedit mœstus amicis.
Inde [18] Rubos fessi pervenimus, utpote longum
Carpentes iter, et factum [19] corruptius imbri.
[20] Postera tempestas melior; [21] via pejor, ad usque
[22] Barî mœnia piscosi. Dehinc [23] Gnatia lymphis
[24] Iratis exstructa dedit risusque, jocosque;
Dum [25] flamma sine thura [26] liquescere limine sacro

3 Puellam, quæ promissis non stetit. 4 Somnus me opprimit. 5 Animo et corpore. 6 Visione aliqua et specie animo oblata. 7 Seminis eruptione, quæ fit in somno.

8 A villa Trivici celeriter vehimur rhedis. 9 Equotutio. 10 Non licet, quia in versu hexametro hæc dictio *Equotutium* stare non potest. 11 Per signa hoc oppidum describere.

12 Aqua venditur. 13 Viator providus. 14 Panem portare. 15 Canusii, oppidi Apuliæ, durus est panis. 16 Non ditior, id est, haud multo magis abundans aqua, quam Equotutium. Versum subsequentem, *qui locus, etc.* spurium censent Bentl. et Sanado.

17 Discedit ad castra Cæsaris cum Mæcenate et Cocceïo.

18 Oppidum Campaniæ. 19 Nobis molestius propter pluviam.

20 Postera dies magis est serena. 21 Post pluviam. 22 Barium est oppidum Apuliæ, quod à mari alluitur.

23 Gnatia est oppidum Salentinum. 24 Propter magnam in eo oppido dulcis aquæ penuriam. 25 Sine igne. 26 Incendi et absumi in primo templi aditu.

Persuadere [27] cupit. [28] Credat Judæus [29] Apella,
Non ego; namque Deos [30] didici [31] securum agere ævum,
Nec, si quid miri faciat natura, Deos id
[32] Tristes ex alto cœli [33] demittere tecto.
[34] Brundusium longæ finis chartæque viæque est.

27 Dum Gnatia cupit, id est, populus Gnatiæ. 28 Credat Judæus sacrificium sine igne absumi. 29 Judæus recutitus et circumcisus; vel Judæi cujusdam proprium nomen. 30 Didici ab Epicuro. 31 Sine cura rerum humanarum. 32 Deos sollicitos aut iratos. 33 Demittere in terras.

34 Brundusium finem fecit longi itineris et hujus sermonis.

SATYRA VI.

Falsum populi Romani de nobilitate judicium reprehendit. Virtutis et mediocris fortunæ laudatio.

[1] Non, quia, Mæcenas, Lydorum quidquid Etruscos
Incoluit fines, nemo generosior est te;
Nec, quod avus tibi maternus fuit atque paternus,
Olim qui [2] magnis legionibus imperitarent;
[3] Ut plerique solent, [4] naso suspendis adunco
[5] Ignotos, ut me [6] libertino patre natum:
Cum [7] referre negas, quali sit quisque parente
Natus, dum [8] ingenuus. Persuades hoc tibi vere,
Ante potestatem [9] Tullî, atque ignobile regnum,

1 O Mæcenas, non ideo suspendis ignotos naso adunco, quia generosior est te nemo omnium Lydorum, qui Etruriam incoluerunt. 2 Legionibus plenis, quæ decem cohortibus constabant. 3 Ut solent tumidi, claris parentibus orti. 4 Vafre derides. 5 Ignobiles et infimæ sortis homines. 6 Libertinus est filius liberti, id est, servi manumissi. 7 Interesse negas. 8 Dum bonis moribus est imbutus, et cujus pater servitutem non servivit.

9 Ante potestatem Tullii sexti regis Romanorum ex serva captiva nati, cujus regnum idcirco appellat ignobile, regnavit tamen optime.

Multos sæpe viros [10] nullis majoribus ortos
Et vixisse probos, amplis et honoribus auctos:
Contra, Lævinum, [11] Valerî genus, [12] unde Superbus
Tarquinius regno pulsus fugit, unius assis
Non unquam pretio pluris [13] licuisse, [14] notante
Judice, quem nôsti, populo; [15] qui stultus honores
Sæpe dat indignis, et [16] famæ servit ineptus;
Qui stupet in titulis, et [17] imaginibus. [18] Quid oportet
Nos facere, à vulgo longe lateque remotos?
[19] Namque esto, populus [20] Lævino mallet honorem,
Quam Decio mandare [21] novo; censorque [22] moveret
Appius, ingenuo si non essem patre natus;
[23] Vel merito, quoniam in propria non [24] pelle quiêssem.
[25] Sed fulgente trahit constrictos [26] gloria curru
[27] Non minus ignotos generosis. [28] Quo tibi, Tilli,
[29] Sumere depositum clavum, fierique [30] Tribuno?
Invidia accrevit, [31] privato quæ minor esset.
Nam [32] ut quisque [33] insanus nigris medium impediit crus
[34] Pellibus, et latum demisit pectore [35] clavum;

10 Obscuris. 11 Valerii Publicolæ filium. 12 A quo, cum Junio Bruto, Tarquinius pulsus fugit: non *fuit*, ut quidam volunt. Vide Bentl. 13 Æstimatum esse. 14 Populo judicante.

15 Stultus populus nullo consilio ductus. 16 Generis splendori. 17 Majorum statuis, antiquitatis testibus.

18 Qui populo sumus sapientiores? 19 Demus quod populus mallet, etc. 20 Homini nobilissimo. 21 Ignobili familia nato. 22 A petendo magistratu me ut indignum summoveret. 23 Atque id valde merito. 24 In proprio statu: ducta Metaph. ab asino Cumano pellem leonis induente.

25 Aurato curru quasi vinctos.

26 Gloriæ cupiditas. 27 Ignobiles æque ac nobiles.

28 Quo tibi profuit? 29 Recipere Senatoriam vestem, id est, dignitatem tibi à Cæsare ademptam. 30 Militum?

31 Nullam dignitatem habenti.

32 Statim ut. 33 Ideo insanus, quia ignobilis et obscurus homo insignia senatoria sibi sumat. 34 Calceis senatoriis usque ad medium crus subductis. 35 Tunicam lati clavi, cui lati clavi

[36] Audit continuo: quis homo hic est? quo patre natus?
[37] Ut, si qui ægrotet quo morbo [38] Barrus, haberi
Et cupiat formosus, eat quacumque, puellis
Injiciat curam quærendi singula: quali
Sit facie, sura quali, pede, dente, capillo:
Sic, qui promittit cives, urbem, sibi curæ
Imperium fore, et Italiam, et delubra Deorum;
Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,
Omnes mortales curare, et [39] quærere cogit.
[40] Tune Syri, Damæ, aut Dionysî [41] filius, audes
[42] Dejicere è saxo cives, aut tradere [43] Cadmo?
[44] At Novius collega gradu post me sedet uno;
Namque est [45] ille, pater quod erat meus. [46] Hoc tibi Paulus,
Et Messala videris? at hic, si plaustra ducenta,
Concurrantque foro tria funera, [47] magna sonabit
Cornua quod vincatque tubas: [48] saltem tenet hoc nos.
Nunc ad me redeo, libertino patre natum,
Quem [49] rodunt omnes libertino patre natum;
[50] Nunc, quia sum tibi, Mæcenas, [51] convictor: [52] at olim

erant assuti: quod erat insigne majorum magistratuum. 36 A populo. 37 Si quis ægrotet animi morbo, scilicet adulterandi studio. 38 Homo nimis comptus et mulierosus. 39 Cogit curiose percontari de se et suis natalibus.

40 Apostrophe populi Romani in ignobiles ad honores et imperium evectos. 41 E servo quopiam natus. 42 Audes præcipitare è saxo Tarpeïo noxium et damnatum? id est, audes tu tribunatu fungi? 43 Tradere carnifici. 44 Respondet filius Damæ, dicens collegam suum se esse ignobiliorem. 45 Est ille libertus, cum ego sim libertinus.

46 In hoc quod collega tuo sis superior, videris esse nobilis ut Paulus, *sunt verba Horatii, vel alius civis Romani.* 47 Vocem edit, quæ omnem strepitum vincat. 48 Quæ vocis magnitudo facit nos sustinere ejus ignobilitatem. 49 Omnes clanculum mordent. 50 Nunc me mordent. 51 Sim tibi familiaris et conviva. 52 Olim mordebant.

[53] Quod mihi pareret legio Romana Tribuno.
[54] Dissimile hoc illi est; quia non ut [55] forsit [56] honorem
Jure mihi [57] invideat quivis, ita te quoque [58] amicum;
Præsertim [59] cautum dignos assumere, prava
Ambitione procul. Felicem dicere [60] non hoc
Me possum casu, quod te [61] sortitus amicum.
Nulla etenim mihi te fors obtulit. Optimus olim
Virgilius, post hunc Varius, dixere quid essem.
[62] Ut veni coram, [63] singultim pauca locutus,
[64] Infans namque pudor prohibebat plura profari,
[65] Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me [66] Satureiano vectari rura caballo;
Sed, quod eram, narro. [67] Respondes, ut tuus est mos,
Pauca. Abeo, et revocas nono post mense, jubesque
Esse in amicorum numero. Magnum hoc ego duco,
Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum,
[68] Non patre præclaro, sed vita et pectore puro.
Atqui si vitiis [69] mediocribus, ac mea paucis
Mendosa est natura, alioqui recta (velut si
Egregio inspersos reprêndas corpore nævos)
Si neque avaritiam, neque sordes, [70] aut mala lustra
Objiciet vere quisquam mihi; [71] purus, et insons,

53 Quia tribunus militum fui.

54 Dissimile est Tribunum militum olim fuisse, et tibi hodie familiarem esse. 55 Fortasse. 56 Honor nonnunquam mandatur indignis. 57 Invidere possit. 58 Tuo judicio electum, non fortuito. 59 Consideratum.

60 Nec hac sorte possum prædicare me felicem. 61 Quod nactus sim te amicum.

62 Postquam. 63 Sermone interrupto. 64 Pudor elinguis. 65 Ego non narro. 66 Equo in Satureianis, id est, Appulis pascuis nato.

67 Tu, ô Mæcenas, respondes pauca.

68 Non generis splendore, sed vitæ probitate.

69 Vitiis parvis. 70 Lupanaria, fornices. 71 Si vivo animo puro et vita integra.

Ut me collaudem, si et vivo carus amicis;
[72] Causa fuit pater his, [73] qui macro pauper agello
Noluit [74] in Flavî ludum me mittere; [75] magni
Quo pueri magnis è Centurionibus orti,
Lævo [76] suspensi loculos, [77] tabulamque lacerto
Ibant [78] octonis referentes Idibus [79] æra.
[80] Sed puerum est ausus Romam [81] portare, docendum
Artes, quas doceat quivis eques, atque Senator
[82] Semet prognatos. [83] Vestem, servosque sequentes
In magno ut populo si quis vidisset, [84] avita
Ex re præberi sumptus mihi crederet illos.
[85] Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum doctores aderat. Quid multa? [86] pudicum,
Qui primus virtutis honos, servavit ab omni
Non solum facto, verum [87] opprobrio quoque turpi:
Nec timuit sibi ne vitio quis verteret, [88] olim
[89] Si præco parvas, aut, ut fuit ipse, coactor
Mercedes sequerer; [90] neque ego essem questus. [91] Ad (hoc nunc
Laus illi debetur, et à me gratia major.
Nil me [92] pœniteat sanum patris hujus: [93] eoque

72 Harum virtutum pater mihi causa fuit. 73 Qui quamvis esset pauper macro agello. 74 In ludum Flavii calculatoris, qui artem Arithmeticam docebat. 75 Magnis patribus nati. 76 Habentes loculos suspensos. 77 In qua tabula numerare discunt. 78 Idibus, quorum octo sunt dies. 79 Mercedem Flavio numerandi magistro datam.

80 Sed me puerum. 81 Propter teneram ætatem. 82 Filios, vel pronepotes suos. 83 Adeo ut si quis vestitum et comitatum meum in turba vidisset. 84 Ex avito patrimonio. 85 Pater meus.

86 Verecundum. 87 Maledicto. 88 Aliquando. 89 Si me ad hoc instituisset, ut præco fuissem, vel coactor, id est, publicanorum minister.

90 Si me fecisset præconem, aut coactorem.

91 Plerique editores ac codices hic dissentiunt: alii, *ad hæc*, alii *ob hoc*, quidam *ad hoc*, quam versionem, Acrone probante, elegimus.

92 Nil me pœnitere debet, quamdiu sanus sum. 93 Atque ideo.

[94] Non, ut magna dolo factum negat esse suo pars,
Quod non ingenuos habeat, clarosque parentes,
Sic me defendam. Longe mea discrepat istis
Et vox, et ratio. Nam si natura juberet
A certis annis ævum [95] remeare peractum,
Atque alios [96] legere ad fastum quoscumque parentes
[97] Optaret sibi quisque, meis contentus, [98] honestos
Fascibus et sellis, nolim mihi sumere : demens
Judicio vulgi, sanus fortasse tuo, quod
Nollem [99] onus, haud unquam solitus, portare molestum.
Nam mihi continuo major quærenda foret [1] res,
[2] Atque salutandi plures; ducendus et unus,
[3] Et comes alter, uti ne solus, rusve, peregreve
Exirem; plures calones atque caballi
Pascendi; ducenda [4] petorrita. Nunc mihi [5] curto
Ire licet mulo, vel, si libet, usque Tarentum,
[6] Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques [7] armos.
Objiciet nemo [8] sordes mihi, quas tibi, [9] Tilli,
Cum [10] Tiburte via Prætorem quinque sequuntur
Te pueri [11] lasanum portantes, [12] œnophorumque.
[13] Hoc ego commodius, quam tu, præclare Senator,
Multis atque aliis vivo. Quacumque [14] libido est,

94 Non sic me defendam, ut magna pars quæ negat suo vitio et culpa, etc.

95 Repuerascere. 96 Eligere ad ostentationem. 97 Ut alios parentes quisque sibi optaret, ego meis contentus, nolim, etc. 98 Parentes ornatos magistratuum insignibus. 99 Nobilitatis onus. 1 Divitiæ et opes. 2 Suffragiorum, vel ambitionis causa. 3 Honoris gratia. 4 Vehicula Gallica. 5 Mulo qui caudam habet decurtatam. 6 Pera, in qua res necessariæ ferebantur. 7 Sessor.

8 Avaritiam, vel ignobilitatem. 9 De quo superius. 10 Via, quæ Tibur ducit. 11 Vas in quo alvus exoneratur. Angl. *a close stool.* 12 Vas, in quo vinum ferebatur. 13 In hac re multisque aliis. 14 Voluntas.

Incedo solus : percontor [15] quanti olus, ac far :
[16] Fallacem Circum, [17] vespertinumque pererro
Sæpe forum : [18] assisto divinis : inde domum me
Ad porri, et ciceris refero, [19] laganique catinum.
Cœna ministratur [20] pueris tribus ; et [21] lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet : [22] adstat echinus
[23] Vilis, cum patera [24] guttus, [25] Campana supellex.
Deinde eo dormitum, non sollicitus, mihi quod cras
Surgendum sit mane, [26] obeundus Marsya, qui se
Vultum ferre negat Noviorum posse [27] minoris.
[28] Ad quartam jaceo; post hanc vagor, aut ego [29] lecto,
Aut scripto, quod me tacitum juvet. Ungor [30] olivo,
Non quo fraudatis immundus [31] Natta lucernis.
Ast ubi me fessum Sol [32] acrior ire lavatum
Admonuit, [33] fugio rabiosi tempora [34] signi.
Pransus [35] non avide, quantum [36] interpellet inani
Ventre diem durare, [37] domesticus otior. Hæc est
Vita solutorum misera ambitione, gravique.

15 Quanti venditur olus. 16 In circo fallaces Astrologi et somniorum interpretes erant frequentes. 17 Vesperi. 18 Intersum rebus divinis, vel rerum futurarum divinatoribus, nempe in circo. 19 Oleris catinum.

20 A pueris tribus. 21 Mensa marmorea. 22 Adstat mihi cœnanti echinus, id est, vas fictile, sic nominatum à similitudine echini marini. 23 Parvi pretii. 24 Ex gutto vinum guttatim seu minutatim fundebatur. 25 Vasa fictilia, in Campania facta.

26 Obeunda prima pars fori, ubi posita est statua Marsyæ in litigatorum terrorem. 27 Duorum fratrum Noviorum junior erat improbissimus litigator, qui ad hanc statuam summo mane turpissime fœnerabatur. 28 Ad horam quartam. 29 Lectito aut scriptito.

30 Oleo, non ex lucernis detracto. 31 Sordidus quidam Romanus. 32 Sol calidior. 33 Ex auctoritate veteris codicis, Bentleius sic hunc versum dat : *admonuit, fugio Campum, lusumque trigonem.* 34 Caniculæ.

35 Pransus moderate et parce. 36 Quantum non sinat me integrum diem inani ventre permanere. 37 Domi otium ago.

[38] His me consolor, victurus suavius, [39] ac si
Quæstor avus, pater atque meus, patruusque fuisset.

38 Hac vita me consolor. 39 Suavius quam si è familia essem senatoria.

SATYRA VII.

Rixam Rupilii cognomento Regis cum Græculo quodam Persico describit.

PROSCRIPTI [1] Regis Rupilî [2] pus atque venenum,
[3] Hybrida quo pacto sit Persius ultus, opinor
Omnibus et [4] lippis notum, et [5] tonsoribus esse.
Persius hic permagna negotia dives habebat
[6] Clazomenis, etiam lites cum [7] Rege molestas;
[8] Durus homo, atque [9] odio qui posset vincere Regem;
[10] Confidens, [11] tumidusque; adeo sermonis amari,
[12] Sisennas, Barros, [13] ut equis præcurreret albis.
Ad Regem redeo. Postquam nihil inter utrumque
Convenit ([14] hoc etenim sunt omnes jure molesti,
Quo fortes, quibus adversum bellum incidit. Inter
Hectora [15] Priamiden, animosumque inter Achillem,
Ira fuit capitalis, [16] ut ultima divideret mors:

1 Inter Rupilium cognomento Regem et Persium quemdam natione Græcum molestæ lites extiterunt. Rupilius ab Augusto in triumviratu proscriptus fugit ad Brutum, ubi Horatio tunc tribuno militum ignobilitatem exprobrâsse ferunt, qui nunc eam contumeliam ulcisci contendit.

2 Pus venenosum, id est, pestiferam maledicentiam. 3 Hybrida ex patre Asiatico et matre Rom. natus. Angl. *a mongrell.* 4 Lippi ad se alliciunt loquaces. 5 Apud tonsores multas diei horas conterunt loquaces.

6 Urbe Asiæ. 7 Cum Rege Rupilio. 8 Duræ cervicis homo. 9 Orationis acerbitate. 10 Audax. 11 Superbus. 12 Nobilissimos conviciatores. 13 Ut longe superaret. *Equi albi dicuntur omnium celerrimi.*

14 Omnes molesti eo sunt jure, quo fortes, id est, eamdem sibi libertatem vendicant. 15 Priami filium. 16 Ut sola mors litem dirimeret.

Non aliam ob causam, nisi quod virtus in utroque
Summa fuit. [17] Duo si discordia vexet inertes,
Aut si [18] disparibus bellum incidat, ut Diomedi
Cum [19] Lycio Glauco; discedat pigrior, ultro
Muneribus missis) Bruto Prætore [20] tenente
Ditem Asiam, Rupilî, et Persî par [21] pugnat; uti non
[22] Compositus melius [23] cum Bitho Bacchius: in jus
Acres [24] procurrunt, magnum [25] spectaculum uterque.
Persius exponit [26] causam: ridetur ab omni
Conventu; laudat Brutum, laudatque cohortem:
Solem Asiæ Brutum appellat, stellasque salubres
Appellat [27] comites, [28] excepto Rege: [29] Canem illum,
Invisum agricolis sidus venisse. [30] Ruebat,
Flumen ut hybernum, [31] fertur quo rara securis.
Tum [32] Prænestinus salso, multumque fluenti
[33] Expressa arbusto [34] regerit convicia, [35] durus
Vindemiator, et invictus, cui sæpe [36] viator
Cessisset, magna compellans voce [37] cucullum.
At Græcus, postquam est Italo perfusus [38] aceto,
Persius, exclamat: Per magnos, Brute, Deos te

17 Duos ignavos. 18 Forti et ignavo. 19 Glaucus ignavior, ultro Diomedi, ut ab armis discederet, munera misit aurea pro æreis. 20 Bruto Asiam occupante. 21 Verbis acerbe contendit. 22 In certamen congressurus. 23 Bithus et Bacchius erant par Gladiatorum.

24 Currunt in publicum. 25 Spectaculum theatri et judicii.

26 Causam suam. 27 Comites Bruti. 28 Præter Rupilium Regem. 29 Caniculam pestiferam, sidus horribile.

30 Inconsulte dicebat. 31 Quo frondator raro pertingit, ut ligna cædat. 32 Rupilius Rex, Præneste natus. 33 Convicia deprompta ex pectore mordaci et copioso. 34 Retorquet. 35 Ut durus vinitor. 36 Viator prius de via vindemiatori conviciatus, coactus est cedere. 37 Deridens vinitorem, et eum appellans avem pigram ac nidi sui obliviscentem.

38 Aspersus mordacitate Italica.

Oro, qui [39] reges consuêris tollere; cur non
Hunc Regem jugulas? operum [40] hoc, mihi crede, tuorum est.

39 Julium Cæsarem. 40 Hunc Rupilium Regem jugulare, ad te pertinet.

SATYRA VIII.

Priapum Deum, Custodem hortorum, inducit querentem de Canidia et Sagana veneficis, et quæ ab illis in occulto fierent, describentem.

[1] OLIM truncus eram [2] ficulnus, [3] inutile lignum;
Cum faber, [4] incertus, scamnum faceretne Priapum,
Maluit esse Deum. Deus inde ego furum, aviumque
Maxima [5] formido; nam fures [6] dextra coërcet,
Obscœnoque ruber porrectus ab inguine [7] palus:
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque novis [8] considere in hortis.
[9] Huc prius angustis ejecta [10] cadavera cellis
Conservus vili portanda locabat [11] in arca.
Hoc miseræ plebi [12] stabat commune sepulchrum,
[13] Pantolabo scurræ, Nomentanoque [14] nepoti:
Mille pedes [15] in fronte, trecentos [16] cippus in [17] agrum

1 Ego Priapus olim truncus eram. 2 Truncus fici arboris. 3 Lignum nullam ad rem utile. 4 Dubius.

5 Sum formido. 6 Dextra, quæ falcem tenet. 7 Penis ex palo factus. 8 In hortis nuper satis, vel nuper à Mæcenate institutis.

9 Ad hunc locum, *ubi Priapus stabat.* 10 Cadavera inopum et plebeiorum hominum. 11 Non in ornato feretro.

12 Constitutum est sepulchrum. 13 Pantolabus universum patrimonium abligurrierat. 14 Luxurioso, qui rem suam familiarem turpiter consumpserat. 15 In latitudinem. 16 Cippus est lapis in agro erectus, in quo incisa erat formula verborum, quibus testatores declarabant, se certum loci spatium è suis agris excipere, quod vel Reip. vel alicui familiæ relinquerent. 17 In longitudinem.

[18] Hic dabat, [19] hæredes monumentum ne sequeretur.
Nunc licet [20] Esquiliis habitare [21] salubribus, atque
[22] Aggere in aprico spatiari, [23] quo modo tristes
Albis [24] informem spectabant ossibus agrum.
Cum mihi [25] non tantum furesque feræque suetæ
Hunc vexare locum, curæ sunt, atque labori,
Quantum, carminibus quæ [26] versant atque venenis
Humanos animos. [27] Has nullo perdere possum
Nec prohibere modo, [28] simul ac vaga Luna decorum
Protulit os, quin ossa [29] legant, herbasque nocentes.
Vidi egomet nigra [30] succinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis passoque capillo,
Cum Sagana [31] majore ululantem : pallor utrasque
Fecerat horrendas aspectu. [32] Scalpere terram
Unguibus, [33] et pullam divellere mordicus agnam
Cœperunt. [34] Cruor in fossam confusus, ut inde
[35] Manes elicerent, animas responsa daturas.
[36] Lanea et effigies erat, altera cerea ; [37] major
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem.
Cerea suppliciter stabat [38] servilibus, ut quæ

18 In Esquiliis datos significabat.

19 Hæc verba cippo inscripta demonstrabant hoc loci spatium hæredibus esse ademptum.

20 In quo colle, olim sepulchreto, Mæcenas domum pulchram jam extruxerat, hortosque amœnos adjunxerat. 21 Sepulchris remotis. 22 In colle aperto deambulare. 23 In quo nuper tristes homines. 24 Deformem.

25 Non tam fures, etc., quam. 26 Immutant.

27 Veneficas. 28 Postquam. 29 Colligant. 30 Expeditam. 31 Hinc apparet duas fuisse Saganas, majorem et minorem.

32 Fodere. 33 Et nigram agnam dentibus discerpere.

34 Cruor agnæ discerptæ in fossam terram mittitur. 35 Mortuorum animas excitarent.

36 Duæ erant imagines, altera lanea, altera cerea. 37 Major effigies erat lanea, quæ inferiorem, id est, ceream verberaret. 38 Ut, quæ miserabiliter peritura erat.

Jam peritura, modis. [39] Hecaten vocat altera; sævam
Altera [40] Tisiphonem. Serpentes, atque videres
[41] Infernas errare canes; Lunamque [42] rubentem,
Ne foret [43] his testis, post magna [44] latere sepulchra.
Mentior at si quid, merdis caput [45] inquiner albis
Corvorum, atque in me veniat mictum atque cacatum
Julius, et [46] fragilis Pediatia, furque Voranus.
Singula quid memorem? quo pacto [47] alterna loquentes
Umbræ cum Sagana resonârint triste, et [48] acutum?
Utque lupi barbam [49] variæ cum dente colubræ
Abdiderint furtim terris, et [50] imagine cerea
Largior arserit ignis? et ut non testis inultus
Horruerim voces Furiarum et facta [51] duarum?
Nam, [52] displosa sonat quantum vesica, pepedi
Diffissa nate [53] ficus. [54] At illæ currere in urbem.
Canidiæ [55] dentes, altum Saganæ [56] caliendrum
Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis
[57] Vincula, cum magno risuque jocoque [58] videres.

39 Altera veneficarum vocat Proserpinam umbrarum dominam. 40 Unam ex tribus furiis, quæ cædes ulciscitur.

41 Stygias canes, Proserpinæ comites. 42 Lunam erubescentem.

43 His veneficiis. 44 Latebat.

45 Utinam caput meum habeam merdis inquinatum. 46 Mollis Pediatius, qui, patrimonio amisso, muliebria patiebatur; unde Horatius noster fœmineum illi dat nomen. *Fragilis* à *frango*: quod verbum aliquando perobscœnum est.

47 Alternatim. 48 Cum voce tenui et acuta. 49 Cum dente colubræ maculosæ. 50 Ob imaginem ceream, quæ igne liquescebat, in pernitiem ejus quem execrabantur. 51 Canidiæ et Saganæ, quæ tanquam furiæ erant.

52 Quantum sonat vesica rupta et discissa.

53 Ego Priapus è ficu factus. 54 Illæ currebant.

55 Non suos dentes, sed alienos arte insitos. 56 Saganæ comam appositam, id est, crinem hypocriticum. Gallice *Perruque*. 57 Licia ex diversis coloribus. 58 Videre liceret.

SATYRA IX.

Describit cujusdam, in quem forte inciderat, importunam et pertinacem garrulitatem, quæ diu invitum detinuit, et propemodum enecavit.

N. B. Littera *P.* designat Poëtam. Littera *H.* Horatium interloquentem. *G.* Garrulum. *A.* Aristium Fuscum.

P. Ibam forte via [1] sacra, sicut meus est mos,
Nescio quid meditans nugarum, totus [2] in illis,
Accurrit quidam notus mihi nomine tantum,
Arreptaque manu: [3] Quid agis, dulcissime rerum?
[4] Suaviter, ut nunc est, inquam, et cupio [5] omnia quæ vis.
Cum affectaretur: Numquid vis? [6] occupo: at ille
[7] Nôris nos, inquit, docti sumus. Hic ego, pluris
[8] Hoc, inquam, mihi eris. [9] Misere discedere quærens
[10] Ire modo ocyus, interdum [11] consistere; in aurem
[12] Dicere nescio quid puero. Cum sudor ad imos
[13] Manaret talos: ô te, [14] Bolane, cerebri
Felicem, aiebam tacitus. Cum quidlibet ille
Garriret, vicos, urbem laudaret; [15] ut illi
Nil respondebam; [16] misere cupis, inquit, abire,

1 In via sacra, fœdus ictum fuit inter Romulum et Tatium. 2 In illis nugis. 3 Quomodo vales, Horati? vel, quid rerum agis, mihi dulcissime?

4 Recte valeo secundum temporum conditionem. 5 Cupio uti tibi proveniant omnia ex animi sententia.

6 Prævenio illum his verbis, numquid aliud vis? 7 Hoc volo, ut nos noveris.

8 Idcirco, quia doctus es, plurimi à me fies.

9 Vehementer, usque ad miseriam. 10 Ibam aliquando celerius. 11 Aliquando consistebam. 12 Dicebam puero.

13 Cum sudor deflueret præ animi angore. 14 Bolanus nullo strepitu conturbabatur, ergo felicis erat cerebri.

15 Posteaquam. 16 Valde cupis

Jamdudum video ; [17] sed nil agis, [18] usque tenebo :
Persequar. [19] Hinc quo nunc iter est tibi? *H.* [20] Nil opus est te
[21] Circumagi : quemdam volo visere non tibi notum :
Trans Tiberim longe cubat is, prope Cæsaris hortos....
G. Nil habeo quod agam, et non sum piger; usque sequar te.
N. [22] Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus,
Cum gravius dorso [23] subiit onus. Incipit ille :
G. Si bene me novi, non [24] Viscum pluris amicum,
Non Varium facies; nam quis me scribere plures,
Aut citius possit versus? quis membra [25] movere
[26] Mollius? invideat quod et [27] Hermogenes, ego canto.
N. Interpellandi locus hic erat. *H.* Est tibi mater,
Cognati, [28] queis te salvo est opus? *G.* haud mihi quisquam :
Omnes [29] composui. *H.* [30] Felices! nunc ego resto :
[31] Confice; namque instat fatum mihi triste, [32] Sabella
Quod [33] puero cecinit, [34] divina mota anus urna.
[35] Hunc neque dira venena, nec [36] hosticus auferet ensis,
[37] Nec laterum dolor, aut tussis, nec [38] tarda podagra :

abire. 17 Frustra cupis effugere. 18 Semper tenebo.

19 Ab hoc loco, quo es iturus?

20 Horatius multas fingit causas sese ab hoc garrulo eripiendi. 21 Huc illuc circumduci. 22 Translatio est ab asinis, quorum aures demissæ corporis defatigationem significant.

23 Portat onus. 24 Viscus et Varius, Poëtæ diserti, amici fuere Horatii et Virgilii. 25 Saltare. 26 Suavius quam ego. 27 Cantor optimus.

28 Quibus tua salus est necessaria.

29 Omnes sepelivi.

30 Horatius mortuos appellat felices hujus loquacitate defunctos. 31 Eneca me. 32 Anus sortilega, fortasse Horatii nutrix. 33 Quod cecinit mihi puero.

34 Commota urna divina, in quam sortes erant ad divinandum futura conjectæ.

35 Puerum Horatium. *Sunt hæc verba anus vaticinantis de morte Horatii per sortes urna eductas.* 36 Ensis hostilis. 37 Pleuritis. 38 Podagra quæ tardos facit.

Garrulus hunc [39] quando consumet cumque : loquaces,
Si sapiat, vitet, simul atque adoleverit ætas.
N. Ventum erat [40] ad Vestæ, quarta jam parte diei
Præterita; et casu, tunc respondere [41] vadato
Debebat; quod ni fecisset, [42] perdere litem.
Si me amas, [43] inquit, paulum hic ades. *H.* Inteream, si
Aut valeo [44] stare, aut novi civilia jura : (inquit;
Et propero [45] quo scis. *G.* Dubius sum, quid faciam,
Tene relinquam, [46] an rem. *H.* [47] Me, sodes. *G.* Non faciam, *N.* ille :
Et præcedere cœpit. Ego, ut contendere durum
[48] Cum victore, sequor. *G.* Mæcenas quomodo tecum?
[49] Hinc repetit. *H.* [50] Paucorum hominum, [51] et mentis bene sanæ :.
Nemo [52] dexterius fortuna est usus. *G.* [53] Haberes
Magnum adjutorem, posset qui ferre [54] secundas,
[55] Hunc hominem velles si [56] tradere : dispeream, ni
[57] Summôsses omnes. *H.* Non isto vivimus [58] illic,
Quo tu rere, modo : domus hac nec purior ulla est,
Nec magis his aliena [59] malis. Nil mî officit unquam,

39 Quandocumque positum est pro quandoque, vel aliquando. Compositum autem est ex quando et cum, quasi diceret : erit tempus quando et cum, etc.

40 Ad Vestæ templum. 41 Ei, qui illum in jus vocaverat. 42 Debebat perdere litem.

43 Utinam inteream. 44 Stare in judicio, seu in jure. 45 Ad Cæsaris hortos. 46 An causam, vel litem.

47 Me relinque, inquit Horatius.

48 Cum pertinaci.

49 Ab hoc principio garrulus sermonem intermissum sic repetit : quomodo Mæcenas tecum agit? 50 Mæcenas est homo paucis familiaribus contentus. 51 Et sapiens est.

52 Dexterius quam tu.

53 Haberes me. 54 Secundas partes, id est, qui tibi secundus esse posset. 55 Seipsum suo tangit digito et demonstrat. 56 Mæcenati commendare. 57 Nisi summovere posses omnes, qui te antecedunt gratia apud Mæcenatem.

58 In familia Mæcenatis. 59 Invidia, æmulatione, criminationibus, etc.

Ditior hic, aut est quia doctior: est locus uni-
Cuique suus. *G.*[60] Magnum narras, vix credibile. *H.* Atqui
Sic habet. *G.* [61] Accendis, quare [62] cupiam magis illi
Proximus esse. *H.* [63] Velis tantummodo: [64] quæ tua virtus
Expugnabis; et est [65] qui vinci possit; eoque
Difficiles aditus primos habet. *G.* [66] Haud mihi deero;
Muneribus servos corrumpam; non, hodie si
Exclusus fuero, desistam; [67] tempora quæram;
Occurram in triviis, [68] deducam. Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus. *N.* [69] Hæc dum agit, ecce,
[70] Fuscus Aristius occurrit, mihi carus, et illum
Qui pulchre nôsset. Consistimus. *A.* Unde venis? et
Quo tendis? *N.* [71] rogat: et [72] respondet. Vellere cœpi,
et [73] prensare manu lentissima brachia, [74] nutans,
[75] Distorquens oculos, ut me eriperet. [76] Male salsus
Ridens [77] dissimulare: meum jecur [78] urere bilis.
H. Certe nescio quid secreto velle loqui te
Aiebas mecum *A.* Memini bene, sed meliore
Tempore dicam. Hodie [79] tricesima sabbata: vin' tu

60 Rem incredibilem narras.

61 Incendis me cupiditate talis familiaritatis. 62 Quare cupere debeo.

63 Tantum velle debes. 64 Ea est tua virtus, ut facile sis expugnaturus Mæcenatem. 65 si sæpe instabis.

66 Diligentiam adhibebo. 67 Tempora idonea captabo.

68 Deducam domum.

69 Hæc dum loquitur garrulus. 70 Grammaticus illo tempore nobilis.

71 Fuscus me rogat. 72 Respondet à me rogatus.

73 Arctius comprimere brachia.

74 Solus Baxter, pro *nutans* legit *nictans*.

75 Huc illuc movens oculos.

76 Nimium prudens in damnum meum. 77 Ridens dissimulabat. 78 Bilis meum jecur urebat, id est, vehementer irascebar.

79 Sabbata tricesimo quoque die mensis redeunt. Alii Neomenias intelligunt, alii magnum Judæorum Sabbatum; quo die agnum comedebant.

[80] Curtis Judæis [81] oppedere? *H.* Nulla mihi, inquam,
Relligio est. *A.* [82] At mî: sum paulo [83] infirmior, unus
[84] Multorum: ignosces: alias loquar. *H.* Hunccine solem
[85] Tam nigrum surrêxe mihi!... *N.* [86] fugit improbus, ac
[87] Sub cultro linquit. Casu venit obvius illi (me
[88] Adversarius, et [89] quo tu turpissime? magna
Exclamat voce; et, [90] licet antestari? Ego vero
[91] Oppono auriculam. [92] Rapit in jus: clamor utrimque;
Undique concursus. Sic me servavit [93] Apollo.

80 Judæis recutitis, qui glandem penis habent circumcisam. 81 Contradicere, et eorum religionem irridere.

82 At mihi aliqua est religio.

83 Sum aliquanto superstitiosior.

84 Unus è multis.

85 Tam infelicem diem mihi surrexisse oportuit?

86 Fugit Fuscus male salsus. 87 Linquit in summo periculo, ut victimam jamjam mactandam.

88 Garruli adversarius. 89 Quo pergis improbissime? 90 O Horati licetne te testem facere in hunc garrulum?

91 Ego auriculam porrigo vellendam, ut me testem sumat.

92 Trahit garrulum renitentem ad tribunal, ubi Prætor jus dicit. 93 Augusti forum, in quo erat eburnea Apollinis statua.

SATYRA X.

Hac Satyra respondet iis, quos offenderat supra; Satyra quarta, cum Lucilii versus reprehenderet.

Versus octo sequentes pro Horatianis apud multos excellentissimos viros habentur; sed, ipse auctor, ut ferunt, postea sustulit.

Lucili, quam sis mendosus, teste Catone
Defensore tuo, pervincam, qui male factos
Emendare parat versus. Hoc lenius ille,
Est quo vir melior: longe subtilior illo
Qui multum puer, et loris, et funibus udis

Est ornatus, ut esset opem qui ferre poëtis
Antiquis posset contra fastidia nostra, (*luc,*
Grammaticorum equitum doctissimus. Ut redeam il-

NEMPE [1] incomposito dixi pede currere versus
Lucilî. Quis tam Lucilî fautor [2] inepte est,
Ut non hoc fateatur? [3] At idem, quod sale multo
[4] Urbem defricuit, [5] charta laudatur eadem.
Nec tamen hoc tribuens, [6] dederim quoque cætera; nam sic
[7] Et Laberî mimos, ut pulchra poëmata, mirer.
Ergo non satis est [8] risu diducere rictum
Auditoris; et est quædam tamen [9] hic quoque virtus.
Est brevitate opus, [10] ut currat sententia, neu se
Impediat verbis lassas onerantibus aures.
Et sermone opus est, modo tristi, sæpe jocoso,
[11] Defendente vicem modo Rhetoris, atque Poëtæ,
Interdum [12] urbani, parcentis viribus, atque
Extenuantis eas [13] consulto. [14] Ridiculum acri
Fortius et melius magnas plerumque [15] secat res.
[16] Illi, scripta [17] quibus Comœdia prisca viris est,
[18] Hoc stabant, hoc sunt imitandi; quos neque [19] pulcher

1 Dixi Lucilium asperum esse et duriusculum in componendis versibus. 2 Stulte. 3 Lucilius. 4 Quod cives Romanos acrius notârit. 5 In eodem Poëmate laudatur.

6 Dare debeo. 7 Scenicos versus Laberî, scriptoris dicacissimi.

8 Non satis est auditori risum movere. 9 Est quædam virtus risum movere. 10 Ne sententia claudicet.

11 Opus est sermone tuente munus nunc Rhetoris, nunc, etc. 12 Hominis vafri et callidi. 13 Data opera.

14 Jocus interdum plus valet quam acrimonia. 15 Melius mordet, vel melius decidit et finit, *ut vult Lambinus.*

16 Poëtæ veteris comœdiæ. 17 A quibus. 18 Propter has quas posui virtutes, placebant. 19 Ironice *homo*

Hermogenes unquam legit, neque [20] simius iste,
[21] Nil præter Calvum, et doctus cantare Catullum.
At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miscuit. [22] O seri studiorum! [23] quine putetis
Difficile et mirum, Rhodio quod [24] Pitholeónti
Contigit. At sermo lingua concinnus utraque
Suavior, [25] ut Chio nota si commista Falerni est.
Cum versus facias, teipsum percontor, [26] an et cum
Dura tibi peragenda [27] rei sit causa Petillî,
Scilicet oblitus patriæque, patrisque Latini,
Cum Pedius causas [28] exsudet Poplicola, atque
[29] Corvinus, [30] patriis intermiscere petita
Verba [31] foris malis, [32] Canusini more bilinguis?
Atque ego cum Græcos facerem, [33] natus mare citra,
Versiculos, vetuit me tali voce [34] Quirinus,
Post mediam noctem visus, cum somnia [35] vera:
[36] In silvam non ligna feras insanius, ac si
Magnas [37] Græcorum malis implere catervas.
[38] Turgidus Alpinus [39] jugulat dum Memnona, dumque

bellus. 20 Neque Demetrius, Poëta deformis et brevis staturæ. 21 Qui nihil cantare didicit, præter Calvum et Catullum Poëtas elegos.

22 Ὀψιμαθεῖς qui sero studiis operam dedistis. 23 Qui putetis. *Nam particula, ne, abundat in sententia, vel conjunctio est confirmans.* 24 Pitholeon, Poëta ineptus in suis Epigrammatis Græca Latinis immiscuit. 25 Quemadmodum si vino Chio Falernum sit commixtum.

26 An tu patriæ oblitus, etc. Græca patriis immiscere malis? 27 Accusati Petillî: *Qui auream coronam Jovis furatus est.* 28 Cum Pedius causas agat cum sudore. 29 Corvinus Orator clarissimus, Petillî accusator, sic etiam Pedius. 30 Latinis. 31 Aliunde.

32 Apud Canusium oppidum in Apulia, partim Græce, partim Latine loquebantur. 33 Natus in Apuliæ finibus. 34 Romulus linguæ Latinæ auctor. 35 Cum somnia sunt vera. 36 Hæc sunt verba Quirini ad Horatium. 37 Græcorum versuum.

38 Alpinus stylo utitur inflato. 39 Dum malis carminibus historiam

[40] Defingit Rheni [41] luteum caput, hæc ego [42] ludo,
Quæ nec in [43] æde sonent [44] certantia, judice [45] Tarpa,
Nec redeant iterum atque iterum [46] spectanda theatris.
[47] Arguta meretrice potes, Davoque Chremeta
Eludente senem, [48] comis garrire libellos
Unus vivorum, Fundani: [49] Pollio regum
Facta canit [50] pede ter percusso: [51] forte epos acer,
Ut nemo, Varius ducit: molle atque facetum
[52] Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.
[53] Hoc erat, experto frustra Varrone [54] Atacino,
Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem,
[55] Inventore minor: neque ego illi detrahere ausim
Hærentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere [56] hunc lutulentum, sæpe [57] ferentem
Plura quidem [58] tollenda relinquendis. Age, quæso,
[59] Tu nihil in magno doctus reprêndis [60] Homero?
Nil comis Tragici [61] mutat Lucilius [62] Accî?
Non ridet versus Ennî [63] gravitate minores,

Memnonis ab Achille jugulati narrat. 40 Dum ineleganter describit.

41 Quasi luteum esset Rheni caput, vel origo. 42 Hæc ego ludibundus scribo. 43 In æde Apollinis et Musarum. 44 Ad certaminis provocationem venientia. 45 Ludi magistro. 46 Quæ sæpius spectata vilescant.

47 Meretrice callida. 48 Tu, Fundani, unus ex iis qui hodie vivunt, potes argutam Comœdiam scribere comis, id est, comiter et facete.

49 Tragœdiographus. 50 Trimetris versibus. 51 Acer Varius ducit forte epos, id est, carmen heroïcum, ut nemo melius.

52 Virgilius illo tempore Bucolica scripserat, non AEneida. 53 Hoc erat, quod ego melius possem scribere Satyras, quam Varro. 54 Sic dicto ab Atace Narbonensis Galliæ fluvio.

55 Lucilio Satyræ inventore.

56 Lucilium. 57 Sæpe proferentem. 58 Plura sumenda, laudanda, et imitatione digna, quam quæ relinquantur et rejiciantur.

59 Ironica interrogatio. 60 Qui dormiat interdum. 61 Nil emendat? 62 Accius apud Latinos primus scripsit Tragœdiam.

63 Versus minus graves quam oportet.

Cum de se loquitur, [64] non ut majore reprênsis?
Quid vetat, et nosmet Lucilî scripta legentes
Quærere, [65] num illius, num [66] rerum dura negârit
Versiculos natura [67] magis factos, et euntes
[68] Mollius, ac si [69] quis pedibus quid claudere [70] senis
[71] Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cœnatus: [72] Etrusci
Quale fuit Cassî rapido ferventius amni
Ingenium, [73] capsis quem fama est esse, librisque
Ambustum propriis. [74] Fuerit Lucilius, inquam,
Comis et urbanus; fuerit limatior idem,
Quam rudis, et [75] Græcis intacti carminis auctor,
Quamque Poëtarum seniorum turba; sed ille,
[76] Si foret hoc nostrum fato dilatus in ævum,
[77] Detereret sibi multa, [78] recideret omne quod ultra
Perfectum traheretur, et in versu faciendo
[79] Sæpe caput scaberet, [80] vivos et roderet ungues.
[81] Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint,
Scripturus, neque te ut miretur turba, labores,
Contentus [82] paucis lectoribus. An tua demens
[83] Vilibus in ludis dictari carmina malis?

64 An ridet, quasi major sit his quos reprehendit? 65 Num illius culpa? 66 An rerum quas tractavit.

67 Versus magis elaboratos. 68 Molliores et lenius fluentes. 69 Ac si aliquis. 70 Hexametris versibus ut aliquid claudat et finiat. 71 Hoc uno contentus. 72 Cassii Parmensis. Parma est Insubrium civitas. 73 Qui tam multa scripsit, ut mortuus suis libris fuerit combustus, nulla alia materia adhibita.

74 Demus quod Lucilius fuerit comis, etc. 75 Auctor carminis Satyrici, quod Græci non attigerunt. 76 Si hâc nostra ætate natus. 77 Detraheret. 78 Amputaret omne supervacaneum. 79 Hi sunt gestus hominis altius aliquid cogitantis. 80 Ad vivum roderet.

81 Mutare debes quod scripseris. *Præceptum est de cura in scriptis prius habenda quam evulgentur.* 82 Doctis lectoribus. 83 In conspectu

Non ego. Nam satis est [84] equitem mihi plaudere : ut
Contemptis aliis, explosa [85] Arbuscula dixit. (audax,
Men' moveat [86] cimex Pantilius? aut crucier, quod
[87] Vellicet absentem Demetrius? aut quod ineptus
[88] Fannius Hermogenis lædat conviva Tigellî?
Plotius et Varius, Mæcenas, Virgiliusque,
Valgius, et probet hæc Octavius optimus, atque
Fuscus; et hæc utinam [89] Viscorum laudet uterque!
[90] Ambitione relegata, te dicere possum,
Pollio, te, Messalla, tuo cum fratre, simulque
Vos Bibule et Servi, [91] simul his te, candide Furni;
Complures alios, doctos ego quos et amicos
[92] Prudens prætereo, quibus hæc, sint qualiacumque,
[93] Arridere velim; doliturus, si placeant spe
[94] Deterius nostra. [95] Demetri, teque, Tigellî,
[96] Discipularum inter jubeo plorare cathedras.
I, puer, atque meo [97] citus hæc subscribe libello.

turbæ imperitæ? 84 Equitem Roman. ut Mæcenatem, vel alium quempiam doctissimum. 85 Mima et meretrix à vulgo explosa. 86 Poëta putidus, ut cimex? 87 Quod Demetrius laceret me? 88 De quo supra Sat. IV.

89 Visci optimi erant Poëtæ. 90 Ambitione sublata. 91 Cum his. 92 Sciens prætereo. 93 Placere velim. 94 Si placeant minus quam speramus. 95 Ego vos modulatores, qui fœminis non viris placere studetis, jubeo plorare, id est, vobis malum precor, et vos tanquam turbam imperitorum hominum pro nihilo habeo. 96 Mimarum. 97 Subscribe cito.



Q. HORATII FLACCI

SERMONUM

LIBER SECUNDUS.

SATYRA I.

Sibi datum à Trebatio consilium de scribendis rebus gestis Augusti potius quam Satyris exponit, et cur ei parere non possit, ostendit.

HORATIUS.

Sunt, quibus in Satyra videar [1] nimis acer, [2] et ultra
Legem tendere opus: [3] sine nervis [4] altera quidquid
Composui pars esse putat, similesque meorum
Mille die versus [5] deduci posse. Trebati,
Quid faciam, [6] præscribe.

TREBATIUS.

7 Quiescas.

HORATIUS.

Ne faciam, inquis,
Omnino versus?

TREBATIUS.

Aio.

1 Nimium asper. 2 Ultra legem Satyræ, id est, ultra modum in vitiis insectandis opus intendere. 3 Sine rebus et sententiis. 4 Altera pars, id est, alii homines. 5 Tanquam lanam deduci, id est, scribi posse. 6 Constitue quasi ex lege, *Nam tu es clarus Jurisconsultus.*

7 Quiescas, id est, desistas à scribendo.

HORATIUS.

Peream male, si non
Optimum erat: verum nequeo dormire.

TREBATIUS.

[8] Ter uncti
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto;
[9] Irriguumque mero [10] sub noctem corpus habento.
Aut, si tantus amor scribendi te rapit, aude
Cæsaris invicti res dicere; multa laborum
Præmia [11] laturus.

HORATIUS.

[12] Cupidum, pater optime, vires
Deficiunt, neque enim quivis [13] horrentia pilis
Agmina, nec [14] fracta pereuntes cuspide Gallos,
Aut [15] labentis equo [16] describat vulnera Parthi.

TREBATIUS.

Attamen et [17] justum poteras, et scribere fortem,
[18] Scipiadam ut sapiens Lucilius.

HORATIUS.

[19] Haud mihi deero,
Cum res ipsa feret. [20] Nisi dextro tempore, Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem,
Cui male si [21] palpere, [22] recalcitrat undique tutus.

8 Trebatii consilium. Nataturi ungebantur, ut olei calore adversus aquæ frigus munirentur. 9 Madidum vino. 10 Paulo ante noctem. 11 Accepturus.

12 Respondet Horatius se esse cupidum, sed deesse sibi facultatem. 13 Agmina quæ horrorem hostibus incutiant pilis, id est, Romanorum hastis. 14 Cuspide quam saucius hostis è corpore non potuit evellere, nisi fractam. 15 Parthi ex equo dejecti. 16 Possit describere.

17 Augusti justitiam et fortitudinem describere. 18 Scipionis virtutes.

19 Faciam quod in me erit cum dabitur occasio. 20 Nisi tempore opportuno. 21 Si adulere. 22 Munitus virtute adulationem rejicit ex omni parte.

TREBATIUS.

[23] Quanto rectius hoc quam tristi lædere versu
[24] Pantolabum scurram, Nomentanumque [25] nepotem;
Cum sibi quisque [26] timet, quanquam est [27] intactus, et (odit?

HORATIUS.

Quid faciam? Saltat [28] Milonius, [29] ut semel [30] icto
Accessit fervor capiti, [31] numerusque lucernis.
Castor gaudet equis, ovo [32] prognatus eodem,
[33] Pugnis. [34] Quot capitum vivunt, totidem studiorum
Millia. Me pedibus delectat claudere verba
[35] Lucilî ritu, [36] nostrûm melioris utroque.
[37] Ille, velut fidis arcana sodalibus, olim
[38] Credebat libris; neque, [39] si male cesserat usquam,
[40] Decurrens alio, neque si bene. Quo fit ut omnis
[41] Votiva pateat, veluti descripta tabella
[42] Vita senis. Sequor hunc, Lucanus an Appulus, [43] an- (ceps:
Nam Venusinus arat finem sub [44] utrumque colonus,
[45] Missus ad hoc, pulsis (vetus est ut fama) Sabellis,
[46] Quo ne per vacuum Romano incurreret hostis:
Sive quod Appula gens, seu quod Lucania bellum

23 Rectius est Cæsaris laudes, quam Satyram scribere. 24 Hominem vilem. 25 Luxuriosum. 26 Scelerum conscientia. 27 Quanquam carmine non notatus.

28 Homo temulentus. 29 Posteaquam. 30 Capiti percusso à vini vaporibus. 31 Ebrius, rem unam cernens, plures videtur aspicere. 32 Pollux.

33 Cæstibus et pugilatu delectatur.

34 Quot homines, tot sententiæ. *Trahit sua quemque voluptas.*

35 More Satyrico. 36 Qui fuit et te, et me melior. 37 Lucilius. 38 Committebat libris.

39 Si quid ei male evenerat. 40 Neque ad aliud vitæ genus confugiens, quam ad libros suos.

41 Veluti in tabula quæ ex voto suspendebatur in templo à naufragis. 42 Vita Lucilii. 43 Sum dubius. 44 Inter Lucaniam et Apuliam. *Est enim Horatius in oppido Venusio natus.* 45 A Roma missus. 46 Ne per vacantem locum Sabellis expulsis, pervium iter esset Lucanis ad Romanos.

Incuteret violenta. Sed hic stylus haud petet [47] ultro
[48] Quemquam animantem, et me veluti custodiet ensis
Vagina tectus; quem cur distringere coner,
Tutus ab infestis [49] latronibus? O pater, et rex
Jupiter, [50] ut pereat positum rubigine telum,
Nec quisquam noceat cupido mihi pacis! at ille,
Qui me [51] commôrit, melius non tangere! clamo,
[52] Flebit, et insignis tota [53] cantabitur urbe.
[54] Cervius iratus [55] leges minitatur, et [56] urnam:
[57] Canidia Albutî, quibus est inimica, [58] venenum:
Grande malum [59] Turius, si quis, se judice, certet.
Ut, [60] quo quisque valet, [61] suspectos terreat, [62] utque
Imperet hoc natura [63] potens, [64] sic collige mecum.
Dente lupus, cornu taurus petit. Unde, [65] nisi intus
Monstratum? Scævæ [66] vivacem crede nepoti
Matrem; [67] nil faciet sceleris [68] pia dextera; (mirum!
Ut neque calce lupus quemquam, neque dente petit bos:)
Sed mala [69] tollet anum [70] vitiato melle cicuta.
[71] Ne longum faciam, seu me tranquilla senectus

47 Nisi sim lacessitus. 48 Quemquam vivum. 49 A maledicis. 50 Utinam pereat telum, (hic scribendi stylus) ut non sit causa cur illo utar. 51 Qui me lacesserit. 52 Plorabit. 53 Cantabitur ad infamiam sui nominis sempiternam.

54 Quæsitor, vel accusator. 55 Minitatur conditionem ex legibus latis. 56 Et minitatur sortitionem in rebus dubiis, post factam ab accusatore et reo judicum rejectionem. 57 Albutii filia venefica. 58 Minitatur Venenum.

59 Judex nummarius et venalis. 60 Ut, eo quo quisque modo plurimum potest. 61 Terreat quos metuit. 62 Et quemadmodum natura hoc imperet. 63 Potenter. 64 Sic ratiocinare mecum. 65 Nisi à natura. 66 Scævæ longævam matrem committe, quam nimium vivere moleste fert. 67 Non gladio eam perimet, sed veneno.

68 Quæ pia videtur, nec tamen est. 69 Occidet matrem. 70 Melle corrupto.

71 Ne sim longior.

Exspectat, [72] seu mors atris circumvolat alis,
Dives, inops, Romæ, [73] seu fors ita jusserit, exul,
Quisquis erit vitæ, scribam, [74] color.

TREBATIUS.

[75] O puer, ut sis
Vitalis metuo, [76] et majorum ne quis amicus
[77] Frigore te feriat.

HORATIUS.

[78] Quid? cum est Lucilius ausus
Primus in hunc operis componere carmina [79] morem,
[80] Detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora
[81] Cederet, introrsum turpis; num Lælius, [82] et qui
Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen,
[83] Ingenio offensi, aut læso doluere [84] Metello,
Famosisque Lupo cooperto versibus? atqui
Primores populi [85] arripuit, [86] populumque tributim,
Scilicet uni [87] æquus virtuti, atque [88] ejus amicis.
[89] Quin ubi se à vulgo, [90] et scena, in secreta remôrant
[91] Virtus Scipiadæ, et mitis sapientia Lælî,
[92] Nugari cum illo, [93] et divincti ludere, donec

72 Sive mors celer et violenta mihi imminet. 73 Seu fortuna ita asserit. 74 Quodque erit vitæ genus. 75 O Horati ne non sis vivax metuo, si Satyras scribes. 76 Et ne quis gratiosus apud majores viros, etc. 77 Mortem tibi inferat.

78 Rogat Horatius, quid passus est Lucilius cum magnos viros carpserit. 79 In morem Satyricum. 80 Uniuscujusque vitia detegere. 81 Incederet et obambularet nitidus, id est, ut civis bonus. 82 Et Scipio Africanus. 83 Lucilii ingenio sunt offensi? 84 Ob Metellum et Lupum, homines improbos maledicis versibus conscissos? 85 Culpavit. 86 Plebem infimam, et tunicatum populum. 87 Propitius.

88 Virtutis amicis.

89 Insuper. 90 A populi conspectu. 91 Scipio et Lælius. 92 Jocari cum ipso Lucilio. 93 Et à rebus seriis laxati.

[94] Decoqueretur olus, [95] soliti. Quidquid sum ego, quamvis
[96] Infra Lucilî censum, ingeniumque, tamen me
[97] Cum magnis vixisse [98] invita fatebitur usque
Invidia; et [99] fragili quærens illidere dentem,
[1] Offendet solido. Nisi quid tu, docte Trebati,
Dissentis.

TREBATIUS.

Equidem nihil [2] diffingere possum.
Sed tamen, ut monitus caveas, ne forte negotî
Incutiat tibi quid [3] sanctarum inscitia legum,
Si [4] mala condiderit in quem quis carmina, [5] jus est,
[6] Judiciumque.

HORATIUS.

[7] Esto, si quis mala: sed bona si quis
Judice condiderit laudatus Cæsare? Si quis
Opprobriis dignum [8] laceraverit, [9] integer ipse?

TREBATIUS.

[10] Solventur risu tabulæ; [11] tu missus abibis.

94 Donec cœna pararetur. 95 Soliti sunt. 96 Infra annuum reditum Lucilii, qui erat ordinis equestris. 97 Cum Augusto, Mæcenate, etc. 98 Nolens fatebitur. 99 Rem fragilem dentibus permolere. 1 In rem solidam incurret.

2 Hic mira est, cum in editis libris, tum in codicibus varietas. Alii enim *diffindere* legunt, alii *diffingere*, quidam *diffidere*, pauci *defringere*; nos vero, ex Bentleio, veluti aptissimum elegimus *diffingere*; ut sic explicaretur judicis sententia: equidem, ait, nihil hinc, id est, ex his quæ dixisti, possum infirmare, refellere, refutare; scribe igitur, si placet, satyras; sed, etc.

3 Ignorantia legum, quæ aliquid jubent aut vetant pœna sancita, à verbo *sancio*. 4 Carmina maledica. 5 Lex XII tabularum lata est. 6 Actio ex lege.

7 Concedamus ita esse si quis carmina scripserit mala, id est, indocta. 8 Si laceraverit. 9 Cum sit ipse purus et innocens. 10 Dissolventur cum Judicum risu tabularum leges. 11 Tu dimissus absolveris.

SATYRA II.

Inducit Horatius Ofellum hominem rusticum apud amicos de frugalitate disputantem, cujus disputationi suum adjicit calculum.

Quæ virtus, et quanta, [1] boni, sit vivere parvo,
Nec meus hic sermo est, sed quem [2] præcepit Ofellus,
Rusticus, [3] abnormis sapiens, [4] crassaque Minerva,
Discite, non inter [5] lances, mensasque [6] nitentes,
Cum stupet insanis [7] acies fulgoribus, et cum
[8] Acclinis falsis animus [9] meliora recusat;
Verum hic [10] impransi mecum disquirite. [11] Cur hoc?
Dicam si potero. Male verum examinat omnis
[12] Corruptus judex. [13] Leporem sectatus, equove
Lassus ab indomito, vel, si Romana fatigat
Militia [14] assuetum græcari, [15] seu pila velox,
Molliter austerum [16] studio fallente laborem,
Seu te [17] discus agit, [18] pete cedentem aëra disco:
Cum labor [19] extuderit fastidia, [20] siccus, inanis

1 Ordo est : ô boni, discite quæ virtus, etc. 2 Præmonstravit et docuit. 3 Sapiens, sed non secundum normam sapientiæ Stoïcæ. 4 Doctrina non excultus. 5 Vasa pretiosa pro epulis. 6 Mensas opiparas. 7 Cum oculorum et mentis acies, (id est, cum judicium rationis) auri et argenti fulgoribus obtunditur. 8 Incumbens et propensus ad assentiendum falsis; *quod multo cibo repletis accidit.* 9 Veram virtutem repudiat. 10 Jejuni.

11 Cur velim ut impransi verum discatis? 12 Sic animus cibo potuque confertus verum à falso distinguere nescit.

13 Leporem venatus. 14 Te assuetum genialiter vivere, vel Græco more ludere. 15 Seu pila te agit, id est, delectat. 16 Pilæ ludo oblivionem laboris afferente molliter, id est, cum quadam voluptate. 17 Ludus in Græcia usitatus. 18 Jacta discum in aërem, qui cedit corporibus gravioribus. 19 Cum labor fugaverit satietatem, quæ nauseam parat. 20 Sitibundus et fameli-

[21] Sperne cibum vilem; nisi [22] Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta. [23] Foris est promus, et atrum
Defendens pisces [24] hiemat mare; cum sale panis
[25] Latrantem stomachum bene leniet. [26] Unde putas, aut
[27] Quî partum? [28] Non in caro nidore voluptas
Summa, sed in te ipso est. [29] Tu pulmentaria quære
Sudando. [30] Pinguem vitiis, albumque, nec ostrea,
Nec scarus, aut poterit [31] peregrina juvare [32] lagoïs.
Vix tamen [33] eripiam, posito pavone, velis quin
[34] Hoc potius quam gallina [35] tergere palatum,
Corruptus [36] vanis rerum; quia veneat [37] auro
Rara avis, et picta pandat spectacula cauda; (ista
[38] Tanquam ad rem attineat quidquam. Num vesceris
Quam laudas, pluma? [39] cocto num adest honor idem?
Carne tamen quamvis distat nihil [40] hac magis illa;
[41] Imparibus formis deceptum te patet. [42] Esto.
[43] Unde datum sentis, [44] lupus hic Tiberinus, an alto
Captus [45] hiet? [46] pontesne inter jactatus, an amnis

cus. 21 Ironica est concessio, quasi dicat, non spernes. 22 A monte Hymetto in Attica. Est Hypallage.

23 Cellarius domi non est. 24 Mare in tempestatem insurgit. 25 Stomachum inanem. 26 Unde putas hanc voluptatem nasci in tam tenui victu?

27 Quomodo paratum? 28 Non in carorum obsoniorum odore.

29 Tu epulas pulmento suaviores quære exercitio laborioso. 30 Nam pinguem vitiis, id est, crapula turgidum et pallidum, neque ostrea nec scarus poterit juvare. 31 Peregre advecta. 32 Piscis Romæ carus et rarus.

33 Vix persuadebo. 34 Pavone. 35 Fricare, vel delectare palatum. 36 Corruptus vanitatibus rerum, ut deliciis luxuriosis. 37 Majori pretio. 38 Quasi ad gustum alarum pulchritudo pertineat. 39 Num cocto pavoni maneant illæ plumæ. *N. B.* Vocula *num* in scansione non eliditur, sed pronunciatur et corripitur; ut frequenter apud Comicos, etiam vocali sequente. 40 Forma pavonis magis quam forma gallinæ. 41 Formis pulchritudine dissimilibus. 42 Concedo. 43 Quomodo scis? 44 An piscis iste sit in fluvio Tiberi captus, an alto, id est, in mari? 45 Pisces omnes capti statim hiant, et os in latum diducunt. 46 An

[47] Ostia sub Tusci? Laudas, insane, trilibrem
Mullum, [48] in singula quem minuas pulmenta necesse
[49] Ducit te species, video. [50] Quo pertinet ergo (est.
Proceros odisse lupos? quia scilicet [51] illis
Majorem natura [52] modum dedit, [53] his breve pondus.
Jejunus raro stomachus [54] vulgaria temnit.
Porrectum magno [55] magnum spectare catino
Vellem, ait Harpyiis [56] gula digna rapacibus. At vos
[57] Præsentes Austri, [58] coquite horum obsonia: quamvis
[59] Putet aper, rhombusq; recens, mala copia [60] quando
[61] Ægrum sollicitat stomachum; cum rapulà [62] plenus
Atque [63] acidas mavult inulas. Nec dum omnis abacta
[64] Pauperies epulis [65] regum; nam [66] vilibus ovis,
[67] Nigrisque est oleis hodie locus: haud ita pridem
[68] Galloni præconis erat acipensere mensa
Infamis. Quid? tum [69] rhombos minus æquor alebat?
[70] Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido,

inter pontes, *ubi lupus est potior, propter aquam concitatiorem.* 47 Circa ostia Tiberis.

48 Quam dividas necesse est in frusta. 49 Seducit, vel delectat te mulli magnitudo.

50 Cur igitur magnitudinem laudas in mullo, et reprehendis in lupo. 51 Lupis. 52 Dedit proceritatem.

53 Mullis.

54 Vulgares cibos. 55 Magnum mullum. 56 Obsoniorum helluo, cujus dapes dignæ sunt Harpyiarum contactu inquinari.

57 Austri precibus meis faventes. 58 Humido vestro calore putrefacite.

59 Quanquam aper nauseam movet, et contemnitur. 60 Quia. 61 Copia fastidientem gravat stomachum. 62 Helluo exsaturatus. 63 Inulæ sunt utiles ad appetitum excitandum, quia viscosam pituitam incidunt.

64 Victus tenuis. 65 Majorum virorum epulis.

66 Parvi pretii. 67 Oleis maturis et amaris. 68 Gallonius præco fuit et obsoniorum gurges, qui primus in convivio posuit acipenserem, piscium omnium habitum postea nobilissimum.

69 Rhombus piscis summo erat in honore apud Romanos. 70 Rhombus adhuc fere Romanis erat incognitus.

Donec vos auctor docuit [71] Prætorius. Ergo
Si quis nunc mergos suaves [72] edixerit assos,
Parebit [73] pravi docilis Romana juventus.
[74] Sordidus à tenui victus distabit, [75] Ofello
Judice. Nam frustra vitium vitaveris [76] illud,
Si te [77] alio pravus detorseris. Avidienus,
Cui Canis [78] ex vero ductum cognomen adhæret,
[79] Quinquennes oleas [80] est, et sylvestria corna;
Ac, [81] nisi mutatum, parcit defundere vinum, et
[82] Cujus odorem olei nequeas perferre, [83] licebit
Ille [84] repotia, natales, aliosve dierum
Festos [85] albatus celebret, cornu ipse [86] bilibri
Caulibus instillat, [87] veteris non parcus aceti.
Quali igitur victu sapiens utetur, et horum
[88] Utrum imitabitur? hac urget [89] lupus, hac [90] canis, [91] aiunt.
[92] Mundus erit, qui non offendet [93] sordibus, atque
[94] In neutram partem cultus miser. [95] Hic neque servis

71 Sempronius Rufus gulosus Præturam expetens, tulit repulsam.

72 Pro imperio dixerit. 73 Juventus, quæ cito prava discit. 74 Inter victum sordidum et luxuriosum victus medius est interjectus, qui etiam laudabilis est. 75 Philosopho inculto, de quo supra. 76 Luxuriam.

77 In aliud vitium contrarium. 78 Ex morum veritate, id est, ex immunditia et sordibus. 79 Oleas vetustate corruptas. 80 Comedit. 81 Nisi acidum, ut acetum. 82 Et instillat caulibus oleum, cujus odorem, etc.

83 Quamvis. 84 Convivia facta die secundo à nuptiis, vel comessationes, quæ liberis natis inter vicinos celebrantur. Angl. *childe-feasts*. 85 Alba veste indutus. 86 E vasculo corneo, quod duas olei libras continet. 87 Aceti morientis et languidi.

88 Gallonium luxuriosum, an Avidienum sordidum? 89 Edacitas vel ingluvies. 90 Immunditia vel sordes. 91 Ut est in proverbio. 92 Ille erit mundus, id est, immunis à culpa qui, etc.

93 Indecora parsimonia.

94 Et in neutram partem cultus, erit miser; id est, erit satis felix, ut evitet alterutram partem cultus, sive sordidi, sive luxuriosi.

95 Hic, quem mundum dicimus,

[95] Albutî senis exemplo, dum munia [97] dîdit,
Sævus erit; nec sic ut [98] simplex Nævius, [99] unctam
Convivis præbebit aquam: vitium hoc quoque magnum.
Accipe nunc, victus tenuis [1] quæ, quantaque secum
Afferat. In primis valeas bene: nam, variæ res
Ut noceant homini, [2] credas, memor illius escæ,
Quæ [3] simplex olim tibi [4] sederit. At simul assis
[5] Miscueris elixa, simul conchylia turdis;
Dulcia se [6] in bilem vertent, stomachoque [7] tumultum
Lenta feret [8] pituita. Vides, ut [9] pallidus omnis
Cœna desurgat [10] dubia? Quin corpus onustum
[11] Hesternis vitiis animum quoque [12] prægravat una;
[13] Atque affigit humo divinæ particulam auræ.
[14] Alter, ubi dicto citius, [15] curata sopori
Membra dedit, [16] vegetus præscripta ad munia surgit.
[17] Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam;
Sive diem festum rediens advexerit annus,
Seu recreare volet tenuatum corpus; [18] ubique
Accedent anni, et tractari mollius ætas
Imbecilla volet. Tibi quidnam accedet ad istam,

96 Albutius servos prius castigabat, quam aliquis eorum peccâsset. 97 Dum officia distribuit. 98 Ut Nævius parum prudens.

99 Aquam unguentis dilutam, quod est luxuriæ non ferendæ.

1 Quæ commoda. 2 Credere debes. 3 Una. 4 Aliquando tibi placuerit.

5 Si in stomachum ingesseris. 6 In choleram amaram. 7 Dolorem.

8 Phlegma.

9 Decolor et ægrotus. 10 Cœna est dubia, ubi convivæ dubitant quid de multis sumant. 11 Hesterna crapula. 12 Animum hebetem reddit. 13 Atque ad humum dejicit animam, divini spiritus partem.

14 Alter, cujus victus parcus est et frugalis. 15 Membra, mediocri cibo recreata. 16 Alacer ad necessarias functiones.

17 Qui parce vivit, ad meliorem victum potest transcurrere aliquando. 18 Et ubi senectus advenerit.

Quam puer et validus [19] præsumis, mollitiem, seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?
[20] Rancidum aprum antiqui laudabant; non quia [21] nasus
Illis nullus erat; sed, credo, [22] hac mente, quod hospes
Tardius adveniens [23] vitiatum commodius, quam
Integrum edax dominus consumeret. Hos utinam inter
Heroas natum tellus me [24] prima tulisset!
Das aliquid famæ, [25] quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam? grandes rhombi, patinæque
Grande [26] ferunt una cum damno dedecus. [27] Adde
Iratum [28] patruum, vicinos, [29] te tibi iniquum,
Et frustra mortis cupidum, cum deerit egenti
[30] Æs, laquei pretium. Jure, inquis, [31] Thrasius istis
Jurgatur verbis: ego vectigalia magna,
Divitiasque habeo [32] tribus amplas regibus. [33] Ergo
[34] Quod superat, non est [35] melius quo insumere possis?
Cur eget [36] indignus quisquam, te divite? quare
Templa ruunt antiqua Deûm? Cur, improbe, caræ
Non aliquid Patriæ [37] tanto emetiris acervo?
Uni nimirum [38] recte tibi semper erunt res?
O magnus [39] posthac inimicis risus! uterne

19 Ante tempus sumis. 20 Aprum leviter putentem. 21 Judicium. 22 Hac intentione. 23 Putidum potius ederet.

24 Tellus in prima sua ætate.

25 Fama quæ humanæ auri sit gratior quam quodvis carmen. 26 Afferunt.

27 Adde hæc etiam incommoda. 28 Cujus sub imperio es. 29 Te tibi inimicum, qui omnia tua das aliis. 30 Pecunia, qua laqueum tibi emas ad suspendium. Quidam legunt: *As laquei pretium.* 31 Homo profusus, idemque pauper. 32 Quæ sufficiant tribus regibus. 33 Huic luxurioso respondet Horatius. 34 Quod tibi superest. 35 Non melius quam in epulas luxuriosas. 36 Inopia indignus, qui non meretur nec debet egenus esse. 37 E tanto acervo. 38 Non semper, quia fortuna est instabilis. 39 Commutata fortuna.

[40] Ad casus dubios fidet sibi certius; hic, qui
[41] Pluribus assuêrit mentem, corpusque [42] superbum;
An qui, contentus parvo, metuensque futuri,
In pace, ut sapiens, [43] aptârit idonea bello?
Quo magis his credas; puer hunc ego parvus Ofellum
[44] Integris opibus novi [45] non latius usum,
[46] Quam nunc accisis. [47] Videas [48] metato in agello
Cum pecore, et gnatis, [49] fortem [50] mercede colonum,
[51] Non ego, narrantem, temere edi luce [52] profesta
Quidquam, præter olus, fumosæ cum pede pernæ.
At mihi cum [53] longum post tempus venerat hospes,
[54] Sive operum vacuo gratus conviva [55] per imbrem
Vicinus, [56] bene erat, [57] non piscibus urbe petitis,
Sed pullo, atque hædo: tum [58] pensilis uva secundas,
Et nux ornabat mensas, [59] cum duplice ficu.
[60] Post hoc ludus erat [61] cuppa potare magistra:

40 Ad mutationem fortunæ constantior erit hic, etc.

41 Qui rerum omnium copiæ animum et corpus assuefecerit? 42 Corpus delitiis elatum. 43 Præparaverit, quæ in rebus adversis usui esse possint. 44 Omni re sua familiari incolumi. 45 Non largius. 46 Quam nunc proscriptione imminutis. 47 Quilibet videre potuit Ofellum narrantem hæc, non ego, etc. 48 In agello demenso, et ab Umbreno, Augusti milite, conducto. 49 Temporum injuriam fortiter ferentem. 50 Pretio dato pro agro suo ad Umbrenum translato. 51 Totus, usque ad finem Satyræ, sermo est Ofelli. 52 Die non festa. Angl. *a working day*. 53 Hospes raro veniens lautius et libentius est accipiendus. 34 Sive cum vacarem ab opere. 55 Propter imbrem, quamdiu pluebat. 56 Abunde erat nobis ad hilaritatem. 57 Mensa non piscibus instructa. 58 Uva, quæ pendens servabatur. 59 Cum geminis ficubus, quas *mariscas* appellant.

60 Postquam nos cibo et potu explevissemus. 61 Nullo alio bibendi Magistro ad potandum abhibito, quam ipsa cuppa, id est, ut suo quisque arbitratu biberet, et quantum vellet. Alias, *culpa magistra*, id est, ludus nobis erat potare, ea lege, ut qui inter ludendum quid peccâsset, vini cyathum haurire cogeretur; et suam in ludendo culpam haberet quasi magistram vini, qua bibere juberetur. Solebant Romani aliquem in conviviis eligere magistrum sive regem, qui præscriberet quot quis-

[62] Ac venerata Ceres, ut culmo surgeret alto,
[63] Explicuit vino contractæ [64] seria frontis.
[65] Sæviat, atque novos moveat fortuna [66] tumultus,
Quantum [67] hinc imminuet? quanto aut ego parcius, aut
O pueri, [68] nituistis, [69] ut huc novus incola venit? (vos,
[70] Nam propriæ telluris herum natura, neque illum,
Nec me, nec quemquam statuit. Nos expulit [71] ille;
Illum aut [72] nequities, [73] aut vafri inscitia juris;
Postremo expellet certe [74] vivacior hæres.
Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli [75] proprius; sed cedet in usum
Nunc mihi, nunc alii. Quocirca vivite [76] fortes,
Fortiaque adversis opponite pectora rebus.

que cyathos, et quo tempore biberet. 62 Ac rogata Ceres, ut culmum faceret exsurgere altum. 63 Discussit. 64 Res serias, curas et molestias, quibus frons contrahitur.

65 Sit mihi fortuna iniqua (inquit Ofellus) quantum volet. 66 Terrores et alios motus excitet. 67 De eo, quod in usu habeo 68 Minus splendide vixistis? 69 Postquam huc venit Umbrenus.

70 Sunt autem privata nulla, natura, *Cic. Off.* 1. 71 Umbrenus per Augustum. 72 Luxuria et sumptus profusus.

73 Aut vafri juris ignorantia: sed cur Poëta jus *vafrum* appellat? An quod hujuscemodi vafrities est in Jurisconsultis, ut in utramque partem jus exponant et interpretentur? Non audeo affirmare. 74 Mors possessoris, cui hæres diutius vivens succedit.

75 Nulli perpetuus. 76 Vivite forti animo, adversus fortunæ incommoda.

SATYRA III.

Homines prope omnes insanire docet.

DAMASIPPUS.

[1] Sic raro scribis, ut toto non quater anno
[2] Membranam poscas, [3] scriptorum quæque retexens;

1 O Horati. 2 Chartam, in qua scribas; 3 Commutans omnia, quæ in tabulis

Iratus tibi, quod vini, somnique [4] benignus
Nil dignum [5] sermone canas. Quid fiet? ab ipsis
[6] Saturnalibus huc fugisti, sobrius; ergo
Dic aliquid dignum promissis: incipe. [7] Nil est.
Culpantur frustra calami, [8] immeritusque laborat
Iratis natus [9] paries Dîs, atque Poëtis.
Atqui vultus erat multa, et præclara [10] minantis,
Si [11] vacuum [12] tepido cepisset villula tecto.
Quorsum pertinuit [13] stipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilocho, comites educere tantos?
[14] Invidiam placare paras, [15] virtute relicta?
Contemnere, miser. Vitanda est improba Siren
[16] Desidia; aut, quidquid [17] vita meliore parâsti,
[18] Ponendum æquo animo.

HORATIUS.

[19] Dî te, Damasippe, Deæque
[20] Verum ob consilium donent [21] tonsore. Sed unde
Tam bene me nôsti?

aliquando scripseras. 4 Vini largus, id est, nimium bibens, et dormiens.

5 Nil dictu dignum, quod Satyris mandetur.

6 Post dies Saturno sacros, in quibus magna erat potandi copia, huc, id est, ad villam fugisti, ut scriberes.

7 Id, quidam, et versus duo sequentes ab Horatio dici volunt. Culpantur calami ad scribendum minus apti. 8 Immerito abs te vexatur paries ædificatus, Diis et Poëtis male propitiis. 9 In pariete cerato solebant Poëtæ, si quid noctu in mentem veniret, inscribere. 10 Multa promittentis.

11 Te otiosum.

12 Horatius domo tepida delectabatur, nam frigoris erat impatiens.

13 Quasi stipatores tecum educere in villulam rusticam? 14 Invidiam virtutis tuæ comitem. 15 Ita ut mavis otiari, et nihil scribere?

16 Desidia Sireni similis, animos hominum corrumpit. 17 Virtutem exercendo. 18 Deponendum est, et abjiciendum patienter. 19 Horatius satis ridicule gratias agit Damasippo.

20 Ob rectum consilium. 21 Qui

DAMASIPPUS.

Postquam omnis res mea [22] Janum
Ad medium [23] fracta est, aliena negotia curo,
[24] Excussus propriis. [25] Olim nam [26] quærere amabam
[27] Quo vafer ille pedes lavisset [28] Sisyphus ære:
Quid sculptum [29] infabre, [30] quid fusum durius esset:
[31] Callidus huic signo ponebam [32] millia centum.
Hortos, egregiasque domos mercarier unus
Cum lucro nôram. Unde frequentia [33] Mercuriale
Imposuere mihi cognomen [34] compita.

HORATIUS.

Novi,
[35] Et morbi miror purgatum te illius.

DAMASIPPUS.

Atqui
Emovit veterem mire [36] novus, ut solet, [37] in cor
Trajecto [38] lateris miseri, capitisque dolore:

longam et philosophicam tuam barbam radat. 22 Janum Deum bifrontem in foro positum, ubi mercatores et fœneratores conveniebant. 23 Quasi ad scopulos illisa est, id est, diminuta et consumpta. 24 Ejectus à propriis negotiis.

25 Narrat Damasippus se studiosum fuisse vasorum antiquorum, priusquam sit factus Stoïcus. 26 Cognoscere amabam. 27 In quo vase æreo. 28 Sisyphus, Æoli filius, Corinthi rex. 29 Minus artificiose. 30 Quid minus eleganter esset conflatum. Hic salse deridet antiquorum sectatores, qui vasa, statuas, nummosque æstimant non pro elegantia formæ, vel laboris pretio; sed, pro eorum duritie atque asperitate, quæ ipsis antiquitatis notæ videntur.

31 In eo callidus eram, quod sciebam signatis operibus justum pretium imponere. 32 Sestertiûm nummorum 100,000.

33 Mercurius præest mercaturis. 34 Omnes populariter, qui in compitis auctionabantur, me appellabant Mercurialem. 35 Libidinem hanc emendi res vanas, merito morbum appellat.

36 Novus morbus veterem depulit. 37 In os ventriculi, καρδιαλγίαν Galenus appellat. 38 Pleuritidis.

Ut [39] lethargicus hic cum fit [40] pugil, et medicum [41] urget.

HORATIUS.

[42] Dum ne quid simile huic, esto ut lubet.

DAMASIPPUS.

O bone, ne te
[43] Frustrere: insanis et tu, [44] stultique prope omnes,
[45] Si quid Stertinius veri crepat; [46] unde ego mira
Descripsi docilis præcepta hæc, [47] tempore quo me
Solatus jussit [48] sapientem pascere barbam,
Atque à Fabricio non tristem [49] ponte reverti:
Nam [50] male re gesta cum vellem mittere [51] operto
Me capite in flumen, [52] dexter stetit; et, Cave faxis
Te quidquam indignum; pudor, inquit, te [53] malus urget,
Insanos qui inter vereare insanus haberi.
Primum nam inquiram, quid sit furere. Hoc si erit in te
Solo, [54] nil verbi, pereas quin [55] fortiter, addam.
[56] Quem mala stultitia, et quæcumque inscitia veri
Cœcum agit, insanum Chrysippi [57] porticus et grex
[58] Autumat. Hæc populos, hæc magnos [59] formula reges,
Excepto sapiente, tenet. Nunc accipe, quare
[60] Desipiant omnes, æque ac tu, qui tibi nomen

39 Ut veternosus. 40 Cum fit phreneticus. 41 Et medicum verberat.

42 Dummodo ne quid facias huic phrenetico simile, esto insanus si voles.

43 Ne decipias te. 44 Secundum Stoïcorum dogma. 45 Si quid veri loquitur Stertinius Philosophus Stoïcus. 46 A quo. 47 Ex eo tempore. 48 Philosophicam barbam nutrire, ad umbilicum usque, aut ad pubem demissam.

49 Unde Damasippus se præcipitare voluit, damni dolore commotus. 50 Re familiari mea consumpta. 51 Pudoris causa. 52 Astitit mihi Stertinius fortunatus. 53 Vitiosus pudor.

54 Nihil præterea loquar. 55 Forti animo. 56 Definitio insaniæ. 57 Schola Stoïca. 58 Insanum putat.

59 Hæc definitio. 60 Quare stulti sint.

Insano [61] posuere. [62] Velut silvis, ubi passim
[63] Palantes error [64] certo de tramite pellit,
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit: unus utrique
[65] Error, [66] sed variis illudit partibus. Hoc te
Crede modo insanum, nihilo ut sapientior ille,
Qui te deridet, [67] caudam trahat. Est genus unum
Stultitiæ, [68] nihilum metuenda timentis, ut ignes,
Ut rupes, fluviosque [69] in campo obstare queratur.
Alterum et huic [70] varium, et nihilo sapientius, ignes
Per medios, fluviosque ruentis. Clamet amica
Mater, honesta soror, cum cognatis, pater, uxor:
Hic fossa est ingens! hic rupes maxima! [71] serva!
Non magis audierit, quam [72] Fusius ebrius olim,
Cum Ilionam edormit, [73] Catienis mille ducentis,
Mater, te appello, clamantibus. Hic ego vulgus
Errori similem cunctum [74] insanire docebo.
Insanit veteres statuas Damasippus emendo:
Integer est mentis Damasippi [75] creditor? Esto:
Accipe quod nunquam reddas mihi, si tibi dicam,
Tune insanus eris, si acceperis? an magis [76] excors,
[77] Rejecta præda, quam præsens Mercurius fert?

61 Imposuere.

62 Quemadmodum in silvis. 63 Vagantes. 64 A via recta abducit. 65 Unus est error utrique. 66 Sed error ille quasi ludibundus in variis versatur partibus, utputa dextra et sinistra.

67 Sit stolidus et stultus, cujus tergo cauda animantis per derisionem appendatur.

68 In quibus nihil est periculi. 69 In planitie. 70 Huic contrarium. 71 Serva te, tibi cave. 72 Fusius Actor Tragicus Hecubam agens (quæ hic ab Horatio Iliona nominatur) cum somnum simulare deberet, serio dormivit, vino obrutus. 73 Catienus histrio, qui Polydori partes agens, hæc verba magno clamore loquebatur: *Mater, te appello.*

74 Emendo, vendendo, credendo. 75 Qui Damasippi fidei credat? 76 Insanus. 77 Lucro repudiato, quod æquus

[78] Scribe decem à Nerio. Non est satis: adde [79] Cicutæ
Nodosi tabulas centum, mille adde [80] catenas;
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula [81] Proteus.
Cum rapies in jus malis ridentem alienis,
Fiet aper, modo avis, modo saxum, et cum volet, arbor.
Si male rem gerere, insani est; [82] contra, bene sani,
[83] Putidius multo cerebrum est (mihi crede) Perillî
[84] Dictantis, quod tu nunquam [85] rescribere possis.
Audire, atque togam [86] jubeo componere, quisquis
Ambitione mala, aut argenti pallet amore;
Quisquis luxuria, [87] tristive superstitione,
Aut alio mentis morbo [88] calet; huc propius me,
Dum doceo insanire omnes, vos ordine adite.
Danda est [89] hellebori multo pars maxima avaris:
Nescio an [90] Anticyram [91] ratio illis destinet omnem.
Hæredes [92] Staberî summam incidere sepulchro;
Ni sic fecissent, gladiatorum [93] dare centum
[94] Damnati populo paria, atque epulum, arbitrio [95] Arrî,

Mercurius offert. 78 O debitor, scribe te mutuo accepisse à Nerio fœneratore decem millia librarum.

79 Fœneratoris, qui debitores suos cautionibus tanquam nodis obstringebat. 80 Formulas et juris laqueos. 81 Tergiversator, qui ne solvat debitum, varios dolos machinatur, similis Proteo in varias figuras se transformanti.

82 Bene rem gerere. 83 Multo insanior est Perillius. 84 Mutuo dantis, vel jubentis argentarium in codice suo scribere nomine creditoris et debitoris.

85 Rependere atque per argentarii scripturam reddere.

86 Se ad audiendum parare.

87 Tristes efficit superstitio.

88 AEstuat.

89 Elleborus melancholiam purgans, remedium est insaniæ. 90 Quidquid ellebori in Anticyra nascitur. 91 Philosophia Stoïca quæ rationis usum tradit.

92 Homini avarissimi, qui jussit hæredes quantam quisque summam ex testamento accepisset in ejus sepulchro incidere. 93 Exhibere. 94 Damnati sunt ejus testamento.

95 Hominis sumptuosi.

96 Frumenti quantum metit 97 Africa. 98 Sive ego prave,
Seu recte, hoc volui, ne sis 99 patruus mihi. 1 Credo
Hoc Staberî 2 prudentem animum vidisse.

DAMASIPPUS.

Quid ergo
Sensit, cum summam patrimonî insculpere saxo
Hæredes voluit?

STERTINIUS.

3 Quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium, et cavit nihil 4 acrius; ut si
Forte 5 minus locuples uno quadrante periret,
Ipse videretur sibi 6 nequior. 7 Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulchris
Divitiis parent; quas qui construxerit, ille
8 Clarus erit, fortis, justus.

DAMASIPPUS.

Sapiensne?

STERTINIUS.

Etiam; et rex,
Et quidquid volet. 9 Hoc, veluti virtute paratum,
Speravit 10 magnæ laudi fore.

DAMASIPPUS.

Quid simile isti

96 Maximam vim frumenti.
97 Frumenti feracissima.
98 Staberium sic loquentem inducit. Hæc est ultima mea voluntas, sive sit prava, sive recta. 99 Noli me objurgare, ut solent patrui suos nepotes.
1 Hic narrationem repetit Stertinius.
2 Ironice. 3 Quamdiu vixit. 4 Nihil cavit vehementius quam paupertatem. 5 Si uno quadrante pauperior esset mortuus. 6 Luxuriosior.
7 Hæc dicuntur ex persona Staberii. 8 Ex avari judicio.
9 Has divitias accumulatas. 10 Ad nominis sui immortalitatem.

[11] Græcus Aristippus, qui servos projicere aurum
In media jussit Lybia, quia tardius irent
Propter onus segnes. [12] Uter est insanior horum?

STERTINIUS.

Nil agit exemplum, [13] litem quod lite resolvit.
Si quis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec studio citharæ, nec Musæ deditus ulli;
Si [14] Scalpra, et [15] formas [16] non sutor; nautica vela,
[17] Aversus mercaturis; delirus, et amens
Undique dicatur merito. Quid discrepat [18] istis,
Qui nummos aurumque recondit, nescius uti
[19] Compositis, metuensque velut contingere [20] sacrum?
Si quis ad ingentem frumenti semper acervum
[21] Porrectus vigilet cum longo fuste; neque [22] illinc
Audeat [23] esuriens dominus contingere granum,
Ac potius foliis parcus vescatur [24] amaris.
Si positis intus Chii, veterisque Falerni
Mille cadis.... [25] nihil est.... tercentum millibus, acre
Potet acetum: age, si et [26] stramentis incubet, [27] unde-
Octoginta annos natus, cui stragula vestis,
[28] Blattarum, ac tinearum epulæ, putrescat in arca;

11 Aristippus Socratis auditor non Græcus natione; sed ideo Græcus dicitur, quia Græcis litteris philosophatus est.
12 Staberius an Aristippus? 13 Quod ex lite dissoluta novam litem ex se gignit.

14 Sutoria instrumenta, quibus corium raditur. 15 Pedes ligneos, quibus utuntur sutores ad calceos componendos. Angl. *Lastes*. 16 Si ille qui sutor non est, emat scalpra. 17 Alienus à mercatura. 18 Ab istis. 19 Bonis quæsitis. 20 Vide Sat. 1. lib. 1. 21 Jacens. 22 Illius cumuli. 23 Quamvis sit dominus et esuriat. 24 Foliis agrestibus.

25 Parum est quod dico, mille vini cades domi repositos habere. 26 Vilibus stratis, quæ dormientibus substernuntur. 27 Natus annos uno minus octoginta, id est, LXXIX. 28 Epulæ vermium, qui vestes corrodunt, veluti tineæ.

Nimirum insanus paucis videatur, eo quod
Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.
Filius, aut etiam hæc libertus [29] ut ebibat hæres,
[30] Dîs inimice senex custodis, [31] ne tibi desit?
Quantulum enim [32] summæ curtabit quisque dierum,
[33] Ungere si caules oleo meliore, caputque
Cœperis impexa fœdum [34] porrigine? Quare,
[35] Si quidvis satis est, perjuras, surripis, [36] aufers
Undique? tun' sanus? Populum si cædere saxis
Incipias, servosve tuos, quos ære [37] parâris;
Insanum te omnes pueri, clamentque puellæ.
Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno;
[38] Incolumi capite es? Quid enim? neque tu hoc facis [39] Argis,
Nec ferro, ut demens genitricem occidit Orestes.
An tu reris eum [40] occisa insanisse parente?
Ac non ante malis dementem [41] actum Furiis, quam
In matris jugulo ferrum tepefecit acutum?
Quin [42] ex quo est habitus male tutæ mentis Orestes,
Nil sane fecit quod tu reprêndere possis;
Non [43] Pyladen ferro violare aususve sororem
Electram: tantum maledicit utrique, vocando

29 Ut consumat. 30 Diis invise. 31 Custodisne tua, ne tibi quidpiam desit?

32 Quantulum de summa pecuniaria amputabit unusquisque dies? 33 Si victu paulo mundiore utaris. 34 Porrigo est morbus capitis, ubi inter pilos surgunt quædam squammulæ.

35 Si exiguum tibi sufficit, quamobrem pejeras, etc. 36 Quare aufers per vim? 37 Quos emisti.

38 Sanusne es, et sensibus integris? 39 Apud Argos. 40 An putas eum non insanum fuisse antequam facinus admitteret?

41 Impulsum Furiis.

42 Postquam habitus est furiosus.

43 Pyladen socium suum.

Hanc, furiam, hunc [44] aliud, jussit quod [45] splendida bilis.
[46] Pauper Opimius argenti positi intus et auri,
Qui [47] Veïentanum festis potare diebus
[48] Campana solitus trulla, [49] vappamque profestis,
Quondam [50] lethargo grandi est opressus; ut hæres
Jam circum loculos, et [51] claves lætus, ovansque
Curreret. [52] Hunc medicus multum celer atque fidelis,
Excitat hoc pacto: mensam poni jubet, atque
Effundi saccos nummorum, accedere plures
Ad numerandum. Hominem sic erigit. Addit et illud:

MEDICUS.

Ni tua custodis, avidus jam hæc auferet hæres.

OPIMIUS.

[53] Men' vivo?

MEDICUS.

Ut vivas igitur, vigila: [54] hoc age.

OPIMIUS.

[55] Quid?

MEDICUS.

Deficient inopem [56] venæ te, ni cibus, atque
Ingens accedat stomacho [57] fultura ruenti.
Tu cessas? agedum: sume hoc [58] ptisanarium oryzæ.

44 Alio nomine. 45 Quod furor proveniens ex atra bile jusserat. Bilis est splendida et mordax instar aceti.

46 Opimius avarus, pauper argenti domi reconditi. 47 Vinum rubellum, pessimum et saporis ingrati. *Veïentana, civitas est Campaniæ.* 48 Vase potorio fictili. 49 Vinum insipidum. 50 Veterno. 51 Quibus cuncta recluderet. 52 Hunc Opimium lethargicum. 53 Mene vivo, hæc auferet hæres? 54 Huic rei da operam, ut convalescas.

55 Quidvis ut faciam? Est dialogismus.

56 Arteriæ, vires.

57 Robur. 58 Ptisanam ex oriza confectam.

OPIMIUS.

59 Quanti emptæ?

MEDICUS.

Parvo.

OPIMIUS.

Quanti ergo?

MEDICUS.

Octussibus.

OPIMIUS.

Eheu!

Quid refert, 60 morbo, an furtis, pereamve rapinis?

DAMASIPPUS.

61 Quisnam igitur sanus?

STERTINIUS.

Qui non stultus.

DAMASIPPUS.

Quid avarus?

STERTINIUS.

Stultus et insanus.

DAMASIPPUS.

Quid? si quis non sit avarus,
Continuo sanus?

STERTINIUS.

Minime.

DAMASIPPUS.

Cur, Stoïce?

STERTINIUS.

Dicam.

59 Quærit Opimius quanti empta sit oriza? in genitivo casu. 60 Lethargo. 61 Hic instauratur primus dialogus, secundo intercisus.

[62] Non est cardiacus ([63] Craterum dixisse putato)
Hic æger. [64] Recte est igitur, surgetque? [65] Negabit:
Quod latus, aut renes morbo tententur acuto.
Non est perjurus, neque sordidus. [66] Immolet æquis
Hic porcum Laribus: verum ambitiosus, et audax.
[67] Naviget Anticyram. Quid enim differt, [68] barathrone
Dones quidquid habes, an nunquam utare [69] paratis?
Servius Oppidius [70] Canusî duo prædia, dives
Antiquo censu, gnatis [71] divîsse duobus
Fertur, et hoc moriens pueris dixisse vocatis
Ad lectum: Postquam te [72] talos, Aule, nucesque
[73] Ferre sinu laxo, [74] donare, et ludere vidi;
Te, Tiberi, [75] numerare, cavis abscondere [76] tristem;
Extimui, ne vos ageret vesania discors:
[77] Tu Nomentanum, [78] tu ne sequerere [79] Cicutam.
Quare per Divos oratus uterque Penates,
Tu cave ne minuas; tu, ne majus facias id,
Quod satis esse putat pater, et [80] natura coërcet.
Præterea ne vos [81] titillet gloria, jure-
Jurando obstringam [82] ambo: uter Ædilis, fueritve

62 Hic æger non laborat cardialgia. 63 Craterum medicum.

64 Estne igitur corpore sano, et è lectulo surget? 65 Medicus Craterus negabit.

66 Ut se gratum ostendat Laribus, qui eum à perjurio et avaritia liberârunt. 67 Purgetur helleboro, quia insanus est. 68 Ventri omnivoro. *Athenienses in Barathrum, locum profundiorem, maleficos demittebant.* Bentleius legit balatrone; id est, an dones ut balatro, etc. 69 Quæsitis.

70 Canusium est oppidum in Apulia. 71 Divisisse. 72 Tesseras. 73 Id dicimur laxo sinu ferre, cujus nullam curam gerimus. 74 Donare nuces et ludere talis. 75 Numerare nuces, et locis occultis abscondere. 76 Sollicitum.

77 Timui ne tu, Aule, Nomentanum prodigum sequerere. 78 Ne tu, ô Tiberi. 79 Avarum fœneratorem.

80 *Natura paucis contenta est.*

81 Ne vos gloria alliciat. 82 Ambos.

Vestrûm Prætor, is [83] intestabilis, [84] et sacer esto.
[85] In cicere, atque faba, bona tu perdasque lupinis,
[86] Latus ut in Circo spatiere, [87] aut æneus ut stes,
Nudus agris, nudus nummis, insane, paternis?
Scilicet [88] ut plausus, quos fert [89] Agrippa, feras tu,
Astuta ingenuum vulpes imitata leonem?
[90] Ne quis humâsse velit Ajacem, [91] Atrida, vetas cur?

AGAMEMNON.

Rex sum.

STERTINIUS.

Nil ultra quæro plebeïus.

AGAMEMNON.

Et æquam
Rem imperito; ac si cui videor non justus, [92] inulto
Dicere, quod sentit, permitto.

STERTINIUS.

[93] Maxime regum,
Dî tibi dent capta classem reducere Troja.
Ergo [94] consulere, et mox respondere [95] licebit?

AGAMEMNON.

Consule.

STERTINIUS.

Cur Ajax, heros ab Achille [96] secundus

83 Is esto, cui jus testandi est ademptum, *vel*, cui nemo jure cogitur testimonium perhibere. 84 Execrandus esto. 85 AEdiles talia munera apud priscos in ludis Floralibus populo dabant. 86 Ut in lato circo superbus ambules. 87 Ut œnea statua tibi erigatur.
88 Ut populi applausus feras. 89 Gener Augusti, qui virtute fuit leo, cum tu sis vulpes imbellis. 90 Stertinius abrupto sermone alloquitur regem Agamemnonem. 91 Agamemnon.
92 Impune.
93 Captare studet benevolentiam à rege. 94 Interrogare. 95 Licebit mihi?
96 Uno Achille inferior.

97 Putrescit, toties servatis clarus Achivis?
Gaudeat ut populus Priami, Priamusque inhumato,
Per quem [98] tot juvenes patrio caruere sepulchro?

AGAMEMNON.

99 Mille ovium insanus morti dedit, inclytum Ulyssem
Et Menelaum una mecum se occidere clamans.

STERTINIUS.

Tu cum pro vitula statuis dulcem Aulide [1] natam
Ante aras, spargisque [2] mola caput, improbe, salsa,
3 Rectum animi servas?

AGAMEMNON.

4 Quorsum?

STERTINIUS.

Insanus quid enim Ajax
Fecit, cum stravit ferro pecus? abstinuit vim
Uxore, et gnato, mala multa precatus [5] Atridis:
Non ille aut Teucrum, aut ipsum violavit Ulyssem.

AGAMEMNON.

Verum ego, ut hærentes adverso littore naves
Eriperem, [6] prudens placavi sanguine Divos.

STERTINIUS.

7 Nempe tuo, furiose.

AGAMEMNON.

8 Meo; sed non furiosus.

97 Jacet insepultus. 98 Tot Trojani.
99 Mille oves occidit. 1 Iphigeniam.
2 Mola ex farre molito et sale facta.
3 Rectum animum servas, id est, sanusne es? 4 Quorsum hæc? 5 Agamemnoni et Menelao. 6 Prudenter.
7 Tuo sanguine, quapropter furiosus fuisti.
8 Meo sanguine ventos placavi, sed non ideo furiosus fui.

STERTINIUS.

[9] Qui species [10] alias veris, scelerisque tumultu
[11] Permistas capiet, [12] commotus habebitur; atque,
Stultitiane erret; [13] nihilum distabit, an ira.
Ajax immeritos cum occidit, desipit, agnos:
Cum prudens scelus ob titulos [14] admittis inanes,
[15] Stas animo? [16] et purum est vitio, tibi [17] cum tumidum est cor?
Si quis lectica [18] nitidam gestare amet agnam;
Huic vestem, ut gnatæ, paret ancillas, paret aurum;
[19] Rufam, aut Posillam appellet, fortique marito
Destinet uxorem; interdicto [20] huic omne adimat [21] jus
Prætor, et ad sanos [22] abeat tutela propinquos.
Quid? si quis gnatam pro muta [23] devovet agna,
Integer est animi? Ne dixeris. Ergo ubi prava
Stultitia, hic summa est insania. Qui sceleratus,
Et furiosus erit. Quem cepit [24] vitrea fama,
[25] Hunc circumtonuit gaudens [26] Bellona cruentis.
Nunc, age, luxuriam, et [27] Nomentanum arripe mecum.
Vincet enim stultos [28] ratio insanire [29] nepotes.
[30] Hic simul accepit patrimonî mille talenta,
[31] Edicit, piscator uti, pomarius, auceps,

9 Quidam legunt: qui species alias veri, etc. 10 Differentes à veris. 11 Et cum scelere conjunctas. 12 Furiosus habendus est. 13 Nihil interest. 14 Filiam occidis. 15 Sanæ mentis es?

16 Expers vitii. 17 Cum cor ira est inflatum. 18 Agnam abluto vellere candidam. 19 Si Rufam aut Posillam appellet; id est, si det ei nomen celebre: quippe *Rufa* et *Posilla* erant nomina quibusdam matronis nobilibus communia. 20 Tanquam furioso.

21 Jus bona sua administrandi.

22 Transferatur procuratio.

23 Destinet aræ. 24 Fama fragilis et inconstans. 25 Bellona hunc attonitum reddidit. 26 Belli Dea. 27 Luxuriosum et asotum. 28 Rerum eventus probabit. 29 Luxuriosos insanire.

30 Nomentanus. 31 Publice procla-

Unguentarius, [32] ac Tusci turba impia vici,
Cum scurris fartor, [33] cum Velabro omne [34] macellum,
Mane domum veniant. Quid tum? Venere frequentes.
Verba facit leno: Quidquid mihi quidquid et horum
Cuique domi est, id crede tuum; et vel nunc pete, vel cras.
Accipe, quid contra juvenis responderit [35] æquus.
In nive Lucana [36] dormis ocreatus, ut aprum
Cœnem ego: [37] tu pisces hyberno ex æquore [38] verris:
[39] Segnis ego, indignus qui tantum possideam. Aufer:
[40] Sume tibi decies; [41] tibi tantumdem; [42] tibi triplex,
[43] Unde uxor media currat de nocte [44] vocata.
[45] Filius Æsopi detractam ex aure [46] Metellæ,
Scilicet [47] ut decies solidum exsorberet, aceto
[48] Diluit insignem baccam: quî sanior, ac si
[49] Illud idem in rapidum flumen, jaceretve cloacam?
Quinti progenies Arrî, par nobile fratrum,
[50] Nequitia et nugis, pravorum et amore [51] gemellum,
Luscinias soliti [52] impenso prandere coëmptas:
[53] Quorsum abeant? sani ut creta, an carbone notandi?
[54] Ædificare casas, plostello adjungere [55] mures,

mat. 32 Lenones, cupedinarii, et hujus generis; homines perditi, voluptatum ministri, qui in vico Tusco habitabant. 33 Velabrum, locus erat Romæ, in quo habitabant unguentarii.

34 Locus publicus, obsoniis vendendis accommodatus.

35 Nomentanus æquo animo orationem lenonis audiens. 36 Tu, ô venator. 37 Tu, ô piscator. 38 Hyeme piscaris. 39 Ego Segnis sum indignus, etc.

40 O venator, sume tibi decies centena sestertiûm nummorum millia.

41 O piscator. 42 O leno, sume tibi triplum. 43 A quo. 44 Accersita.

45 Clodius Æsopi tragœdi filius. 46 Quæ Clodium Æsopum adamavit. 47 Ut decies centum millia sestertiûm nummorum devoraret. 48 Liquefecit margaritam. 49 Eamdem margaritam.

50 Luxuria et ingenii levitate. 51 Simile et æquale. 52 Magno pretio.

53 Quibus sunt adnumerandi? Sanis an insanis? 54 Ut solent pueri. 55 Ve-

Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectet [56] barbatum, [57] amentia verset.
Si puerilius [58] his ratio esse evincet amare;
Nec quidquam differre, utrumne in pulvere, [59] trimus
Quale prius, ludas opus, an meretricis amore
[60] Sollicitus plores: quæro, faciasne, quod olim
[61] Mutatus Polemon? ponas [62] insignia morbi,
[63] Fasciolas, [64] cubital, [65] focalia, [66] potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpsisse [67] coronas,
Postquam est impransi correptus voce [68] magistri?
Porrigis irato puero cum poma, recusat:
Sume, Catelle; negat: si non des, optat. Amator
[69] Exclusus quî distat, agit ubi secum, eat, an non,
Quo rediturus erat non arcessitus; et hæret
[70] Invisis foribus? ne nunc, cum me vocat ultro,
Accedam? an potius mediter finire [71] dolores?
Exclusit, revocat: redeam? Non, si obsecret. Ecce
[72] Servus non paulo sapientior. [73] O here, quæ res
Nec modum habet, neque consilium, ratione, modoque
Tractari non vult. In amore hæc sunt mala: bellum,

luti jumenta. 56 Virum gravem.

57 Amentia eum agitet, id est, pro insano habeatur.

58 AEdificare casas et similia.

59 Utrum tale nunc opus ludas, quale prius ludebas, cum esses trium annorum infans.

60 Captus. 61 Mutatus oratione Xenocratis, cui postea in schola successit.

62 Ornamenta amatoria. 63 Periscelides. 64 Ornamentum cubiti, vel brachiorum tegumentum. 65 Quibus homines molles utebantur 66 Ut Polemon ebrius. 67 Flores, rosas, lilia, etc. è quibus fiunt coronæ. 68 Oratione Xenocratis sobrii et modesti, qui fuit Aristotelis auditor.

69 A Thaïde exclusus. Totus hic locus desumitur ex Eunucho Terentii. 70 Foribus sibi odiosis, unde erat exclusus.

71 Quos amando patior. 72 Parmeno. 73 O Phædria.

Pax rursum. Hæc si quis, tempestatis prope ritu,
Mobilia [74] et cœca fluitantia sorte laboret
Reddere certa sibi; [75] nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret, certa ratione modoque.
Quid? Cum Picenis excerpens [76] semina pomis
[77] Gaudes, si [78] cameram percûsti forte, [79] penes te es?
Quid? [80] cum balba [81] feris annoso verba palato;
[82] Ædificante casas quî sanior? Adde cruorem
[83] Stultitiæ, atque [84] ignem gladio scrutare. Modo, inquam,
[85] Hellade percussa, Marius cum præcipitat se,
[86] Cerritus fuit? an commotæ crimine mentis
[87] Absolves hominem, et sceleris damnabis eumdem,
Ex more imponens cognata vocabula [88] rebus?
[89] Libertinus erat, qui [90] circum compita [91] siccus
[92] Lautis mane senex manibus currebat; et unum,
Quid tam magnum? addens, [93] unum me surpite morti,
Dîs etenim facile est, orabat: sanus utrisque

74 Incerto casu contingentia.

75 Nihilo plus agat.

76 Pomorum grana. 77 Gaudes tanquam felicis amoris omine. 78 Tectum incurvitatem formatum. 79 Esne mentis compos?

80 Cum blandiuscule verba pronuntias more pueri balbutientis, ad gratiam puellæ captandam. 81 Cum verberas: *est Hypallage.* 82 Quomodo sanior es puero nugas agente?

83 Amatoris stultitiæ, *adde* scelus et crudelitatem. 84 Amoris calori adjunge cædem.

85 Hellade interfecta à Mario, cum ab ea sperneretur. 86 Cereris furore vexatus, id est, fuitne furiosus?

87 An absolves insanum et eumdem condemnabis sceleratum? 88 Vocabula criminibus apta, sed diversa.

89 Pro liberto, Horatius sub persona Stertinii superstitiosos taxans omnem ridet religionem. 90 In compitis Deos Penates constitui et coli jusserat Augustus. 91 Jejunus. 92 Manibus ablutis, ut eas puras ad Deos tenderet. 93 Me unum immortalitate donate. Non magnam, ait, rem postulo; ut unum saltem ex tot millibus morti eripiatis: vobis certe, ô Dii, hoc factu facilli-

94 Auribus atque oculis; mentem, nisi litigiosus,
Exciperet [95] dominus, cum venderet. [96] Hoc quoque vulgus
Chrysippus ponit [97] fœcunda in gente [98] Meneni.
99 Jupiter, ingentes qui das adimisque dolores,
Mater ait pueri menses jam quinque [1] cubantis,
2 Frigida si puerum [3] quartana reliquerit, [4] illo
Mane die, [5] quo tu indicis jejunia, [6] nudus
In Tiberi stabit. [7] Casus, medicusve levârit
Ægrum [8] ex præcipiti; [9] mater delira necabit
In gelida fixum ripa, [10] febrimque reducet.
Quone malo mentem [11] concussa? timore Deorum.

DAMASIPPUS.

Hæc mihi Stertinius, [12] sapientum octavus, amico
13 Arma dedit, posthac ne [14] compellarer inultus.
Dixerit insanum qui me, totidem audiet; atque
Respicere ignoto discet [15] pendentia tergo.

mum est. 94 Sanus toto corpore, sed mente non sanus, quia superstitiosus. 95 Dominus in vendendo mancipio vitia ejus tacere non debuit, nisi lites amaret.

96 Hos superstitiosos. 97 In multiplici familia Meneni, id est, in stultorum numero, qui numerus est infinitus. 98 Menenius vixit ætate Horatii, homo superstitiosus et mente captus. 99 Alterum exemplum superstitionis. 1 Ægrotantis. 2 Votum matris per hypothesin. 3 Quartana; quæ ab atra bile proficiscitur, corpus in principio paroxysmi ingenti horrore excruciat. 4 Tuo die, die Jovis. 5 Quo Magistratus, vel Sacerdotes tuo nomine jejunia imperant. 6 Ut vivo flumine ablutus, ad tua sacra purus accedat.

7 Si casus hunc liberârit, *qui in Quartana sæpe plus valet, quam medicus. Est enim quartana medicorum opprobrium.* 8 Ex morbo periculoso, in sene præsertim. 9 Existimans se voti religione obstrictam. 10 Febrem renovabit per aquæ frigiditatem. 11 Mentem habens percussam.

12 Stertinius septem sapientibus Græcis adnumerandus. *Ironice.*

13 Hanc defensionem dedit. 14 Ne insanus dicerer.

15 Discet sua peccata quæ pendent in mentica à tergo sibi ignoto. *Nemo enim suum tergum novit.*

HORATIUS.

[16] Stoïce, post damnum [17] sic vendas omnia pluris:
Qua me stultitia, quoniam non est genus unum,
Insanire putas? ego nam videor mihi sanus.

DAMASIPPUS.

Quid? caput abscissum demens cum portat [18] Agave
[19] Gnati infelicis; sibi tum furiosa [20] videtur?

HORATIUS.

Stultum me fateor, liceat concedere veris,
Atque etiam insanum; tantum hoc [21] edissere, quo me
Ægrotare putes animi vitio.

DAMASIPPUS.

Accipe: primum
[22] Ædificas, hoc est, [23] longos imitaris, ab imo
Ad summum totus [24] moduli bipedalis, et idem
Corpore majorem rides [25] Turbonis in armis
[26] Spiritum, et incessum: quî [27] ridiculus minus illo?
An quodcumque facit Mæcenas, te quoque [28] verum est,
[29] Tanto dissimilem, [30] et tanto certare minorem?
[31] Absentis ranæ pullis vituli pede pressis,
Unus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens

16 O Damasippe. 17 Sic post merces amissas quæstuosam mercaturam facies. *Sic, particula est bene precantis.*

18 Filia Cadmi. 19 Penthei. 20 Furiosa videtur? minime.

21 Hoc expone. 22 Magnifice ædificas. 23 Incedendo te effers ut longus videare, id est, opulentos et potentes viros imitaris. 24 Brevis es staturæ, id est, res tua familiaris est tenuis et angusta. 25 Gladiatoris homunculi.

26 Animum et gestum tumidum.

27 In qua re es tu minus illo ridiculus? 28 AEquum est te idem facere? 29 Tanto viro dissimilem. 30 Et cum tanto? 31 AEsopi fabula.

Bellua [32] cognatos eliserit. [33] Illa rogare,
[34] Quantane? num tandem se inflans, sic magna fuisset?
[35] Major dimidio. [36] Num tanto? cum magis atque
Se magis inflaret; non, si te ruperis, [37] inquit,
Par eris. [38] Hæc à te non multum [39] abludit imago.
[40] Adde poëmata nunc; hoc est, [41] oleum adde camino:
Quæ si quis sanus fecit, sanus facis et tu.
[42] Non dico horrendam rabiem.

HORATIUS.

[43] Jam desine.

DAMASIPPUS.

Cultum
Majorem censu.

HORATIUS.

[44] Teneas Damasippe tuis te.

DAMASIPPUS.

[45] Mille puellarum, puerorum mille furores.

HORATIUS.

[46] O major tandem parcas, insane, minori.

32 Ut simul natos oppresserit.

33 Illa rogabat.

34 Quantus fuit ille vitulus? Hunc versum et sequentem, sic, recte, mea sententia, exponit Bentleius: *Quantane? num tantum, sufflans se, magna fuisset? Major dimidio. Num tantum? etc.* 35 Respondet pullus.

36 Num tanto major est, inquit mater? 37 Inquit pullus.

38 Damasippus ad Horatium convertit sermonem. 39 Non multum discrepat. 40 Adjunge ad insaniam tuam in ædificando, aliam qua furis in poëmatis scribendis. 41 Ut major fiat tua insania. Proverbium est. 42 Missam facio tuam iracundiam cum rabie comparandam, et prætermitto vestitum tuum sumptuosiorem quam census tuus ferat.

43 Horatius, sua vitia à Damasippo enumerari invite audit.

44 Tuis te vitiis contineto, mea ne tangito. 45 Prætermitto furores tuos, id est, insanos amores.

46 O Damasippe, qui me stultus magis es, et insanus, parcas mihi minori, id est, minus insano.

SATYRA IV.

Sub persona cujusdam Catii Philosophi Epicurei; irridet Epicureorum præcepta ad artem culinariam spectantia.

HORATIUS.

[1] Unde, et quo Catius?

CATIUS.

[2] Non est mihi tempus, [3] aventi
[4] Ponere signa novis præceptis, qualia [5] vincant
Pythagoram, [6] Anytique reum, doctumque Platona.

HORATIUS.

[7] Peccatum fateor, cum te sic tempore [8] lævo
Interpellârim; sed des veniam bonus, oro.
Quod si [9] interciderit tibi nunc aliquid, [10] repetes mox;
Sive est naturæ hoc, sive artis, [11] mirus utroque.

CATIUS.

[12] Quin id erat curæ, quo pacto cuncta [13] tenerem:
Utpote res [14] tenues, tenui sermone [15] peractas.

HORATIUS.

[16] Ede hominis nomen; simul an Romanus, an hospes.

1 Unde venit Catius, et quo vadit? 2 Non mihi vacat tibi respondere. 3 Cupienti. 4 Præceptis nunquam à quoquam traditis nomina imponere et vocabula, quæ sunt rerum σημεῖα, id est, signa. 5 Qualia vincere possint. 6 Socratem ab Anyto accusatum.

7 Me errâsse fateor. 8 Tempore inopportuno. 9 Si aliquid memoria effluxerit. 10 Facile in memoriam revocabis, sive memoria constet natura, sive arte. 11 Tu in utroque es admirandus. Ironica est commendatio ut eum impellat ad dicendum.

12 Profecto hoc agebam. 13 Ut tenerem memoria. 14 Res subtiles. 15 Disputátas.

16 Dic nomen magistri tui.

CATIUS.

Ipsa memor præcepta canam : celabitur auctor.
Longa quibus [17] facies ovis erit, illa memento,
[18] Ut succi melioris, et ut magis [19] alma rotundis
[20] Ponere; [21] namque marem cohibent callosa vitellum.
Caule suburbano, [22] qui siccis crevit in agris,
Dulcior. [23] Irriguo nihil est elutius horto.
[24] Si vespertinus subito te oppresserit hospes,
Ne gallina malum [25] responset dura palato,
[26] Doctus eris vivam [27] misto mersare Falerno :
[28] Hoc teneram faciet. Pratensibus optima fungis
Natura est; [29] aliis male creditur. Ille salubres
Æstates peraget, qui nigris prandia moris
[30] Finiet, [31] ante gravem quæ legerit arbore solem.
Aufidius [32] forti miscebat mella Falerno,
Mendose, quoniam vacuis committere venis
Nil nisi lene decet. Leni præcordia [33] mulso
Prolueris melius. [34] Si dura morabitur alvus,
[35] Mitulus, [36] et viles pellent [37] obstantia conchæ,
[38] Et lapathi brevis herba, sed albo non sine [39] Coo.

17 Forma vel figura. 18 Ut gratioris saporis. 19 Et, ut magis alma, id est, alentia, nutrientia, ab *alo*. Vide Bentl. 20 Mense apponere. 21 Nam ova dura veluti callo obducta marem vitellum, id est, semen masculi continent.

22 Dulcior caule agresti, qui, etc.

23 Nihil est insipidius caule hortensi multis aquis irrigato. 24 Si vesperi hospes advenerit. 25 Ne gallina male adversetur palato et in faucibus reluctetur. 26 Nôsse debes. 27 Falerno cum aqua diluto. Esset fortasse melius hic ponere *musto*. 28 Hæc res mollioulam efficiet carnem. 29 Aliis fungis periculosum est vesci. 30 Terminabit. 31 Quæ mane ex arbore decerpserit.

32 Austero Falerno. 33 Melicrato. 34 Si venter sese non exoneret.

35 Musculus. Angl. *a masses*.

36 Conchæ parvi pretii. 37 Ut venter non sit laxus. 38 Et rumex, herba, quæ brevia et acuta habet folia, ventrem etiam evacuat. 39 Non sine vino, sic

[40] Lubrica nascentes implent conchylia [41] lunæ.
Sed non omne mare est [42] generosæ fertile testæ.
Murice Baïano melior [43] Lucrina peloris;
[44] Ostrea Circæis, [45] Miseno oriuntur echini;
[46] Pectinibus patulis jactat se [47] molle Tarentum.
Nec sibi cœnarum quivis temere arroget artem,
[48] Non prius exacta tenui ratione saporum.
Nec satis est cara pisces avertere [49] mensa,
Ignarum [50] quibus est jus aptius, et quibus assis
[51] Languidus in cubitum jam se conviva reponet.
[52] Umber, et iligna nutritus glande, rotundas
[53] Curvet aper lances carnem vitantis [54] inertem:
Nam [55] Laurens malus est, ulvis, et arundine pinguis.
Vinea [56] summittit capreas non semper [57] edules.
Fœcundæ leporis [58] sapiens sectabitur armos.
Piscibus, atque avibus, quæ natura, et foret ætas,
Ante meum [59] nulli patuit quæsita [60] palatum.

dicto ab insula Coo.

40 Conchylia generosa lubricam reddunt alvum. 41 Luna accrescente conchylia implentur. 42 Generosorum testaceorum.

43 Peloris in sinu Lucrino capta. 44 Ostrea Lucrina sunt meliora ostreis Circæis, ubi Circe filia Solis habitavit. 45 In Miseno Baïarum portu, ubi Misenus Æneæ nauclerus undis submersus periit. 46 Piscibus os aperientibus, qui conchas habent serratas ad similitudinem pectinis. Angl. *cockels*. 47 Tarentum, mollitie et luxu diffluens.

48 Nisi prius explorata saporum ratione, quæ tenuis est et difficulter percipitur. 49 Pisces è macello piscatorio, caro pretio emere et auferre. 50 Quibus piscibus jus conveniat. 51 Crapula satiatus insurget iterum ad edendum, quasi ad novas delicias excitatus.

52 Ex Umbria aper. 53 Oneret. 54 Carnem pinguiorem, sed inertia et otio comparatam.

55 Malus est aper nutritus in agro Laurenti; *quod est Latii oppidum*.

56 Suppeditat et nutrit. 57 Capreas non aptas esui.

58 Cui palatum sapit. 59 Nulli cognita fuit. 60 Sapor in lingua et palato consistit.

Sunt, quorum ingenium nova tantum [61] crustula promit.
[62] Nequaquam satis in re una consumere curam:
Ut si quis solum [63] hoc, mala ne sint vina, laboret,
Quali perfundat pisces [64] securus olivo.
[65] Massica si cœlo supponas vina sereno;
Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura,
Et decedet odor nervis inimicus; [66] at illa
Integrum perdunt lino [67] vitiata saporem.
Surrentina vafer qui miscet fæce Falerna
Vina, columbino [68] limum bene colligit ovo,
[69] Quatenus ima petit [70] volvens aliena vitellus.
Tostis [71] marcentem squillis recreabis, et Afra
Potorem cochlea; nam [72] lactuca innatat acri
Post vinum stomacho. Perna magis, ac magis [73] hillis
[74] Flagitat in morsus refici; quin omnia malit,
Quæcumque immundis fervent allata [75] popinis.
Est operæ pretium duplicis pernoscere juris
Naturam: [76] Simplex è dulci constat olivo,
Quod pingui miscere mero muriaque decebit,
[77] Non alia, quam qua Byzantia putruit [78] orca.
[79] Hoc ubi confusum [80] sectis inferbuit herbis,

61 Placentas adinvenit. 62 Non satis est. 63 Si hoc curet solum. 64 Non curans. 65 Vina optima in monte Massico nata. Vide Od. 1. lib. 1. 66 Vina Massica. 67 Linteo sacculo percolata.

68 Fæcem. 69 Quoniam in fundum decidit vitellus. 70 Deducens aliena à natura vina, id est, fæces.

71 Potorem languentem squillis revocabis ad edendum et bibendum. 72 Lactucam post epulas et vinum largius sumptum, esitare solebant.

73 Tenuissimis intestinis ex carnibus suillis et arvina factis. 74 Conviva nauseans vult refici, etc. 75 E popinis, quæ solent esse immundæ.

76 Simplex jus. 77 Non quavis muria, sed ea, qua, etc. 78 Orca est vas fictile Constantinopolitanum, ventricosum, et ore angusto.

79 Vinum pingue cum muria.

80 Herbis minutim concisis, et

[81] Corycioque croco sparsum [82] stetit, [83] insuper addes
Pressa Venafranæ quod bacca remisit olivæ.
Picenis cedunt pomis [84] Tiburtia succo :
Nam [85] facie præstant. [86] Venucula convenit ollis.
Rectius [87] Albanam fumo duraveris uvam.
[88] Hanc ego cum malis, ego [89] fæcem primus, et halec,
Primus et invenior piper album, cum sale nigro
[90] Incretum, puris circumposuisse catillis.
Immane est vitium, [91] dare millia terna macello,
[92] Angustoque vagos pisces urgere catino.
[93] Magna movent stomacho fastidia, seu puer [94] unctis
Tractavit calicem manibus, [95] dum furta ligurrit;
Sive gravis [96] veteri crateræ limus adhæsit.
[97] Vilibus in scopis, [98] in mappis, [99] in scobe, [1] quantus
Consistit sumptus? [2] neglectis, flagitium ingens.
[3] Ten' lapides varios lutulenta radere palma,
[4] Et Tyrias dare circum illota toralia vestes;
Oblitum, quanto curam, sumptumque minorem

incoctis. 81 Cilicio croco, sic dicto à monte Coryco in Cilicia. 82 Propemodum concrevit. 83 Superinfundes oleum Venafranum.

84 Poma Tibure nata. 85 Pulchritudine præstant.

86 Uva Venucula melius in ollis conditur. 87 Uvam Albanam.

88 Hanc uvam Albanam ego primus invenior circumposuisse in mundis et nitidis catillis. 89 Halecem fæcatam, per hendyaden. 90 Permixtum, vel incerniculo purgatum.

91 Tria millia sestertiûm insumere piscibus in macello venalibus. 92 Et in angustis patinis, grandes pisces continere. 93 Magnam nauseam movent hæc, sive, etc. Melius, Baxtero judice, *magna movet.* 94 Sordidatis manibus. 95 Dum è patinis ablata vorat. 96 Cratera veteris artificii.

97 In scopis parvo pretio habendis. 98 Quibus convivæ manus unctas tergant. 99 Quo vasa defricata splendeant. 1 Quam parvus sumptus! 2 Quo sumptus est minor, eo culpa est major.

3 Tene decet (ô Horati) pavimenta marmorea versicoloria, scopa ex palma mundare? 4 Et purpureas vestes substernere toralibus illotis?

Hæc habeant, tanto reprêndi justius [5] illis,
Quæ nisi divitibus nequeant contingere mensis?

HORATIUS.

[6] Docte Cati, per amicitiam, Divosque [7] rogatus,
Ducere me auditum, perges quocumque, memento.
Nam quamvis referas [8] memori mihi pectore cuncta,
Non tamen [9] interpres tantumdem juveris. Adde
[10] Vultum, habitumque hominis, quem tu vidisse beatus
Non magni pendis, [11] quia contigit. At mihi cura
Non mediocris inest, [12] fontes ut adire remotos,
[13] Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

5 Rebus nitidis et sumptuosis.
6 Jocatur Horatius, suburbane illum Epicureum deridens, à quo Catius fuit institutus. 7 Rogatus à te.
8 Memoriter. 9 Cum tu sis tantum interpres, non potes mihi tantum prodesse renuntiando, quantum magister ipse loquendo, à quo hæc habes.
10 Gestum et pronuntiationem magistri tui. 11 Quia tibi contigit audire et videre eum docentem.
12 Ut audiam ipsos auctores et inventores hujus disciplinæ. 13 Tota hæc allegoria est irrisione plena.

SATYRA V.

Sub persona Ulyssis Tiresiæ umbram apud inferos consulentis, Poëta insidiatores et captatores testamentorum describit.

ULYSSES.

Hoc quoque, [1] Tiresia, [2] præter narrata, petenti
Responde: quibus amissas reparare queam [3] res
[4] Artibus atque modis?.... Quid rides?

1 Tiresias fuit vates Thebanus, cujus judicio Juno offensa, eum oculis orbavit.
2 Præter alia, quæ mihi narrâsti.
3 Jacturas præteritas resarcire.
4 Jure vel injuria.

TIRESIAS.

Jamne [5] doloso
Non satis est Ithacam revehi, patriosque Penates
Aspicere?

ULYSSES.

[6] O nulli quidquam mentite, vides ut
Nudus inopsque domum redeam, [7] te vate; neque illic
Aut [8] apotheca procis intacta est, aut pecus. Atqui
Et genus, et virtus, [9] nisi cum re, vilior [10] alga est.

TIRESIAS.

[11] Quando pauperiem, missis [12] ambagibus horres,
Accipe, qua ratione queas ditescere. [13] Turdus,
Sive aliud [14] privum dabitur tibi, [15] devolet illuc
Res ubi magna [16] nitet, domino sene: dulcia poma,
Et quoscumque feret cultus tibi fundus [17] honores,
[18] Ante Larem gustet venerabilior Lare dives.
Qui quamvis perjurus erit, [19] sine gente, [20] cruentus
Sanguine fraterno, fugitivus; ne tamen illi
Tu comes [21] exterior, si postulet, ire recuses.

ULYSSES.

Utne tegam spurco [22] Damæ latus? haud ita Trojæ

5 Nonne satis est tibi astuto et fallaci, ô Ulysses, etc. 6 O vates veridice. 7 Te vaticinante. 8 Penum, vel repositorium.

9 Nisi cum divitiis. 10 Herba nullius usus. Vide Ode XVII. lib. III.

11 Quoniam, etc. 12 Longo verborum circuitu omisso. 13 Sive turdus. 14 Sive aliud privatum, seu proprium. 15 Deferatur illuc. 16 Nitor domus, argumentum est divitiarum. 17 Optimos fructus honoribus Deorum debitos. 18 Antequam fructuum primitias Laribus tuis offeras.

19 Ignobilis, ut libertus, vel libertinus. 20 Fratricida. 21 Comes inferior à parte sinistra incedens. 22 Homini abjecto et servili genere nato?

Me gessi, certans semper [23] melioribus.

TIRESIAS.

Ergo
Pauper eris.

ULYSSES.

Fortem [24] hoc animum tolerare jubebo;
Et quondam majora tuli. Tu protinus, unde
Divitias, ærisque [25] ruam, dic, augur, acervos.

TIRESIAS.

Dixi equidem, et dico. Captes astutus ubique
Testamenta senum: neu, si vafer unus et alter
[26] Insidiatorem [27] præroso fugerit hamo,
Aut spem [28] deponas, [29] aut artem illusus omittas.
Magna minorve foro si res [30] certabitur olim;
Vivet uter locuples sine gnatis, [31] improbus ultro
Qui meliorem audax vocet in jus; illius esto
Defensor: fama civem causaque [32] priorem
Sperne, domi si gnatus erit, fœcundave conjux.
[33] Quinte, puta, aut Publi (gaudent [34] prænomine molles
Auriculæ) tibi me [35] virtus tua fecit amicum.

23 Cum melioribus de virtute et gloria contendens.

24 Ut, præter meam consuetudinem, hominem infimæ sortis colam ditescendi causa, inquit Ulysses. 25 Unde eruam.

26 Si quis vafer te fugerit insidiatorem, qui, captandæ hæreditatis causa, munera quasi ex insidiis offers. 27 Hamo prægustato. Metaph. à piscibus.

28 Aut spem abjicias. 29 Dolum.

30 Si res litigabitur posthac. 31 Esto ultro, id est, esto non rogatus defensor, et indefessus patronus, illius qui audax et improbus, etc. 32 Sperne civem meliorem.

33 Tiresias captatorem docet formulam senis aucupandi. 34 Veteres Romani tribus appellationibus erant nominati, prænomine, nomine, cognomine, ut *M. Tul. Cicero*. 35 Non pecunia.

[36] Jus anceps novi; causas defendere possum.
Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te
Contemptum [37] cassa nuce pauperet. Hæc mea cura est,
Ne quid tu perdas, [38] neu sis jocus. [39] Ire domum, atque
[40] Pelliculam curare jube. [41] Fi cognitor ipse:
Persta, atque obdura; seu [42] rubra Canicula findet
[43] Infantes statuas; seu pingui [44] tentus omaso
[45] Furius hibernas cana nive conspuet Alpes.
Nonne vides, aliquis cubito stantem prope tangens
[46] Inquiet, [47] ut patiens! ut amicis aptus! ut acer!
[48] Plures annabunt thunni, [49] et cetaria crescent.
Si cui præterea [50] validus male filius in re
[51] Præclara sublatus aletur; ne manifestum
[52] Cælibis obsequium [53] nudet te, [54] leniter in spem
Arrepe officiosus, ut et scribare secundus
[55] Hæres, et, si quis casus puerum [56] egerit Orco,
[57] In vacuum venias: [58] perraro hæc alea fallit.

36 Quod in utramque partem trahi potest.

37 Quam te inani nuce fraudet.

38 Ne sis cuiquam ludibrio.

39 Tiresiæ sunt præcepta ad Ulyssem. 40 Delicate vivere.

41 Esto patronus. 42 Canicula ardens et ignita, id est, sive æstas fuerit, sive bruma. 43 Statuas mutas, intelligit fortasse infacundos auctores, vel judices ineptos. 44 Distentus pinguibus intestinis. 45 Poëta bibaculus, qui cum brumam describeret utebatur hoc versu: *Jupiter hibernas cana*, etc.

46 Dicet de te. 47 Quam patiens est Ulysses!

48 Plures senes sine liberis accedent, qui tuæ fidei causam suam committent. Thunni sunt pisces admodum celeres, quorum multi capiuntur in Hispania, ad columnas Herculis. 49 Vivaria et piscinæ, ubi pisces prægrandes aluntur. 50 Filius valetudinarius et parum firmus. 51 In censu amplo ab infantia ad adultam ætatem producetur. 52 Obsequium hominis sine liberis. 53 Ne fallaciam tuam prodat. 54 Sensim et paulatim tuis officiis demerere. 55 Filio languenti substitutus. 56 Si quis casus ad mortem puerum perduxerit. 57 In locum hærede vacuum. 58 Perraro hic eventus frustratur.

[59] Qui testamentum tradet tibi cumque legendum,
[60] Abnuere, [61] et tabulas à te removere memento:
Sic tamen, [62] ut limis rapias, [63] quid prima secundo
Cera velit versu; solus, multisne cohæres,
Veloci percurre oculo. Plerumque [64] recoctus
Scriba ex Quinqueviro corvum [65] deludet hiantem,
Captatorque [66] dabit risus Nasica Corano.

ULYSSES.

Num furis? an prudens [67] ludis me, obscura canendo?

TIRESIAS.

[68] O Laërtiade, quidquid dicam, aut erit, aut non;
Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.

ULYSSES.

Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, ede.

TIRESIAS.

Tempore quo [69] juvenis Parthis horrendus, ab alto
Demissum genus Ænea, tellure, marique
Magnus erit, [70] forti nubet procera Corano
Filia Nasicæ, [71] metuentis reddere soldum,
Tum [72] gener hoc faciet; tabulas [73] socero dabit, atque

59 Quicumque testator. Est Tmesis. 60 Recusare. 61 Tabulas testamenti. 62 Ut obliquis oculis inspicias. 63 Quid prima tabula cerata, id est, primus versus in quo scribebatur nomen testatoris, velit in secundo versu, id est, quem hæredem constituerit testator.

64 Sæpe scriba ætate grandis, et in multis negotiis versatus ex quinqueviro iterum in scribam rediit. 65 Hæreditati insidiantem decipiet, ut vulpes olim AEsopi corvum. 66 Præbebit ridendi occasionem. 67 Ludificas me?

68 O Ulysse fili Laërtis. 69 Augustus. 70 Diviti. 71 Fugientis, vel nolentis reddere universum debitum. *Dotem cum filia fortasse intelligit.*

72 Coranus. 73 Nasicæ dabit testa-

Ut legat, orabit : multum Nasica [74] negatas
Accipiet tandem, et tacitus leget, invenietque
Nil sibi legatum, [75] præter plorare, [76] suisque.
[77] Illud ad hæc jubeo : mulier si forte dolosa,
Libertusve senem delirum [78] temperet, [79] illis
Accedas socius : [80] laudes, lauderis ut absens.
[81] Adjuvat hoc quoque; sed vincit longe, prius [82] ipsum
Expugnare caput. [83] Scribet mala carmina [84] vecors?
Laudato. Scortator erit? cave te roget; [85] ultro
Penelopen facilis potiori trade.

ULYSSES.

Putasne
[86] Perduci poterit, tam frugi, tamque pudica,
Quam nequiêre proci [87] recto depellere cursu?

TIRESIAS.

Venit enim magnum donandi [88] parca juventus;
Nec tantum [89] Veneris, quantum studiosa [90] culinæ.
Sic tibi Penelope [91] frugi est; quæ si semel uno
[92] De sene gustârit, tecum partita [93] lucellum,
Ut canis, [94] à corio nunquam absterrebitur uncto.
Me sene, quod dicam, factum est. Anus improba Thebis
[95] Ex testamento sic est [96] elata : cadaver

menti tabulas. 74 Quas inspicere negavit. 75 Præter ploratum et fletum.

76 Suæ filiæ. 77 *Aliud Tiresiæ præceptum ad captandum senem.*

78 Si regat. 79 Liberto, uxori, vel concubinæ. 80 Laudare debes libertum vel mulierem. 81 Hoc quoque conducit. 82 Ipsum senem capere. 83 Si scribet. 84 Stultus vel insanus.

85 Non rogatus uxorem ei tuam suppone tanquam potiori. 86 Persuaderi. 87 Ad adulterium impellere.

88 Venit juventus illiberalis, et restricta in magnum donando. 89 Non tam rei venereæ. 90 Quam ventri.

91 Casta est. 92 Si senis munera sit semel experta. 93 Lucrum à sene acceptum. 94 Quod rodere didicit.

95 Ipsius voluntate. 96 Elata è domo ad rogum.

Unctum oleo largo nudis humeris tulit [97] hæres :
Scilicet elabi si posset mortua : credo,
[98] Quod nimium institerat viventi. Cautus adito :
Neu desis operæ, [99] neve immoderatus abundes.
Difficilem et morosum offendet garrulus. [1] Ultro
[2] Non etiam sileas. [3] Davus sis comicus, atque
Stes capite [4] obstipo, multum similis metuenti.
[5] Obsequio grassare : mone, [6] si increbuit aura,
[7] Cautus uti velet carum caput : extrahe turba
[8] Oppositis humeris : [9] aurem substringe loquaci.
[10] Importunus amat laudari ? donec, [11] Ohe ! jam
Ad cœlum manibus [12] sublatis dixerit, urge ; et
Crescentem tumidis infla sermonibus [13] utrem.
Cum te servitio longo, curaque [14] levârit,
[15] Et certum vigilans, *quartæ esto partis Ulysses*
Audieris, *hæres :* [16] Ergo nunc Dama sodalis
[17] Nusquam est ? Unde mihi tam fortem, tamque [18] fidelem ?

97 Ea lege, institutus est hæres, si corpus testatricis oleo copioso inunctum nudis humeris portaret. 98 Quia nimio officio eam vivam prosecutus fuerat.

99 Officio tuo. 1 Qui non provocatus garrit, offendet, etc.

2 Ne sis etiam nimium taciturnus.

3 Indue personam Davi, timide cum domino suo loquentis. 4 Capite in alterum humerum inclinato, qui gestus est hominis ad palpandum parati.

5 Quovis genere obsequii divitem capta, eique insidiare. 6 Si ventus factus est acrior. 7 Sibi cavens. 8 Objectis humeris tuis, ne in turba jactetur. 9 Aurem tuam substringe loquaci seni, id est, auribus tuis substrictis et arrectis finge te attente auditurum longas senis narrationes.

10 Importune. 11 Donec dixerit, Ohe ! jam satis est. 12 Præ gaudio. 13 Infla hominem vanum et philautum, qui falsis laudibus et adulationibus velut uter intumescit.

14 Morte sua. 15 Et cum tu certo vigilans, non somnians, audieris hæc verba : *Quartæ partis hæres Ulysses esto*. Hæc est testamentorum formula.

16 Post obitum senis, sic dices voce queribunda : *Ergo nunc, etc.*

17 Mortuus est. 18 Unde tam fidelem parabis amicum ?

[19] Sparge subinde; et, si paulum potes, illacrymare. [20] Est
[21] Gaudia prodentem vultum [22] celare. Sepulchrum
Permissum [23] arbitrio, [24] sine sordibus extrue: [25] funus
Egregie factum laudet vicinia. Si quis
Forte cohæredum senior [26] male tussiet; [27] huic tu
Dic, [28] ex parte tua, seu fundi, sive domus sit
Emptor, [29] gaudentem nummo te addicere. [30] Sed me
[31] Imperiosa trahit Proserpina: vive, valeque.

19 Divulga hæc verba: *Unde mihi, etc.* 20 Decet, *vel* utile est.
21 Propter senis mortem.
22 Vultum hilarem dissimulatione et fictis lacrymis celare.
23 Arbitrio tuo si est commissum. 24 Extrue magnifice. 25 Pompam funeralem à te factam.
26 Graviter et periculose. 27 Huic cohæredi. 28 Ex parte, quæ tibi ex testamento obvenit. 29 Dic, te malentem nummum, quam fundum, addicere ei fundum pecunia.
30 *Tiresiæ umbra apud inferos hæc omnia loquitur.* 31 Proserpina, quæ imperium habet in mortuos.

SATYRA VI.

Rusticani otii commoda cum urbanæ vitæ molestiis comparata.

[1] Hoc erat in votis: [2] modus agri non ita magnus,
Hortus ubi, et tecto vicinus [3] jugis aquæ fons,
Et paulum silvæ [4] super his foret. [5] Auctius, atque
Dî melius fecere: bene est. Nihil amplius oro,
[6] Maïa nate, nisi ut [7] propria hæc mihi munera faxis.
Si neque majorem feci [8] ratione mala rem;
Nec sum facturus [9] vitio culpave minorem.

1 Hoc optabam. 2 Modicus ager. 3 Fons aquæ perennis. 4 Ultra hæc.
5 Amplius quam optabam.
6 O Mercuri. 7 Nisi ut hæc munera facias mihi perpetua et firma. 8 Injuria, vel fraude. 9 Nequitia luxuriave.

[10] Si veneror stultus nihil horum : [11] O si angulus ille
Proximus accedat, qui nunc [12] deformat agellum!
O si urnam argenti [13] fors quæ mihi monstret; ut illi,
Thesauro invento, qui mercenarius agrum
Illum ipsum mercatus aravit, [14] dives amico
Hercule! si, [15] quid adest gratum juvat; hac prece te oro,
Pingue pecus [16] domino facias, et cætera, præter
[17] Ingenium; utque soles, [18] custos mihi maximus adsis!
Ergo ubi me in montes, et [19] in arcem ex urbe removi,
Quid prius illustrem [20] Satyris Musaque pedestri?
[21] Nec mala me ambitio perdit, nec [22] plumbeus Auster,
Autumnusque gravis, [23] Libitinæ quæstus acerbæ.
[24] Matutine pater, seu Jane libentius [25] audis,
[26] Unde homines operum primos vitæque labores
Instituunt, sic Dîs placitum, tu carminis esto
Principium. [27] Romæ sponsorem me rapis : eia,
[28] Ne prior officio quisquam respondeat, urge :
Sive aquilo [29] radit terras, seu bruma nivalem

10 Si nihil horum à Diis precor, quæ proxime dicam. 11 Utinam angulus ille, etc. 12 Qui facit agellum inæqualem. 13 Fortuna alicubi. 14 Dives factus, favente Hercule, *qui thesauris recludendis præesse creditur.* 15 Si eo quod possideo, delector. 16 Mihi domino. 17 Præter pingue, id est, hebes ingenium. 18 *Sub Mercurii tutela sunt Poëtæ.* Vide Od. XVII. lib. II.

19 In villam Tusculanam, in monte positam. 20 Satyrico carmine et versibus, qui stant pedibus solutæ orationi similibus.

21 Quando in agro sum, nulla perturbatione afficior. 22 Insalubris Auster, cujus intemperie corpora ingravescunt. 23 Cum multi in Autumno intereunt, quæstum faciunt ii, qui in funeribus procurandis sunt occupati, dicti libitinarii, à Libitina funerum Dea.

24 A Matuta, id est, aurora. 25 Libentius appellaris. 26 A quo.

27 Cum Romæ sum, ô Jane, tu cogis me esse fidejussorem, id est, pro altero spondere. 28 Urge ne quis te officiosior existat. 29 Sive Aquilo flat, et devastat terras.

[30] Interiore diem gyro trahit, [31] ire necesse est.
[32] Post modo, quod mî obsit, clare certumque locuto,
Luctandum in turba : facienda injuria [33] tardis.
[34] Quid vis, insane, et quas res agis? improbus urget
[35] Iratis precibus. [36] Tu pulses omne quod obstat,
Ad Mæcenatem [37] memori si mente recurras.
[38] Hoc juvat, et melli est, non mentiar. At simul atras
Ventum est [39] Esquilias, aliena negotia centum
Per caput, [40] et circa saliunt latus. Ante secundam
Roscius orabat [41] sibi adesses ad Puteal cras.
[42] De re communi scribæ magna, atque nova te
Orabant hodie meminisses, Quinte, reverti.
[43] Imprimat his cura Mæcenas signa tabellis.
[44] Dixeris, experiar : si vis, potes, addit, et instat.
[45] Septimus octavo propior jam fugerit annus,
Ex quo Mæcenas me cœpit habere suorum
In numero : duntaxat ad hoc, [46] quem tollere rheda

30 Sive Bruma breviore ambitu diem contrahit. 31 Ad spondendum pro altero.

32 Postea laborandum est mihi in turba, id clare et aperte locuto, quod mihi damnum afferat, *spondendo nimirum*. 33 Tardius euntibus, scilicet dum propero.

34 Verba sunt ejus, qui ab Horatio properante in turba impellitur. 35 Diris precationibus.

36 O Horatî, tibi licet pulsare quidquid obstat eunti. 37 Si recurras mente in memoriam beneficiorum aceptorum.

38 Respondet Horatius, hoc (nempe in turba jactari et male audire) esse sibi voluptati instar mellis.

39 In Esquiliis habitabat Mæcenas, quas atras appellat, vel quod olim erat plebis sepulcretum, vel quod eo veniens atris curis obruebatur. 40 Omni ex parte insiliunt.

41 Ut tu, Horati, sibi esses advocatus ad puteal, id est, ad locum ubi Prætor jus dicebat.

42 De re, quæ ad rem publicam pertineat.

43 Da operam, ut Mæcenas subscribat.

44 Si dixeris, tentabo, an velit subscribere.

45 Septimus annus elapsus est, aut fere octavus, ex quo, etc. 46 Facturus iter communicat mecum, quem vellet

Vellet, iter faciens, et cui concredere nugas
[47] Hoc genus: [48] hora quota est? [49] Thrax est Gallina
Syro par?
Matutina [50] parum cautos jam frigora mordent,
[51] Et quæ rimosa bene deponuntur in aure.
[52] Per totum hoc tempus, subjectior in diem et horam
Invidiæ. [53] Noster ludos spectaverat una,
Luserat in campo, Fortunæ filius, omnes.
[54] Frigidus à Rostris manat per compita rumor;
Quicumque obvius est, [55] me consulit. [56] O bone, nam te
Scire, [57] Deos quoniam propius contingis, oportet:
Numquid [58] de Dacis audisti? [59] Nil equidem. [60] Ut tu
Semper eris derisor! At omnes Dî [61] exagitent me,
[62] Si quidquam. [63] Quid? militibus promissa, [64] Triquetra
Prædia Cæsar, an est Itala tellure daturus?
Jurantem me scire nihil mirantur, ut unum
Scilicet egregii mortalem altique silentî.
[65] Perditur hæc inter [66] misero lux, non sine votis:

recipere in rhedam. 47 Nugas hujus generis. 48 Mæcenas me interrogat.

49 Thrax, quem ignaviæ causa gallinam nominat, et Syrus, duo erant gladiatores. 50 Sunt parum cauti, qui sub finem Autumni utuntur adhuc veste æstiva. 51 Quæ garrulis sine periculo possunt committi.

52 Per totum hoc septennium fui magis ac magis invidiæ expositus.

53 Noster Horatius (dicunt omnes invidi) Fortunæ filius, homo felicissimus, una cum Mæcenate versatus est in theatro, et in campo Martio.

54 Si quis rumor vanus vagatur.

55 Me rogat.

56 Horati. 57 Augustum et Mæcenatem. 58 Cum Dacis tunc bellum gerebant Romani.

59 De Dacis nihil audio, inquit Horatius.

60 Sunt verba percunctatoris.

61 Dii male me vexent. 62 Audivi.

63 Quid? inquit percunctator, utrum prædia militibus promissa daturus est Cæsar ex Sicilia, an ex Italia?
64 Sicilia dicta est Triquetra à tribus promontoriis.

65 Consumitur dies inter hæc nugatoria. 66 Mihi in miseriis, sed non

O rus, quando ego te aspiciam? quandoque licebit
Nunc veterum libris, nunc somno, [67] et inertibus horis
[68] Ducere sollicitæ jucunda oblivia vitæ?
O quando [69] faba Pythagoræ cognata, simulque
Uncta satis pingui [70] ponentur oluscula lardo?
[71] O noctes, cœnæque Deûm, quibus ipse, meique
[72] Ante larem proprium vescor; [73] vernasque procaces
Pasco [74] libatis dapibus! Prout cuique libido est,
[75] Siccat inæquales calices conviva, solutus
Legibus [76] insanis; seu quis cupit [77] acria fortis
Pocula, [78] seu modicis humescit lætius. Ergo
[79] Sermo oritur, non de villis, domibusve alienis:
Nec male, necne, [80] Lepos saltet; sed, quod magis ad nos
Pertinet, et nescire malum est, agitamus: utrumne
Divitiis homines, an sint virtute beati;
Quidve, ad amicitias, [81] usus, rectumve trahat nos;
Et quæ sit natura boni, [82] summumque quid ejus.
Cervius hæc inter vicinus [83] garrit aniles
[84] Ex re fabellas. Nam si quis laudat [85] Arellî

sine optatis. 67 Quæ dantur joco et otio. 68 Hujus vitæ urbanæ sollicitudines oblivisci.

69 A faba Pythagoras abstinuit, quasi sibi cum ea cognatio aliqua esset, veritus ne in fabam aliquam animus paternus immigrâsset.

70 Apponentur.

71 O nocturnæ cœnæ, suaves et jucundæ, quales erant Deorum cœnæ! 72 Ante Deum domesticum et familiarem. 73 Audaculos servos domi nostræ natos. 74 Dapibus à me prius degustatis et leviter tactis.

75 Ebibet calices inæqualiter plenos pro suo quisque arbitratu. 76 Per leges præfinitum erat convivis, à bibendi Magistro, quantum quisque biberet. 77 Grandia pocula. 78 Seu modico potu delectatur.

79 Sermo convivalis in cœna rustica. 80 Lepos insignis saltator, Augusti scurra. 81 Utilitas, an honestas. 82 Et quid sit summum bonum.

83 Cervius jucunde narrat vulgares fabulas. 84 Ex usu.

85 Cujusdam avari nomen est Arellius.

Sollicitas [86] ignarus opes, [87] sic incipit: [88] olim
Rusticus urbanum murem mus paupere fertur
Accepisse [89] cavo, veterem vetus hospes amicum;
[90] Asper, et attentus quæsitis, [91] ut tamen arctum
Solveret hospitiis animum. Quid multa? neque ille
[92] Sepositi ciceris, nec longæ invidit avenæ:
[93] Aridum et ore ferens acinum, semesaque lardi
Frusta dedit, [94] cupiens varia fastidia cœna
Vincere tangentis male singula dente superbo:
[95] Cum pater ipse domus palea porrectus in horna
[96] Esset ador, loliumque, [97] dapis meliora relinquens.
Tandem urbanus ad hunc: Quid te juvat, inquit, amice,
[98] Prærupti nemoris patientem vivere dorso?
Vis tu homines urbemque [99] feris præponere silvis?
Carpe viam, mihi crede, [1] comes; [2] terrestria quando
Mortales animas vivunt sortita, neque ulla est,
[3] Aut magno aut parvo lethi fuga: [4] quo, bone, circa,
Dum licet, in rebus jucundis vive beatus:
Vive memor quam sis ævi brevis. [5] Hæc ubi dicta

86 Non expertus. Quantas secum curas trahunt amplæ divitiæ. 87 Cervius sic incipit. 88 Quondam. 89 Angusto cubili. 90 Laboriosus, non delicatus. 91 Ita tamen ut animum parcum laxaret hospitiis, id est, hospitibus accipiendis.

92 Hellenismus. *Invideo cum genitivo casu pro quo Latini dicerent,* neque ille invidit sepositum cicer, neque longam avenam, sed liberaliter ei apposuit. 93 Acinum desiccatum. 94 Cupiens varietate eduliorum depellere urbani fastidia muris, dente superbo singula gustantis. 95 Cum mus rusticus stratus in palea hujus anni. 96 Ederet ador, farris genus. 97 Relinquens dapes meliores.

98 Nemoris alti. 99 Desertis regionibus.

1 Comitare me in urbem. 2 Quandoquidem terrestria animalia mortales habent animas. Horatius vel ex Atheorum sententia, vel in persona muris urbani et cæterorum animantium (homine excepto) ista loquitur. 3 Nobili aut ignobili. 4 Quocirca bene.

5 Postquam hæc verba muris urbani

Agrestem pepulere, domo levis exsilit: inde
Ambo propositum peragunt iter, urbis aventes
Mœnia [6] nocturni subrepere. Jamque tenebat
Nox medium cœli spatium, cum ponit uterque
In locuplete domo vestigia, rubro ubi [7] cocco
Tincta super lectos [8] canderet vestis eburnos,
Multaque de magna superessent fercula cœna,
Quæ procul [9] exstructis inerant hesterna canistris.
Ergo, ubi purpurea [10] porrectum in veste locavit
Agrestem, [11] veluti succinctus cursitat [12] hospes,
[13] Continuatque dapes; nec non [14] vernaliter ipsis
Fungitur officiis, [15] prælambens omne quod affert.
[16] Ille cubans gaudet mutata sorte, [17] bonisque
Rebus agit lætum convivam, cum subito ingens
Valvarum strepitus [18] lectis excussit utrumque.
[19] Currere per totum pavidi conclave, magisque
[20] Exanimes trepidare, [21] simul domus alta [22] Molossis
Personuit canibus. [23] Tum rusticus, haud mihi vita
Est opus hac, ait, [24] et valeas: me silva, [25] cavusque
Tutus ab insidiis tenui solabitur [26] ervo.

murem rusticum impulerunt vitæ genus commutare. 6 Noctu.

7 Purpura. 8 Splenderet stragula vestis. 9 In canistris ordine dispositis et exornatis.

10 Murem rusticum extentum, vel accumbentem. 11 Instar servi ad ministrandum expediti. 12 Mus urbanus. 13 Dapes dapibus accumulat. 14 Officiose in morem vernarum. 15 Prægustans.

16 Mus rusticus porrectus in stragula purpurea gaudet sorte mutata.

17 Ob res jucundas præbet se lætum convivam. 18 Lectis discubitoriis.

19 Currebat. 20 Metu perturbati, magis trepidabant. 21 Simul atque.

22 Canibus Epiroticis à Molossa, civitate Epiri, ubi canes robusti gignuntur.

23 Mus rusticus. 24 Valeat hæc vita urbana turbulenta, et timoris plena. 25 Caverna, *ubi ante habitabat.* 26 Ervum, est species leguminis.

SATYRA VII.

Horatius inducit servum vehementer dominum suum increpantem, quod aliter vivat quam promiserat, aut præ se ferat.

DAVUS.

JAMDUDUM [1] ausculto, et cupiens tibi dicere [2] servus
Pauca, reformido.

HORATIUS.

[3] Davusne?

DAVUS.

[4] Ita, Davus, amicum
Mancipium domino, [5] et frugi, quod sit satis: hoc est,
Ut vitale putes.

HORATIUS.

[6] Age, libertate Decembri,
Quando ita majores voluerunt, utere: narra.

DAVUS.

Pars hominum vitiis gaudet [7] constanter, [8] et urget
Propositum: pars multa [9] natat, modo [10] recta capessens,
Interdum [11] pravis obnoxia. Sæpe notatus

1 Audio te loquentem. 2 Existens in servitute.

3 Num Davus audet hæc loqui? 4 Ita est: ego Davus servus tibi utilis, cupio te paucis convenire. 5 Servus, *inquam*, tanta frugalitate præditus, ut me meo merito judicare possis vitalem, id est, meliore vita dignum, nempe libertate.

6 Hoc mense Decembri, cum Saturnalia celebrentur servis loqui licet, quidquid libet.

7 Pertinaciter. 8 Perseverat in concilio suscepto. 9 Instabilis est, huc illuc fluctuans. 10 Virtutes sequens.

11 Vitiis obnoxia.

[12] Cum tribus annellis, [13] modo læva Priscus inani,
Vixit [14] inæqualis, [15] clavum ut mutaret in horas:
[16] Ædibus ex magnis subito se conderet, unde
[17] Mundior exiret vix libertinus [18] honeste.
Jam mœchus Romæ, jam mallet [19] doctus Athenis
Vivere; [20] Vertumnis, [21] quotquot sunt, natus iniquis.
Scurra Volanerius, postquam illi [22] justa chiragra
[23] Contudit articulos, qui pro se [24] tolleret, atque
Mitteret in [25] phimum talos, mercede diurna
Conductum pavit. Quanto constantior idem
In vitiis, [26] tanto levius miser, ac prior [27] illo,
[28] Qui jam contento, jam laxo fune laborat.

HORATIUS.

Non dices hodie, quorsum hæc tam [29] putida tendant,
Furcifer?

12 Annulos plures gestasse, turpe fuit. 13 Vixit aliquando sine ullo annulo, quem in sinistra manu gestare mos erat, quia manus sinistra otiosior est, propterea minus in illa annuli atteruntur, quam in dextra. 14 Sibi non constans. 15 Clavum aut latum, aut angustum. Vide Sat. VI. lib. I. 16 Ex domo plena dignitatis subito migraret in domum abjectam. 17 Unde, id est, ex qua exiret paulo elegantior. 18 Decenter.

19 Priscus, Orator fuisse dicitur. 20 Vertumnus Deus est annum vertens, ad omnes figuras et formas opportunus, unde multiformis et mutabilis apparet. Quamobrem qui inconstantes sunt et mobili ingenio, dicuntur nati iratis Vertumnis.

21 Quotquot sunt Vertumni. Non quod multi essent Vertumni, sed quia Vertumnus varie depingebatur. Modo arator, seminator, messor, modo plantator, fossor, etc.

22 Chiragra gravis, et suis numeris absoluta. 23 Comminuit articulos. 24 Ex alveo sumeret. 25 In vasculum, ex quo ad evitandum dolum tali ab aleatoribus in alveum conjiciebantur, ne si manu jacerentur, lusores fraudem committerent. Alii legunt, *pyrgum*.

26 Tanto minus miser.

27 Illo Prisco. 28 Qui modo ita contendit funem, ut periculum sit ne rumpatur, modo nimis laxat, id est, in omni vitiorum genere volutatur.

29 Verba rancida et auditu injucunda.

DAVUS.

Ad te, inquam.

HORATIUS.

Quo pacto, pessime?

DAVUS.

Laudas
Fortunam, et mores [30] antiquæ plebis; et [31] idem,
Si quis ad illa Deus [32] subito te agat, [33] usque recuses;
Aut quia non sentis, [34] quod clamas, rectius esse,
Aut quia [35] non firmus rectum defendis, [36] et hæres,
Nequidquam cœno cupiens [37] evellere plantam.
[38] Romæ rus optas, absentem [39] rusticus urbem
Tollis ad astra [40] levis. Si nusquam es forte vocatus
Ad cœnam, [41] laudas securum olus; ac, [42] velut usquam
Vinctus eas, ita te felicem dicis, [43] amasque,
Quod nusquam tibi sit [44] potandum. [45] Jusserit ad se
Mæcenas [46] serum sub lumina prima venire
Convivam: [47] Nemon' oleum feret ocyus? ecquis
Audit? cum magno [48] blateras clamore, [49] fugisque.
Milvius [50] et scurræ, tibi non [51] referenda precati,
Discedunt. Etenim fateor me, dixerit [52] ille,
[53] Duci ventre levem: [54] nasum nidore supinor;

30 Mores antiquorum hominum. 31 Et tu idem. 32 Si sine tuis votis ad illa te compellat. 33 Valde recuses. 34 Quod asseris. 35 Non stabilis. 36 In luto hæsitas. 37 Cupiens ex vitiorum gurgite emergere.

38 Quando Romæ es. 39 Quando es rure. 40 Inconstans. 41 Victum domesticum laudas. 42 Quasi quo vocaris, eo coactus et invitus eas. 43 Tibique est jucundum. 44 Epulandum. 45 Si jusserit. 46 Sero, paulo ante vesperum. 47 *Cœnaturi oleo ungebantur.* 48 Inepte clamas. 49 Ad cœnam festinas.

50 Parasiti, qui erant apud te cœnaturi. 51 Multa mala. 52 Aliquis dixerit. 53 Me ventri indulgere. 54 Nasum

Imbecillus, inèrs, si quidvis, adde, [55] popino.
[56] Tu, cum sis [57] quod ego, et fortassis nequior, ultro
[58] Insectere, velut melior, [59] verbisque decoris
Obvolvas vitium? Quid, si me stultior ipso
Quingentis empto drachmis deprênderis?... [60] Aufer
Me vultu terrere; manum, [61] stomachumque teneto,
Dum, quæ [62] Crispini docuit me janitor, edo.
[63] Te conjux aliena capit, meretricula Davum.
Peccat uter nostrûm cruce dignius? acris ubi me
[64] Natura incendit, [65] sub clara nuda lucerna
Quæcumque excepit turgentis verbera [66] caudæ,
[67] Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum;
[68] Dimittit neque famosum, neque sollicitum, ne
Ditior, aut formæ melioris [69] meiat eodem.
[70] Tu, cum [71] projectis insignibus, annulo equestri,
[72] Romanoque habitu, [73] prodis, ex judice, Dama
Turpis, [74] odoratum caput obscurante [75] lacerna,
Non es, quod simulas? metuens [76] induceris, atque
[77] Altercante libidinibus [78] tremis ossa pavore.

habeo supinum, ad suavem odorem obsonii percipiendum. 55 Popinarum amator. 56 Here. 57 Servus nimirum. 58 Debesne me insectari? 59 Vocabulis virtutis vitium tuum tegas? 60 Noli me vultu terrere. 61 Iram comprime 62 Philosophi. Vide Sat. III. lib. I.

63 Te, qui herus meus es.

64 Naturalis et vehemens libido.

65 Vel, *sub clara nuda lucerna*, ut alii volunt; id est, nuda in lupanari ubi, pro loci obscuritate, etiam de die lucernæ accedebantur: vel ut ipse *J. Bond* præfert, *sub clara nuda lucerna*; id est, sub linea veste tam tenui, ut meretrix quasi nuda videretur.

66 Mentulæ tumentis. 67 Aut superincubando me clunibus agitavit, veluti equo insidens. 68 Me missum facit illæsa fama. 69 Cum eadem coëat. 70 Tu here. 71 Ornamentis equestribus depositis. 72 In toga. 73 Cum tu vestitum servilem sumis, ne ab aliis agnoscaris, et, ex judice, factus es Dama, servus infamis. Non es, etc. 74 Caput odoribus delibutum. 75 Pallio obsoleto. 76 Induceris in ædes mulieris. 77 Pugnante metu cum libidine. 78 Habes ossa trementia.

[79] Quid refert, uri virgis, ferroque necari
Auctoratus eas; an turpi clausus in arca,
[80] Quo te demisit peccati [81] conscia herilis,
[82] Contractum genibus tangas caput? estne marito
Matronæ peccantis [83] in ambos justa postestas?
[84] In corruptorem vel justior? illa tamen se
[85] Non habitu, [86] mutatve loco, [87] peccatve superne,
Cum te formidet mulier, neque credat [88] amanti.
[89] Ibis sub furcam [90] prudens, [91] dominoque furenti
Committes rem omnem, et vitam, et cum corpore famam.
[92] Evâsti? credo [93] metues, [94] doctusque cavebis.
[95] Quæres, quando iterum paveas, iterumque perire
Possis. [96] O toties servus! quæ bellua ruptis,
Cum semel effugit, reddit se prava catenis?
Non sum mœchus, ais. Neque ego, hercule, fur, ubi vasa
Prætereo [97] sapiens argentea. [98] Tolle periclum,
Jam [99] vaga prosiliet frænis natura remotis.
[1] Tune mihi dominus, [2] rerum imperiis hominumque

79 Quid interest, utrum eas gladiator auctoratus, id est, obligatus pretio, virgis uri, id est, verberandus et gladio necandus; an mœchus sis clausus in arca turpi. Quasi diceret: quid interest inter gladiatorem et adulterum. 80 In quam arcam. 81 Ancilla. 82 Demisit te contractum, propter arcæ angustias. 83 In adulterum et adulteram. 84 In adulterum. 85 Illa non mutat matronæ habitum. 86 Nec se mutat, ut ad domum tuam veniat. 87 Non vult incubare tibi subjacenti, vel non palam peccabit, ut vult Erasm. 88 Neque credat tibi, dicenti te eam amare.

89 Feres furcam in collo, ut servus; *unde dictus est furcifer, qui talem furcam circumtulit.* 90 Sciens. 91 Libidini furiosæ, quæ tibi imperat, concredes te tuaque omnia.

92 Evasisti periculum? 93 Ironice, id est, non metues. 94 Doctus periculo tuo cavebis. 95 Imo cogitabis, quo tempore illa te iterum admittat, ut paveas et pereas. 96 Quoties in adulterio deprehenderis. 97 Cautus, vel mihi sapiens. 98 Tolle metum pœnæ. 99 Proclivis ad vitium.

1 Tune te mihi dominum esse dicis, qui me nequior es, et duriorem servis servitutem? 2 Pecuniæ, libidinis,

Tot tantisque [3] minor, quem ter [4] vindicta quaterque
[5] Imposita haud unquam misera formidine [6] privet?
Adde supra dictis, [7] quod non levius valeat. Nam
[8] Sive vicarius est, qui servo paret, uti mos
Vester ait, seu conservus; tibi quid sum ego? nempe
Tu, mihi qui imperitas, aliis servis miser, atque
[9] Duceris, ut nervis alienis mobile lignum.
[10] Quisnam igitur liber? sapiens, [11] sibi qui imperiosus;
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent;
[12] Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, et in seipso totus, [13] teres atque rotundus,
[14] Externi ne quid valeat [15] per læve morari;
In quem [16] manca ruit semper fortuna. Potesne
[17] Ex his, [18] ut proprium quid noscere? quinque talenta
Poscit te mulier, vexat, foribusque repulsum
[19] Perfundit gelida; rursus vocat. Eripe turpi
Colla jugo. Liber, liber sum, dic age. [20] Non quis;
Urget enim [21] dominus mentem non lenis, et acres

gloriæ, metus, etc. 3 Inferior. 4 Virga, qua Prætor servum liberabat. 5 Capiti sæpius imposita. 6 Possit liberare. 7 Quod superioribus par est.

8 Soletis vos disputare, utrum servus servi sit dicendus vicarius, an conservus? cum tu igitur mihi imperites, et aliis servias, (id est, vitiis et furiosæ libidini) quid? conservusne sum ego tuus, an vicarius? 9 Traheris alia potestate, velut imagunculæ, quæ ex ligno factæ certis nervis, non sua sponte moventur.

10 Concludit ex Stoïcorum sententia. 11 Qui sibi suisque affectibus imperat. 12 Fortis ad respondendum, id est, ad obsistendum cupidinibus. 13 Totus æquabilis et perfectus, ut rotunda figura. 14 Ne quid externum eum commoveat. 15 Ne quid possit, quasi per læve lignum sive marmor hærere, *est Metaph.* 16 Debilis fortuna.

17 Ex his quæ dixi. 18 Quid possis vere fateri tuum esse? 19 Perfusum aqua gelida repellit à foribus.

20 Non potes dicere te esse liberum, qui servis libidini. 21 Libido,

Subjectat [22] lasso stimulos, versatque [23] negantem.
[24] Vel cum Pausiaca torpes, insane, tabella,
Quî peccas minus [25] atque ego, [26] cum Fulvî, Rutubæque,
Aut Placideiani [27] contento poplite miror
Prœlia, [28] rubrica picta, aut carbone; velut si
Revera pugnent, feriant, vitentque moventes
Arma viri. [29] Nequam et cessator Davus: at ipse
Subtilis veterum judex et callidus [30] audis.
[31] Nil ego, si ducor libo fumante: [32] tibi ingens
Virtus, atque animus cœnis responsat opimis.
[33] Obsequium ventris mihi [34] perniciosius est: cur?
[35] Tergo plector enim. Quî tu impunitior, illa,
[36] Quæ parvo sumi nequeunt, cum obsonia captas?
Nempe [37] inamarescunt epulæ [38] sine fine petitæ,
[39] Illusique pedes [40] vitiosum ferre recusant
Corpus. An hic peccat, [41] sub noctem qui puer uvam
Furtiva mutat strigili? qui prædia vendit,
Nil servile, gulæ [42] parens, habet? adde, quod idem

dominus crudelis. 22 Tibi lasso. *Est allegoria ab equis ducta.* 23 Libido vexat te negantem servire.

24 Cum admiraris tabulam à Pausia pictam. 25 Quomodo peccas minus quam ego? 26 Cum gladiatorum prælia contemplor, picta in pariete. 27 Gladiatores pugnant altero poplite contento, altero leviter inflexo. 28 Rubrica est terra rubri coloris, et minio proxima.

29 Dicor à te servus nequam et piger. 30 Callidus diceris.

31 Si libi vel placentæ vapore delector, hominem nihil, id est nullius pretii, me dicis esse. 32 Tu sapiens et magnanimus haberis, si cœnas opiparas contemnas. *Est ironia. Nam herus suus tam imbecillus et nullius virtutis fuit, ut cœnas opimas contemnere non potuerit.*

33 Luxuria. 34 Mihi quam tibi perniciosius. 35 Vapulo.

36 Quæ magno constant. 37 Epulæ non sapiunt, vel ructum acidum generant. 38 Quæ immoderate appetuntur. 39 Pedes fraudati bono alimento, propter incontinentiam in victu, recusant, etc. 40 Corpus morbosum.

41 Peccatne puer, qui sub noctem, data strigili, furtivam uvam accipit? 42 Gulæ serviens.

[43] Non horam tecum esse potes, non otia [44] recte
Ponere, [45] teque ipsum vitas fugitivus [46] ut erro;
Jam vino quærens, jam somno [47] fallere curam:
Frustra; nam [48] comes atra premit, sequitur que fugacem.

HORATIUS.

[49] Unde mihi lapidem?

DAVUS.

Quorsum est opus?

HORATIUS.

[50] Unde sagittas?

DAVUS (*seorsim*).

Aut insanit homo, [51] aut versus facit.

HORATIUS.

[52] Ocyus hinc te
Ni rapis, [53] accedes [54] opera agro nona Sabino.

43 Adeo es inconstans, et in varia distractus. 44 In re seria et honesta. 45 Tu teipsum fugis, tecum pugnas, es præsens absens. 46 Ut servus vagabundus, aliquando ad dominum revertens. 47 Lenire curam.

48 Ipsa cura. 49 Unde mihi sumam lapidem? *Horatius irascitur propter servi orationem nimis liberam.*

50 Horatius ira incensus sagittas etiam petit. 51 Aut Poëtarum more furit.

52 Horatius minatur servo se illum missurum in Sabino, sic, ut ex servo urbano efficiatur servus rusticus et abjectus. 53 Accedes nonus ad octo servos operarios, quos misi in agrum Sabinum. 54 *Opera* in hoc loco, ut sæpe apud Ciceronem, hominem significat sordidum et vilis conditionis.

SATYRA VIII.

Horatius Fundanium amicum suum interrogat, qualis Nasidieni fuerit cœna, cui ipse interfuerat.

HORATIUS.

[1] UT Nasidieni juvit te cœna beati?
Nam mihi quærenti convivam, [2] dictus heri illic
De medio potare die.

FUNDANIUS.

[3] Sic, ut mihi nunquam
In vita fuerit melius.

HORATIUS.

[4] Da, si grave non est,
Quæ prima [5] iratum ventrem placaverit esca.

FUNDANIUS.

In primis Lucanus aper, [6] leni fuit Austro
Captus, ut aiebat [7] cœnæ pater. [8] Acria circum
Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum
[9] Pervellunt stomachum; [10] siser, halec, [11] fæcula Coa.
His ubi sublatis, [12] puer alte cinctus, [13] acernam

1 Quomodo te cœna divitis Nasidieni delectavit? 2 Dictus es mihi heri illic apud Nasidienum à meridie potare.

3 Sic me juvit, ut nunquam libentius cœnârim.

4 Dic, ô Fundani. 5 Famelicum ventrem.

6 Lucanus aper captus fuit Austro leniter flante, ex quo carnes putrescunt et teneriores redduntur. 7 Præfectus et rex convivii, Nasidienus.

8 Rapula aceto condita. 9 Provocant stomachum languentem. 10 Genus pastinacæ. Angl. *Skirwoort*. 11 Fæcula est genus condimenti, quod purum profluit ex crassiori sedimento vini Coi.

12 Servus ad ministrandum bene expeditus. 13 Tersit mensam, ex acere

[14] Gausape purpureo mensam pertersit, et alter
[15] Sublegit quodcumque jaceret [16] inutile, quodque
Posset cœnantes offendere; [17] ut Attica virgo
Cum sacris Cereris, procedit fuscus [18] Hydaspes,
[19] Cæcuba vina ferens; [20] Alcon, Chium, maris expers.
[21] Hic herus, Albanum, Mæcenas, sive Falernum
Te magis [22] appositis delectat, habemus utrumque.

HORATIUS.

[23] Divitias miseras! [24] Sed queis cœnantibus una,
Fundani, [25] pulchre fuerit tibi, nôsse laboro.

FUNDANIUS.

[26] Summus ego, et prope me Viscus Thurinus, et infra,
Si memini, Varius: cum Servilio Balatrone
Vibidius, quos Mæcenas adduxerat [27] umbras.
Nomentanus erat [28] super ipsum, Porcius infra,
[29] Ridiculus totas simul absorbere placentas.
[30] Nomentanus ad hoc, qui, si quid forte [31] lateret,
Indice monstraret digito. Nam cœtera turba,
Nos, inquam, cœnamus aves, conchylia, pisces,

arbore factam. 14 Panno villoso. 15 Collegit. 16 Sordidum. 17 Velut canistrifera virgo. 18 Puer formosus. 19 Vina generosa. 20 Alter servus vinum ferens Chium, non ex Chio insula advectum, sed in Italia factum; *simulatum igitur.*

21 Nasidienus ait, ô Mæcenas, si vinum Albanum, etc. 22 Si vinum Abanum, vel Falernum te magis delectat, quam vina quæ sunt apposita.

23 O miseras divitias! 24 Sed quibus aliis. 25 Quam jucunde cœnaris.

26 Summus ego fui in primo lecto.

27 *Umbras* appellat, convivas à convivatore non invitatos. 28 Supra Nasidienum. 29 Porcius ideo fuit ridiculus, quod uno haustu totas absorberet placentas.

30 Nomentanus insignis helluo ad hoc fuit à Mæcenate ductus, ut, etc. 31 Si quid aliis erat incognitum.

Longe dissimilem noto [32] celantia succum;
Ut vel continuo patuit, cum [33] passeris, atque
Ingustata mihi [34] porrexerit ilia rhombi.
Post hoc me docuit [35] melimela rubere, minorem
[36] Ad lunam delecta. [37] Quid hoc intersit, [38] ab ipso
Audieris melius. Tum Vibidius Balatroni,
[39] Nos, nisi [40] damnose bibimus, moriemur inulti:
Et calices poscunt majores. [41] Vertere pallor
Tum [42] parochi faciem, nil sic metuentis [43] ut acres
Potores, vel quod maledicunt liberius, vel
Fervida quod subtile [44] exsurdant vina palatum.
[45] Invertunt Alliphanis vinaria tota
Vibidius, Balatroque, secutis omnibus [46] imis.
[47] Convivæ lecti nihilum nocuere lagenis.
Affertur squillas inter muræna [48] natantes
In patina porrecta. [49] Sub hoc herus: hæc gravida, inquit,
Capta est, deterior [50] post partum carne futura.
[51] His mistum jus est oleo, [52] quod prima Venafri

32 Intra se continentia succum longe meliorem succo noto, id est, succo usitato. 33 Piscis plani. 34 Cum Nasidienus porrexit, etc.

35 Mala mellei saporis. 36 Crescente luna. 37 Quæ sit differentia inter melimela collecta, crescente luna. 38 Ab ipso Nasidieno, qui me docuit.

39 Nos obsoniorum fœtore propemodum enecati moriemur inulti.

40 Nisi large bibimus cum damno convivatoris.

41 Pallor vertebat. 42 Nasidieni convivatoris faciem. 43 Strenuos potores. 44 Hebetant palatum, unde palatum ad bibendum redditur impotentius.

45 Vibidius et Balatro evacuant totos vini cados poculis Alliphanis, id est, poculis majoribus, factis in Alliphe, oppido Samnii. 46 Convivæ, qui accumbebant in imis lectorum partibus. 47 Convivæ electi et honoratiores, id est, Mæcenas, Varius, etc. â temperantia non recedebant.

48 In jusculo. 49 Hoc ipso tempore Nasidienus convivii dominus inquit, etc. 50 Deterior futura, si capta esset postquam peperisset.

51 Ex his jus est temperatum, nempe oleo, garo, vino quinquenni, pipere albo et aceto. 52 Quod ex olivis Ve-

Pressit cella; [53] garo de succis piscis Iberi,
Vino quinquenni, verum citra mare [54] nato,
Dum coquitur: [55] cocto Chium sic convenit, ut non
Hoc magis ullum aliud, pipere albo, non sine aceto,
[56] Quod Methymnæam vitio mutaverit uvam.
Erucas virides, inulas ego primus amaras
Monstravi [57] incoquere: illutos [58] Curtillus echinos,
[59] Ut melius, muria quam [60] testa marina remittit.
Interea suspensa graves aulæa ruinas
In patinam fecere, trahentia [61] pulveris atri,
Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.
[62] Nos majus veriti, postquam nihil esse pericli
Sensimus, [63] erigimur. [64] Rufus, posito capite, ut si
Filius immaturus obîsset, flere. Quis esset
Finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum
[65] Tolleret? Heu Fortuna! quis est crudelior in nos,
Te Deus? [66] ut semper gaudes illudere rebus
Humanis! Varius mappa compescere risum
Vix poterat. Balatro, [67] suspendens omnia naso,
[68] Hæc est conditio vivendi, aiebat; [69] eoque
Responsura tuo nunquam est par fama [70] labori.

nafranis primum est expressum.

53 Garum est genus muriæ ex scombris confectum. 54 Dum coquitur jusculum vino Italico. 55 Juri cocto vinum Chium est aptissimum. 56 Quod suo acore corruperat vinum factum in Methymna, Lesbi oppido.

57 Monstravi incoquere herbas in illo jure, quod descripsi. 58 Curtillus, unus ex hoc genere Epicureorum, docuit incoquere echinos non maceratos, id est, non muriam ex eis factam, sed echinos integros. 59 Tanquam sapidius cum ea muria. 60 Quam quod testa Græca ad nos remittit.

61 Tantum pulveris. 62 Nos domus ruinam veriti. 63 Liberamur à metu.

64 Nasidienus, capite demisso, flebat. 65 Mœstum solaretur.

66 Quam gaudes. 67 Omnia deridens. 68 Ut mala sunt vicina bonis.

69 Ideoque. 70 In cœnæ apparatu.

[71] Tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni
Sollicitudine districtum? [72] ne panis adustus,
Ne male conditum jus apponatur; ut omnes
Præcincti recte pueri, comptique ministrent?
Adde hos præterea casus: aulæa ruant si,
Ut modo; si patinam pede lapsus frangat [73] agaso.
Sed convivatoris, [74] uti ducis, ingenium res
Adversæ nudare solent, celare secundæ.
Nasidienus ad hæc: Tibi, Dî, [75] quæcumque preceris,
Commoda dent! ita vir bonus es, convivaque comis.
[76] Et soleas poscit. [77] Tum in lecto quoque videres
Stridere secreta divisos aure susurros.

HORATIUS.

Nullos [78] his mallem ludos spectâsse: sed illa
[79] Redde, age, quæ deinceps risisti.

FUNDANIUS.

Vibidius dum
Quærit de pueris, num sit quoque [80] fracta lagena,
Quod sibi poscenti non dentur pocula; dumque
Ridetur [81] fictis rerum, Balatrone [82] secundo,
Nasidiene, redis [83] mutatæ frontis, ut arte

71 Tene æquum est cruciari? 72 *Ridicula est totius apparatus enumeratio.* 73 Qui jumenta curat, quales erant Nasidieni ministri.

74 Quemadmodum Imperatoris.

75 Quæcumque optes.

76 Soleas veterum more deposuerat, antequam accumberet. Solea, quod pedis solo subjicitur, id omne genus calceamenti significat, quo plantarum calces infimæ teguntur; quales ferme Græcorum crepidæ.

77 Tum in singulis lectis videre licebat convivas consusurrantes.

78 Quam hos. 79 Declara.

80 Aulæorum casu. 81 Ob res confictas. 82 Balatrone applaudente.

83 Redis hilarior.

Emendaturus [84] fortunam. Deinde secuti
[85] Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
Membra gruis sparsi sale multo, non sine farre,
Pinguibus et ficis [86] pastum jecur anseris albi,
Et leporum avulsos, [87] ut multo suavius, armos,
Quam si cum lumbis quis edit. Tum pectore adusto
Vidimus et merulas [88] poni, et sine clune palumbes:
[89] Suaves res, si non [90] causas narraret earum, et
Naturas dominus: quem nos sic fugimus ulti,
Ut nihil omnino gustaremus, velut [91] illis
[92] Canidia afflâsset, pejor [93] serpentibus Afris.

84 Fortuitum aulæorum casum.
85 In lance prægrandi. 86 Saginatum. 87 Tanquam multo delicatius.
88 Apponi. 89 Existentes res suaves. 90 Si nobis non recitâsset causas naturales, ob quas aliæ aliis partibus sunt præferendæ. 91 Illis cibis. 92 Mulier venefica. 93 Pejor serpentibus, quorum afflatu cibi salutares redduntur venenati et mortiferi.



Q. HORATII FLACCI
EPISTOLARUM
LIBER PRIMUS.

AD MÆCENATEM. Epist. I.

Se abjecto rerum ludicrarum studio, totum esse perdiscendæ philosophiæ deditum.

[1] Prima dicte mihi, [2] summa dicende Camœna,
[3] Spectatum satis, et donatum jam [4] rude, quæris,
Mæcenas, iterum antiquo me includere [5] ludo.
[6] Non eadem est ætas, non mens. [7] Veianius, armis
[8] Herculis ad postem fixis, [9] latet abditus agro,
[10] Ne populum extrema toties exoret [11] arena.
[12] Est mihi purgatam crebro qui [13] personet aurem:
[14] Solve senescentem [15] mature sanus equum, ne
Peccet [16] ad extremum ridendus, [17] et ilia ducat.

1 O Mæcenas, mihi in principio carminis lyrici celebrate. 2 In ultimis meis scriptis. 3 Satis à populo cognitum. 4 Quem ætas à scribendi munere liberavit. Rudis virga est, qua gladiatores donati à gladiatura cessabant. 5 Ut versus lyricos, atque amatorios iterum faciam.

6 Non eadem est ætas, sed alia quæ alios mores postulat.

7 Veianius gladiator. 8 Armis Herculi dedicatis, et in ejus templo posti affixis. 9 Delitescit in agro. 10 Ne à pari suo victus et jamjam enecandus, à populo in theatro sedente supplex salutem petat. 11 Ab extrema parte arenæ, in qua decertabant.

12 Est mihi monitor, ratio nimirum, vel conscientiæ stimulus. 13 Qui sonet per aurem docilem, et attentam.

14 Sejunge equum à curru. 15 Opportune. 16 Ridendus sub finem curulis certaminis. 17 Et spiritus difficultate ne laboret.

Nunc itaque et [18] versus, et [19] cætera ludicra pono:
Quid verum, atque decens, curo et rogo, [20] et omnis in hoc sum:
[21] Condo, et compono, quæ mox [22] depromere possim.
Ac ne forte roges, [23] quo me duce, quo Lare tuter;
[24] Nullius addictus jurare in verba magistri,
[25] Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes.
[26] Nunc agilis fio, [27] et mersor civilibus undis,
[28] Virtutis veræ custos, [29] rigidusque satelles:
Nunc in [30] Aristippi furtim præcepta relabor;
Et mihi res, non me rebus submittere [31] conor.
Ut nox longa, [32] quibus mentitur amica, diesque
Longa videtur [33] opus debentibus; ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia [34] matrum:
Sic mihi tarda fluunt, ingrataque tempora, quæ spem,
[35] Consiliumque morantur agendi gnaviter id quod
Æque pauperibus prodest, locupletibus æque;
Æque neglectum, pueris senibusque nocebit.
Restat ut his ego me ipse regam, solerque [36] elementis.

18 Versus amatorios. 19 Depono jocos, nugas, convivia, et id genus alia, quæ me ludicrum faciunt et ridiculum. 20 Totus in hoc sum. 21 In animo recondo, et in ordinem digero. 22 Quæ suo tempore depromam ad usum meum, tam dicto quam facto.

23 Quo Philosopho auctore, et qua familia philosophica me tutum præstem. 24 Ego obligatus nullius magistri dictatis assentiri, deferor, etc. 25 Pro ventorum arbitratu, id est, pro ratione temporum. 26 Practicus aliquando fio, ut Peripateticus. 27 In reipub. administratione exerceor. 28 Aliquando fio Stoïcus, summum bonum in virtute ponens. 29 Æqualiter omnia peccata puniens, rigidus ergo, id est, durus et inexorabilis. 30 A Cyreneo Aristippo (qui omne bonum in voluptate posuit) Cyrenaïca manavit disciplina. 31 *Academicus ergo.*

32 Quibus promissa non servat. 33 Operariis conductis. 34 Custodia novercarum. 35 Quæ propositum meum conscribendi, vulgandique præcepta ad bonos mores conducentia retardant. 36 Philosophiæ primordiis.

[37] Non possis oculo quantum contendere [38] Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi;
Nec, quia desperes invicti membra [39] Glyconis,
Nodosa corpus [40] nolis prohibere chiragra.
[41] Est quadam prodire tenus, si non datur ultra.
[42] Fervet avaritia, miseroque cupidine pectus?
[43] Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, et magnam morbi deponere partem.
[44] Laudis amore tumes? sunt certa [45] piacula, quæ te
Ter [46] pure lecto poterunt recreare libello.
Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator,
Nemo adeo [47] ferus est, ut non [48] mitescere possit,
Si modo [49] culturæ patientem commodet aurem.
[50] Virtus est, vitium fugere; et sapientia prima,
[51] Stultitia caruisse. Vides, quæ maxima credis
Esse mala, exiguum [52] censum, [53] turpemque repulsam,
Quanto devites animi [54] capitisque labore.
[55] Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, [56] per ignes:

37 Si non possis in rebus ipsis perspiciendi tanta vi oculorum niti, quanta Lynceus. 38 Lynceus acutissima oculorum perspicuitate præditus, ea quæ apud inferos agerentur, dicitur vidisse. 39 Pugilis robusti. 40 Nec nolis, id est, velle debes. 41 Licet ad aliquantulum doctrinæ progredi, si non licet transgredi. Alii volunt *quodam* sed nobis *quadam* magis arridet; *tenus* enim, ubi pronominibus jungitur, fœmininum ablativ. exigit. 42 AEstuat. 43 Sunt Sermones philosophici.

44 Ambitione laboras. 45 Sunt sacrificia, vel medicamenta purgantia, id est, philosophica præcepta. 46 Animo puro. 47 Nemo tam est immanis, et ab humanitate alienus. 48 Mansuefieri. 49 Philosophiæ.

50 Principium virtutis, est vitiorum fuga. 51 Vitiis carere, quæ à stultitia proveniunt. 52 Census significat totam rei familiaris æstimationem. 53 Repulsam in magistratu petendo, et non obtinendo. 54 Corporis labore, per synecdochen.

55 Impigre navigas ad Indos longe remotos. 56 Per ardentes circulos, vel

[57] Ne cures ea, quæ stulte miraris [58] et optas,
Discere, et audire, et [59] meliori credere non vis?
[60] Quis circum pagos, et circum compita pugnax,
Magna coronari contemnat [61] Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis [62] sine pulvere palmæ?
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
O cives, cives, quærenda pecunia primum est;
[63] Virtus post nummos. [64] Hæc Janus summus ab imo
Prodocet; hæc recinunt juvenes [65] dictata, senesque,
Lævo [66] suspensi loculos [67] tabulamque lacerto.
[68] Est animus tibi, sunt mores, et lingua, fidesque;
[69] Sed quadringentis sex [70] septem millia desunt:
[71] Plebs eris. At pueri ludentes, *Rex eris*, aiunt,
Si recte facies. [72] Hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
[73] Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum
[74] Nænia, quæ regnum recte facientibus offert,
[75] Et maribus Curiis, et decantata Camillis?
[76] Isne tibi melius suadet, [77] qui ut rem facias, rem,

per gravissima pericula. 57 Ut ne cures, id est, ut contemnas ea quæ, etc. 58 Scil. divitias, honores, etc. 59 Prudentiori. 60 Quis homo fortis et pugnax in vilioribus certaminibus pugnabit et contemnet, etc. 61 Coronari Olympiorum nomine. 62 Sine labore.

63 Sed stulte id facitis. 64 Omnes fœneratores (qui habitabant in foro Romano, ubi templum est Jani) hæc publice docent. 65 Hæc præcepta sæpius inculcata. 66 Habentes loculos suspensos ad fœnus reponendum. 67 Et habentes tabulam ad scribenda debitorum nomina. 68 Hunc versum et sequentem, meliorum codicum atque editionum fide, loco movimus. Vide Bentl. 69 Quadringentis millibus sestertium. 70 Sed sex aut septem millia desunt ad censum equestrem. 71 Eris plebeius.

72 Sit hæc arx tua, nullius sceleris tibi esse conscium.

73 Lex à Roscio Othone lata. Vide Epod. IV. 74 Cantilena puerilis. 75 Decantata à fortissimis illis Romanis, et mascula virtute præditis.

76 Rosciæ legis auctor. 77 Qui

Si possis, recte; si non, [78] quocumque modo rem;
[79] Ut propius spectes lacrymosa poëmata [80] Pupî:
An qui fortunæ [81] te responsare superbæ
[82] Liberum [83] et erectum præsens hortatur, et aptat?
Quod si me populus Romanus forte roget, cur
Non, [84] ut porticibus, [85] sic judiciis fruar îsdem,
Nec sequar, aut fugiam, quæ diligit ipse, vel odit;
Olim quod vulpes ægroto [86] cauta leoni
Respondit, [87] referam: [88] Quia me vestigia terrent,
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.
[89] Bellua multorum es capitum; nam quid sequar, aut quem?
Pars hominum gestit conducere [90] publica: sunt qui
[91] Crustis et pomis viduas venentur [92] avaras,
[93] Excipiantque senes, [94] quos in vivaria mittant:
Multis occulto crescit res fœnore. Verum
[95] Esto, aliis alios rebus, studiisque teneri:
Iidem eadem possunt horam durare probantes?
Nullus in orbe sinus [96] Baiis prælucet amœnis,
Si dixit dives, [97] lacus et mare sentit amorem
[98] Festinantis heri; cui si vitiosa libido

suadet, ut lucrum facias. 78 Jure, vel injuria. 79 Ut inter equites Romanos sedeas in theatro. 80 Tragici Poëtæ. 81 Obsistere. 82 Purgatum à vitiis. 83 Erectum ad virtutes.

84 In quibus cum populo sedeo. 85 Sic suam sententiam cur non sequar. 86 Vulpes astuta. 87 Respondebo. 88 Non dabitur mihi à vitiis reditus, si ad illa semel ingressus fuero.

89 Est populi descriptio. 90 Vectigalia populi conducere, undè publicani appellabantur. 91 Donis nullius pretii. 92 Viduas munerum cupidas. 93 Insidiose captant senes. 94 Quos tandem devorent, veluti pisces aut feras, in vivariis detentos.

95 Concedo, quod diversi homines diversa sectantur; at iidem persæpe mutantur. 96 Urbs Campaniæ. 97 Lacus marinus, id est, Lucrinus in Baïano. 98 Heri eo festinantis ad ædificandum.

[99] Fecerit auspicium, cras ferramenta Teanum
[1] Tolletis, fabri. [2] Lectus genialis in aula est?
Nil ait esse prius, melius nil cælibe vita.
[3] Si non est, jurat bene solis esse maritis.
[4] Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
[5] Quid pauper? [6] ride : mutat cœnacula, lectos,
Balnea, tonsores; [7] conducto navigio æque
[8] Nauseat ac locuples, quem ducit [9] priva triremis.
[10] Si curtatus inæquali tonsore capillos
Occurri, rides : si forte subucula [11] pexæ
Trita subest tunicæ, vel [12] si toga dissidet impar,
Rides. Quid, mea cum pugnat sententia secum;
Quod petiit, spernit; repetit quod nuper omisit;
[13] Æstuat, et vitæ disconvenit ordine toto;
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis?
Insanire putas [14] solemnia me, neque rides,
[15] Nec medici credis, nec curatoris egere
A [16] Prætore dati, rerum tutela mearum
[17] Cum sis, et prave sectum [18] stomacheris ob unguem

99 Si vitiosa libido, tanquam avis cantu aut volatu, auspicium fecerit ratum, id est, impulerit divitem, ut ædificet, statim animum mutat, et jubet fabros ferramenta Teanum, Campaniæ oppidum, transportare.

1 Transportabitis.

2 Uxorem habet? *Lectus genialis est qui sternitur nuptiis in honorem Genii in aula, id est, domo.*

3 Si non est ei lectus genialis, id est, uxor.

4 Quomodo teneam Protea in quamvis formam se transmutantem? 5 Quid agit pauper?

6 Ride (inquit Horatius) ejus etiam inconstantiam. 7 Non habens proprium navigium. 8 Æque fastidio afficitur ac dives. 9 Sua et propria.

10 Si occurri capillos curtatos habens à tonsore, qui inæqualiter tondet, rides. 11 Tunicæ lanosæ, et à sordibus inundatæ. 12 Si toga non sedet æqualis in humeris.

13 Commovetur. 14 Solemniter, more omnium hominum. 15 Qui me sanet. 16 Qui solet à Prætore insanis dari, si deessent agnati. 17 Cum sis tutor mearum rerum, ô Mæcenas. 18 Cum irascaris ob unguem amici, etc.

De te pendentis, te respicientis amici.
Ad summam, sapiens uno [19] minor est Jove; dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum:
[20] Præcipue sanus, [21] nisi cum pituita molesta est.

id est, *ob levia amicorum incommoda.*

19 Uno Jove inferior. 20 Solus sanus et animo et corpore. 21 *Stoïcos irridet, qui dicunt sapientem esse sanum, etiamsi ægrotet.*

AD LOLLIUM. EPIST. II.

Homerum optimum esse philosophiæ magistrum ostendit; hortaturque homines ad sapientiæ studium.

TROJANI belli [1] scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu [2] declamas Romæ, [3] Præneste relegi:
Qui, quid sit [4] pulchrum, quid turpe, [5] quid utile, quid non,
[6] Planius ac melius [7] Chrysippo et Crantore dicit.
Cur ita crediderim, [8] nisi quid te detinet, audi.
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Græcia [9] Barbariæ lento [10] collisa duello,
[11] Stultorum regum, et populorum continet æstus.
Antenor censet belli [12] præcidere causam.
[13] Quid Paris? ut salvus regnet, vivatque beatus,

1 Homerum. 2 Dum tu de virtute, tanquam Orator, exercitii causa, disputas. 3 Præneste est nomen urbis in Latio. 4 Honestum. 5 Quid non sit utile. 6 Apertius, et perfectius.

7 Chrysippus erat Stoicus, et Crantor Academicus.

8 Nisi aliud te detinet. 9 Phrygiæ. 10 Contrita bello decennali. 11 Continet Agamemnonis et Achilis perturbationes.

12 Id est, Helenam Græcis reddere.

13 Quid facit Paris?

[99] Fecerit auspicium, cras ferramenta Teanum
[1] Tolletis, fabri. [2] Lectus genialis in aula est?
Nil ait esse prius, melius nil cælibe vita.
[3] Si non est, jurat bene solis esse maritis.
[4] Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
[5] Quid pauper? [6] ride: mutat cœnacula, lectos,
Balnea, tonsores; [7] conducto navigio æque
[8] Nauseat ac locuples, quem ducit [9] priva triremis.
[10] Si curtatus inæquali tonsore capillos
Occurri, rides: si forte subucula [11] pexæ
Trita subest tunicæ, vel [12] si toga dissidet impar,
Rides. Quid, mea cum pugnat sententia secum;
Quod petiit, spernit; repetit quod nuper omisit;
[13] Æstuat, et vitæ disconvenit ordine toto;
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis?
Insanire putas [14] solemnia me, neque rides,
[15] Nec medici credis, nec curatoris egere
A [16] Prætore dati, rerum tutela mearum
[17] Cum sis, et prave sectum [18] stomacheris ob unguem

99 Si vitiosa libido, tanquam avis cantu aut volatu, auspicium fecerit ratum, id est, impulerit divitem, ut ædificet, statim animum mutat, et jubet fabros ferramenta Teanum, Campaniæ oppidum, transportare.

1 Transportabitis.

2 Uxorem habet? *Lectus genialis est qui sternitur nuptiis in honorem Genii in aula, id est, domo.*

3 Si non est ei lectus genialis, id est, uxor.

4 Quomodo teneam Protea in quamvis formam se transmutantem? 5 Quid agit pauper?

6 Ride (inquit Horatius) ejus etiam inconstantiam. 7 Non habens proprium navigium. 8 Æque fastidio afficitur ac dives. 9 Sua et propria.

10 Si occurri capillos curtatos habens à tonsore, qui inæqualiter tondet, rides. 11 Tunicæ lanosæ, et à sordibus inundatæ. 12 Si toga non sedet æqualis in humeris.

13 Commovetur. 14 Solemniter, more omnium hominum. 15 Qui me sanet. 16 Qui solet à Prætore insanis dari, si deessent agnati. 17 Cum sis tutor mearum rerum, ô Mæcenas. 18 Cum irascaris ob unguem amici, etc.

De te pendentis, te respicientis amici.
Ad summam, sapiens uno [19] minor est Jove; dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum:
[20] Præcipue sanus, [21] nisi cum pituita molesta est.

id est, *ob levia amicorum incommoda.*

19 Uno Jove inferior. 20 Solus sanus et animo et corpore. 21 *Stoicos irridet, qui dicunt sapientem esse sanum, etiamsi ægrotet.*

AD LOLLIUM. EPIST. II.

Homerum optimum esse philosophiæ magistrum ostendit; hortaturque homines ad sapientiæ studium.

Trojani belli [1] scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu [2] declamas Romæ, [3] Præneste relegi:
Qui, quid sit [4] pulchrum, quid turpe, [5] quid utile, quid non,
[6] Planius ac melius [7] Chrysippo et Crantore dicit.
Cur ita crediderim, [8] nisi quid te detinet, audi.
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Græcia [9] Barbariæ lento [10] collisa duello,
[11] Stultorum regum, et populorum continet æstus.
Antenor censet belli [12] præcidere causam.
[13] Quid Paris? ut salvus regnet, vivatque beatus,

1 Homerum. 2 Dum tu de virtute, tanquam Orator, exercitii causa, disputas. 3 Præneste est nomen urbis in Latio. 4 Honestum. 5 Quid non sit utile. 6 Apertius, et perfectius.

7 Chrysippus erat Stoicus, et Crantor Academicus.

8 Nisi aliud te detinet. 9 Phrygiæ. 10 Contrita bello decennali. 11 Continet Agamemnonis et Achilis perturbationes.

12 Id est, Helenam Græcis reddere.

13 Quid facit Paris?

[14] Cogi posse negat. Nestor componere lites
[15] Inter Peliden festinat, et inter Atriden:
[16] Hunc amor, ira quidem communiter urit [17] utrumque.
Quidquid [18] delirant reges, plectuntur [19] Achivi.
Seditione, dolis, scelere, atque libidine, et ira,
Iliacos intra muros peccatur et extra.
Rursus quid virtus, et quid sapientia possit,
Utile proposuit nobis [20] exemplar Ulyssem;
[21] Qui, domitor Trojæ, multorum [22] providus urbes,
Et mores hominum inspexit; latumque per æquor,
Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit, adversis rerum [23] immersabilis undis.
[24] Sirenum voces, [25] et Circæ pocula nôsti;
[26] Quæ, si cum sociis stultus, cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset [27] turpis [28] et excors,
Vixisset canis immundus, [29] vel amica luto sus.
[30] Nos numerus sumus, et [31] fruges consumere nati,
[32] Sponsi Penelopæ, nebulones, [33] Alcinoïque
In cute curanda plus æquo [34] operata juventus,
Cui pulchrum fuit [35] in medios dormire dies, et
Ad strepitum citharæ [36] cessatum ducere curam.

14 Ad reddendam Helenam.

15 Inter Achillem Peleï filium, et Agamemnonem filium Atrei. 16 Agamemnonem Briseïdis amor incendit. 17 Agamemnonem et Achillem.

18 Peccant. 19 Plebeii luunt pœnas.

20 Exemplar ad imitandum. 21 Ubi Trojam domuit. 22 Prudens. 23 Fortunæ tempestatibus non immersus.

24 Voluptatum illecebras. 25 Circe suis veneficiis homines in feras mutabat. 26 Quæ pocula venefica. 27 In formam belluæ versus fuisset. 28 Amens. 29 Ut sus luto gaudens.

30 Nos turba sumus sine virtute, numerum duntaxat explentes. 31 Viventes ut edamus. 32 Proci luxuriosi. 33 Nos sumus juventus Alcinoï Phæacum regis, id est, molles sumus et voluptatibus dediti. 34 Occupata. 35 In meridiem. 36 Cessare facere, id est, abjicere curas.

Ut jugulent hominem, surgunt [37] de nocte latrones:
Ut teipsum serves, non expergisceris? atqui
Si nolis [38] sanus, [39] curres hydropicus; et ni
Posces ante diem librum cum lumine, si non
Intendes animum [40] studiis et rebus honestis,
Invidia, vel amore, [41] vigil torquebere. Nam cur,
Quæ lædunt oculum, festinas demere: si quid
[42] Est animum, differs curandi tempus in annum?
[43] Dimidium facti, qui cœpit, habet: sapere aude:
Incipe. Vivendi recte qui prorogat horam,
[44] Rusticus exspectat dum [45] defluat amnis; at ille
Labitur, et labetur in omne volubilis ævum.
Quæritur argentum, puerisque [46] beata creandis
Uxor, et incultæ [47] pacantur vomere silvæ.
Quod satis est, cui contingit, nihil amplius [48] optet.
Non domus, et fundus, [49] non æris acervus, et auri,
Ægroto domini deduxit corpore febres,
Non animo curas. [50] Valeat possessor oportet,
Si [51] comportatis rebus bene cogitat uti.
Qui cupit, aut metuit, juvat illum sic domus, [52] aut res,
Ut lippum pictæ tabulæ, [53] fomenta podagram,

37 Per noctem. 38 Si nolis dum sanus es. 39 Curres ad medicum, cum factus eris hydropicus. 40 Philosophiæ præceptis. 41 Sciens ac prudens.

42 Si quid consumit et corrumpit animum.

43 Quia principium est dimidium totius. *Hesiod.*

44 Rustice, vel tanquam rusticus, volens flumen transire, expectat, etc. 45 Donec, tota aqua elapsa, alveus arescat. 46 Uxor pecuniosa, vel felix in pariendo. 47 Excoluntur.

48 Optare debet. 49 Non ingens pecunia.

50 Oportet ut sit animo et corpore sanus. 51 Rebus hæreditariis, vel acquisitis.

52 Res familiaris, vel pecunia. 53 Fomenta podagræ dolorem ad tempus minuunt, sed causam morbi funditus non extirpant.

Auriculas citharæ collecta sorde dolentes.
[54] Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit.
Sperne voluptates: nocet empta [55] dolore voluptas.
Semper avarus eget: [56] certum voto pete finem.
Invidus alterius macrescit rebus [57] opimis:
Invidia [58] Siculi non invenere tyranni
Majus tormentum. Qui non [59] moderabitur iræ,
Infectum volet esse, dolor quod suaserit [60] et mens,
Dum pœnas [61] odio per vim festinat inulto.
Ira furor brevis est. [62] Animum rege, qui nisi paret,
Imperat: [63] hunc frænis, hunc tu compesce catena.
[64] Fingit equum tenera docilem cervice [65] magister
Ire viam, qua monstrat eques. [66] Venaticus, ex quo
Tempore [67] cervinam pellem latravit in aula,
[68] Militat in silvis catulus. [69] Nunc adbibe puro
Pectore verba, [70] puer; nunc te [71] melioribus offer.
Quo semel est imbuta [72] recens, servabit odorem
Testa diu. [73] Quod si cessas, aut strenuus anteis,
[74] Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

54 Nisi sit animus purus. *Est Allegoria.* 55 Dolore subsequente.

56 Definitam pecuniæ summam expete.

57 Rebus secundis et fortunatis. 58 Phalaris et Dionysius.

59 Qui frænum non injiciet iræ. 60 Mens dolore affecta, id est, mens irata. 61 Odio provectus.

62 Appetitum rege. 63 Tanquam equum indomitum. 64 Format.

65 Equorum domitor.

66 Catulus venaticus. 67 Quæ cervi similitudinem gerit. 68 Feras sectatur. 69 Percipe Philosophiæ præcepta. 70 Dum puer es. 71 Philosophiæ magistris, vel honestis et salutaribus disciplinis. 72 Recens testa, in quam nihil adhuc fuit infusum. 73 Si in Philosophiæ studio sis ignavior, aut si promovearis alacrius. 74 Nec te exspecto, qui me persequi non potes, nec conor eos antevertere, qui me præcedunt.

AD JULIUM FLORUM. EPIST. III.

Eum de Claudio Nerone et quibusdam suis amicis interrogat, et ad sapientiæ studium hortatur.

JULI Flore, [1] quibus terrarum militet oris
[2] Claudius Augusti privignus, scire laboro.
[3] Thracane vos, Hebrusque [4] nivali compede vinctus,
[5] An freta vicinas inter currentia turres,
An pingues Asiæ campi, collesque [6] morantur?
[7] Quid studiosa cohors operum struit? hæc quoque curo.
Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?
Bella quis et paces [8] longum diffundit in ævum?
Quid [9] Titius, Romana brevi venturus in ora,
[10] Pindarici fontis qui non expalluit [11] haustus,
Fastidire [12] lacus, et rivos ausus apertos?
Ut valet? ut meminit nostri? [13] fidibusne Latinis
Thebanos aptare modos studet, [14] auspice Musa?
An tragica [15] desævit, [16] et ampullatur in arte?
Quid mihi [17] Celsus agit? monitus, multumque monendus,

1 In quibus regionibus. *Oræ significant extremas partes terrarum.* 2 Tiberius Nero, Augusti privignus ex Livia Drusilla.

3 Thraciane. 4 Glacie vinctus. 5 An Hellespontus, inter Sestum et Abydum currens? 6 Detinent. 7 Quid faciat litterata Drusi cohors? 8 Scriptis mandat, ad memoriam sempiternam.

9 Titius Poëta, qui brevi ob sua scripta celebrabitur à populo Romano.

10 Qui non dubitavit fluidam Pindari eloquentiam latinis versibus imitari. 11 Liquores. 12 Scripta vulgaria et inventu facilia. 13 Num studet latinis versibus lyricis Pindaricos versus modulari. 14 Musarum auspicio?

15 An valde sævit, crudeles et sævos principum mores exprimendo. 16 Ampullis verborum utitur?

17 Celsus Poëta, qui alienos versus pro suis recitaret.

[18] Privatas ut quærat opes, et tangere vitet
Scripta, Palatinus quæcumque recepit [19] Apollo;
Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum
Furtivis nudata coloribus. [20] Ipse quid audes?
[21] Quæ circumvolitas agilis thyma? non tibi parvum
Ingenium, non incultum est, [22] nec turpiter hirtum.
[23] Seu linguam causis acuis, seu civica jura
Respondere paras, seu condis amabile carmen,
Prima [24] feres ederæ [25] victricis præmia. Quod si
Frigida curarum [26] fomenta relinquere posses,
Quo te cœlestis sapientia duceret, ires.
[27] Hoc opus, hoc studium [28] parvi properemus, et ampli,
Si patriæ volumus, si nobis vivere cari.
Debes hoc etiam rescribere, [29] si tibi curæ,
Quantæ conveniat, Munatius: [30] an male sarta
Gratia [31] nequidquam coït, et rescinditur? At vos
[32] Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat
[33] Indomita cervice feros; ubicumque locorum

18 Ut suam inventionem, non alienam quærat. 19 Apollinis templo adjunctam bibliothecam Augustus extruxerat in monte Palatino.

20 Tu, Juli Flore, quos sequeris Auctores? 21 Circum quæ volitas thyma velut apis, ex variis doctorum virorum scriptis varia decerpens? 22 Nec rude et impolitum.

23 Sive oratorem, Jurisconsultum, vel Poëtam agis. 24 Auferes præmia. 25 Ederæ victoriam tuam indicantis.

26 Curarum nutrimenta, nempe divitias, ambitionem et similia quæ, ut frigus, gravant et tardant festinantem.

27 Properemus sapientiæ studiis incumbere. 28 Cujuscumque fortunæ sumus.

29 An Munatius frater tuus sit tibi tantæ curæ, quantæ conveniat, necne? 30 Gratia male conjuncta, et perfide instaurata. 31 Non durat.

32 Sanguis calidus in juvenibus iram excitat. 33 Cervice dura, et rerum experientia nondum emollita.

Vivitis, [34] indigni fraternum rumpere fœdus,
Pascitur in vestrum reditum [35] votiva juvenca.

34 Indigni qui rumpatis fraternam amicitiam.

35 Juvenca, quam immolabo vobis reducibus.

AD ALBIUM TIBULLUM. EPIST. IV.

Eum monet ut ita vivat quasi quotidie moriturus.

ALBI, nostrorum sermonum [1] candide judex,
Quid nunc te dicam facere in regione [2] Pedana?
[3] Scribere quod [4] Cassi Parmensis opuscula vincat?
An tacitum silvas inter [5] reptare salubres,
Curantem quidquid dignum sapiente, bonoque est?
Non tu [6] corpus eras sine pectore. Dî tibi [7] formam,
Dî tibi divitias dederunt, [8] artemque fruendi.
[9] Quid voveat dulci nutricula majus alumno,
[10] Quam sapere, [11] et fari ut possit quæ sentiat, et cui
[12] Gratia, fama, valetudo, contingat abunde,
[13] Et mundus victus, non deficiente crumena?
Inter spem curamque, timores inter et iras
[14] Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

1 Sincere judex *Satyrarum nostrarum.*

2 Sic dicta à Pedo, Italiæ oppido.

3 An dicam te scribere? 4 Qui multas tragædias scripsit, dictus Parmensis ab urbe Parma. 5 Lentius ambulare.

6 Sine mente, excors.

7 Pulchritudinem, dignitatem oris.

8 Fruendi bonis istis, nempe forma et divitiis.

9 Quid possit nutricula optare majus alumno, quam, etc.? 10 Sapientiam.

11 Et facundiam. Ordo est: quid... majus... quam ut *ille* possit sapere et fari... et *illi* contingat gratia, etc.

12 *Gratia*, ut placeat: *fama*, ut sit virtutibus et meritis clarus.

13 Victus non sordidus, neque nimis exquisitus.

14 Omnem diem qua vixeris puta esse postremam tibi. Ne speres vivere postera die.

[18] Privatas ut quærat opes, et tangere vitet
Scripta, Palatinus quæcumque recepit [19] Apollo;
Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum
Furtivis nudata coloribus. [20] Ipse quid audes?
[21] Quæ circumvolitas agilis thyma? non tibi parvum
Ingenium, non incultum est, [22] nec turpiter hirtum.
[23] Seu linguam causis acuis, seu civica jura
Respondere paras, seu condis amabile carmen,
Prima [24] feres ederæ [25] victricis præmia. Quod si
Frigida curarum [26] fomenta relinquere posses,
Quo te cœlestis sapientia duceret, ires.
[27] Hoc opus, hoc studium [28] parvi properemus, et ampli,
Si patriæ volumus, si nobis vivere cari.
Debes hoc etiam rescribere, [29] si tibi curæ,
Quantæ conveniat, Munatius: [30] an male sarta
Gratia [31] nequidquam coït, et rescinditur? At vos
[32] Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat
[33] Indomita cervice feros; ubicumque locorum

18 Ut suam inventionem, non alienam quærat. 19 Apollinis templo adjunctam bibliothecam Augustus extruxerat in monte Palatino.

20 Tu, Juli Flore, quos sequeris Auctores? 21 Circum quæ volitas thyma velut apis, ex variis doctorum virorum scriptis varia decerpens? 22 Nec rude et impolitum.

23 Sive oratorem, Jurisconsultum, vel Poëtam agis. 24 Auferes præmia. 25 Ederæ victoriam tuam indicantis.

26 Curarum nutrimenta, nempe divitias, ambitionem et similia quæ, ut frigus, gravant et tardant festinantem.

27 Properemus sapientiæ studiis incumbere. 28 Cujuscumque fortunæ sumus.

29 An Munatius frater tuus sit tibi tantæ curæ, quantæ conveniat, necne? 30 Gratia male conjuncta, et perfide instaurata. 31 Non durat.

32 Sanguis calidus in juvenibus iram excitat. 33 Cervice dura, et rerum experientia nondum emollita.

Vivitis, [34] indigni fraternum rumpere fœdus,
Pascitur in vestrum reditum [35] votiva juvenca.

34 Indigni qui rumpatis fraternam amicitiam.

35 Juvenca, quam immolabo vobis reducibus.

AD ALBIUM TIBULLUM. EPIST. IV.

Eum monet ut ita vivat quasi quotidie moriturus.

ALBI, nostrorum sermonum [1] candide judex,
Quid nunc te dicam facere in regione [2] Pedana?
[3] Scribere quod [4] Cassi Parmensis opuscula vincat?
An tacitum silvas inter [5] reptare salubres,
Curantem quidquid dignum sapiente, bonoque est?
Non tu [6] corpus eras sine pectore. Dî tibi [7] formam,
Dî tibi divitias dederunt, [8] artemque fruendi.
[9] Quid voveat dulci nutricula majus alumno,
[10] Quam sapere, [11] et fari ut possit quæ sentiat, et cui
[12] Gratia, fama, valetudo, contingat abunde,
[13] Et mundus victus, non deficiente crumena?
Inter spem curamque, timores inter et iras
[14] Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

1 Sincere judex *Satyrarum nostrarum.*

2 Sic dicta à Pedo, Italiæ oppido. 3 An dicam te scribere? 4 Qui multas tragædias scripsit, dictus Parmensis ab urbe Parma. 5 Lentius ambulare.

6 Sine mente, excors.

7 Pulchritudinem, dignitatem oris. 8 Fruendi bonis istis, nempe forma et divitiis.

9 Quid possit nutricula optare majus alumno, quam, etc.? 10 Sapientiam. 11 Et facundiam. Ordo est: quid... majus... quam ut *ille* possit sapere et fari... et *illi* contingat gratia, etc. 12 *Gratia*, ut placeat: *fama*, ut sit virtutibus et meritis clarus.

13 Victus non sordidus, neque nimis exquisitus.

14 Omnem diem qua vixeris puta esse postremam tibi. Ne speres vivere postera die.

[15] Grata superveniet, quæ non sperabitur, horâ.
Me pinguem et [16] nitidum bene curâta cute vises,
Cum ridere voles [17] Epicuri de grege porcum.

15 Ita fiet ut grata, etc. 16 Poëtam elegantem, et succi plenum. 17 Summum bonum in voluptate posuit Epicurus.

AD TORQUATUM. Epist. V.

Invitat eum ad cœnam frugalem.

Si potes [1] Archiacis conviva [2] recumbere lectis,
Nec modica cœnare [3] times olus omne patella,
[4] Supremo te sole domi, Torquate, [5] manebo.
Vina bibes iterum Tauro [6] diffusa, palustres
[7] Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum.
Sin melius quid habes, [8] arcesse, vel imperium fer.
Jamdudum splendet focus, et tibi munda supellex.
[9] Mitte leves spes, [10] et certamina divitiarum,
Et [11] Moschi causam. [12] Cras nato Cæsare festus
Dat veniam, [13] somnumque dies; impune licebit
Æstivam sermone [14] benigno tendere noctem.
[15] Quo mihi, fortuna si non conceditur uti?
Parcus [16] ob hæredis curam, nimiumque [17] severus

1 Lectis ligneis et parum elegantibus, quales fecit Archias malus artifex. 2 Accumbere.

3 Nec abhorres, sed gaudes. 4 Sub vesperam. 5 Te exspectabo.

6 Bibes vina è torculari in cados fusa, Statilio Tauro iterum consule. Vini ætas notabatur Consulum nominibus. Vide Od. III. l. II. 7 Minturnæ, oppidum erat Sinuessæ oppido propinquum. 8 Jube tecum afferri ad me, vel, sine me regem esse convivii, et tibi imperare, ut illo vino utare, quod tibi apponam. Alii exponunt; morem mihi gere. 9 Omitte spes rerum levium, id est, divitiarum. 10 Omitte lites et dissidia in divitiis comparandis. 11 Clientis tui. 12 Idibus Julii. 13 Ut non sit necesse mane surgere. 14 Faceto sermone, et largo noctem extendere.

15 Quorsum divitias expetam?

16 Ut hæres ditescat. 17 Nimium

[18] Assidet insano. Potare [19] et spargere flores
Incipiam, patiarque vel [20] inconsultus haberi.
Quid non ebrietas [21] designat? Operta [22] recludit,
Spes jubet esse [23] ratas, [24] in prælia trudit inertem,
Sollicitis animis [25] onus eximit, [26] addocet artes.
[27] Fœcundi calices quem non fecere disertum?
[28] Contracta quem non in paupertate [29] solutum?
Hæc ego procurare [30] et idoneus imperor, et non
Invitus, [31] ne turpe toral, ne sordida [32] mappa
[33] Corruget nares; ne non et cantharus, et lanx
[34] Ostendat tibi te; ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras [35] eliminet; [36] ut coëat par,
Jungaturque pari. [37] Butram tibi, Septitiumque,
Et nisi cœna prior, potiorque puella Sabinum
Detinet, assumam. Locus est et pluribus [38] umbris:
Sed [39] nimis arcta premunt olidæ convivia [40] capræ.
Tu, [41] quotus esse velis, rescribe; et, [42] rebus omissis,
Atria servantem [43] postico falle [44] clientem.

tristis vel asper. 18 Sedet proximus insano, eique est similis.

19 In apparatu splendido secundæ mensæ floribus inspergi solebant.

20 Stultus haberi.

21 Quid non ebrietas efficit, perpetrat? 22 Aperit. 23 Spes firmat.

24 Quia spiritibus vini calore accensis, pellitur timor. 25 Eximit curarum onus. 26. Ebrii jactitant se multarum artium esse peritos.

27 Calices pleni et copiosi. 28 In angusta paupertate. 29 Solutum à curis. 30 A ratione jubeor tanquam idoneus ad hanc procurationem. 31 Illotum toral. 32 Inter edendum manus mappa absterguntur. 33 Sic offendat, ut inde conviva nares contrahat.

34 Ita splendeant, ut in illis tuam imaginem contempleris, velut in speculo. 35 Divulget. 36 Ut convivæ pares congregentur.

37 Assumam tibi sodales Butram, Septitium, Sabinum; nisi Sabinum, etc. 38 Convivis non invitatis. 39 Ubi multitudo est convivarum arcte sedentium, ibi alarum odor gravis existit. 40 Fætor sub axillis.

41 Quot sodales velis vocari. 42 Causis et negotiis tuis relictis. 43 Per posticum egredere, et clientem tuum late, qui in domus tuæ atrio expectat et observat. 44 Falle Moschum (*de quo supra*) vel quemvis alium.

AD NUMICIUM. Epist. VI.

Eum esse beatum dicit, qui nihil optet, nihil metuat : felicitatem in solâ virtute collocatam.

[1] Nil admirari, prope res est [2] una, Numici,
Solaque, quæ possit facere, et servare beatum.
Hunc solem, et stellas, et decedentia certis
Tempora momentis, [3] sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent. Quid censes munera [4] terræ?
Quid, [5] maris extremos Arabas ditantis, et Indos?
[6] Ludicra quid, plausus, [7] et amici dona [8] Quiritis?
Quo spectanda modo, [9] quo sensu credis, et ore?
Qui timet [10] his adversa, fere miratur eodem,
Quo cupiens, pacto: pavor est [11] utrobique molestus;
[12] Improvisa simul species exterret [13] utrumque.
Gaudeat, an doleat; cupiat, metuatve, [14] quid ad rem?
Si, [15] quidquid vidit melius, pejusve sua spe,
Defixis oculis, animoque, et corpore [16] torpet?
Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui,

1 Nullis animi perturbationibus affici. 2 Res est præcipua et sola.

3 Quanto minus admirabuntur terrena quæ cœlestibus sunt inferiora?

4 Aurum, argentum, marmor, et quæ ex se terra profert. 5 Munera maris, uniones, margaritas, et hujusmodi. 6 Ludos inanes et plausus in theatris. 7 Dona populi Romani te amantis, id est, honores populi suffragio ad te delatos. 8 Quiritium, id est, Romanorum. 9 Quo judicio, et quo vultu? certe non alio, quam nulla cupiditate, nulla formidine.

10 Pauperiem, contemptum, sibilos, ignominiam, quæ his bonis expetitis adversantur. 11 Pauper est cupiendo, et metuendo. 12 Insperata et non præmeditata mali, et boni species. 13 Exterret tam cupidum, quam timidum. 14 Quid facit ad hanc rem, quam nos agimus, scilicet, ad beatitudinem? 15 Quidquid defixis oculis vidit, id est, attentissime. 16 Si hebet, stu-

Ultra quam satis est, [17] virtutem si petat ipsam.
[18] I nunc, argentum, et marmor vetus, [19] æraque et artes
[20] Suspice; cum gemmis [21] Tyrios mirare colores:
Gaude, quod spectant oculi te mille loquentem:
[22] Gnavus mane forum, et vespertinus pete tectum:
Ne plus frumenti [23] dotalibus emetat agris
Mutus, et [24] (indignum, quod sit pejoribus ortus:)
[25] Hic tibi sit potius, quam tu mirabilis illi.
[26] Quidquid sub terra est, [27] in apricum proferet ætas;
Defodiet, [28] condetque nitentia. [29] Cum bene notum
Porticus Agrippæ, et via te conspexerit Appî;
[30] Ire tamen restat, [31] Numa quo devenit, et Ancus.
[32] Si latus, [33] aut renes morbo tentantur acuto,
Quære fugam morbi. Vis recte vivere? Quis non?
Si virtus [34] hoc una potest dare, [35] fortis omissis
Hoc age deliciis. Virtutem [36] verba putas, ut
[37] Lucum ligna? [38] cave ne portus occupet alter,

pescit, deficit. 17 Virtus posita est in mediocritate, cujus, re vera, nimium esse non potest.

18. *Ironica concessio.* 19 AEreas artes, id est, statuas æreas, vel vasa ærea multo artificio fabricata. 20 Cum admiratione aspice. 21 Colores purpureos. 22 Tu gnavus et industrius prima luce confer te in forum, et vesperi domum redito, ne Mutus, etc. 23 Ne metat, et recipiat ex agris, qnos ab uxore in dotem accepit, plus frumenti, quam tu. 24. Quod esset indignum, quia, etc. 25 Non *Mucius*, ut quidam volunt, sed *Mutus*. Cognomen hoc erat cujusdam nobilis Romani. Vide Grut. Inscript. CCCII, 1. 26 Virtus sola est immortalis, cætera pereunt. 27 In lucem. 28 Abscondet.

29 Cum porticus ab Agrippa constructa (ubi causas agas) et cum via Appia ab Appio constructa conspexerit te bene notum, id est, fama celebrem, ire tamen, etc. 30 Ad mortem. 31 Numa, et Ancus Romanorum reges. 32 Pleuritide. 33 Nephritide.

34 *Nempe* recte vivere. 35 Fortiter huic uni rei stude.

36 Num putas virtutem in verbis, non in actione consistere? 37 Lucus non ex solis arboribus constat, ut silva, sed alicui numini sacer est. 38 Si in ea es sententia, cave Mercator ne alter, etc.

[39] Ne Cibyratica, [40] ne Bithyna negotia perdas.
Mille talenta [41] rotundentur, [42] totidem altera; porro
[43] Tertia succedant, et quæ pars [44] quadret acervum.
Scilicet uxorem cum dote, fidemque, et amicos,
[45] Et genus, et formam [46] regina pecunia donat;
Ac bene nummatum decorat [47] Suadela, Venusque.
Mancipiis locuples, eget æris Cappadocum rex;
[48] Ne fueris hic tu. Chlamydes Lucullus, ut aiunt,
Si posset centum scenæ [49] præbere [50] rogatus,
[51] Quî possum tot? ait: tamen et quæram, et quot habebo,
Mittam. Post paulo scribit, sibi millia quinque
Esse domi chlamydum; partem, vel [52] tolleret omnes.
[53] Exilis domus est, ubi non et multa supersunt,
[54] Et dominum fallunt, et prosunt furibus. Ergo
[55] Si res sola potest facere, et servare beatum,
[56] Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.
Si fortunatum [57] species et gratia præstat,

39 Negotia Cibyratica dicuntur à Cibyris, urbe Ciliciæ populosa et ingenti. 40 Bithynia est in Ponto.

41 Coacerventur, cumulentur. Angl. *Laide round to an heape.* 42 Alia mille talenta. 43 Mille. 44 Etiam quæ pars perficiat, vel, acervum in quadrum redigat, id est, quarta mille, quæ quatuor millia efficiant.

45 Nobilitatem. 46 Pecunia in rebus humanis regnum obtinens. 47 Eloquentia et venustas.

48 Nolo ego ut tu sis talis, qualis fuit rex Cappadociæ, qui una re abundans, cæteris egebat, sed philosophiam sequere, cui nihil deesse potest, et talis esto, qualis fuit Lucullus.

49 Commodato dare. 50 Rogatus à Prætore ad spectaculum celebrandum. 51 Non credo me tot habere, inquit Lucullus.

52 Sumeret. 53 Domus est inanis, et bonis non referta, ubi, etc. 54 Ignorantur à domino.

55 Si pecunia. 56 Ut divitias congreges.

57 Decus externum, honores et magistratus.

Mercemur [58] servum, qui dictet nomina, [59] lævum
Qui fodicet latus, [60] et cogat trans pondera dextram
[61] Porrigere. [62] Hic multum [63] in Fabia valet, ille Velina:
[64] Cuilibet hic fasces dabit, [65] eripietque curule,
Cui volet, importunus ebur. Frater, pater, adde;
Ut cuique est ætas, ita quemque [66] facetus adopta.
Si bene qui cœnat, [67] bene vivit; [68] lucet, eamus,
Quo ducit gula: piscemur, venemur, ut olim
Gargilius, qui mane [69] plagas, venabula, servos,
[70] Differtum transire forum, populumque jubebat,
[71] Unus ut è multis, populo spectante, referret
[72] Emptum mulus aprum. Crudi, [73] tumidique lavemur;
Quid deceat, quid non, obliti: [74] Cærite cera
Digni, [75] remigium vitiosum Ithacensis Ulyssei,
[76] Cui potior patria fuit [77] interdicta voluptas.
Si, [78] Mimnermus uti censet, sine amore, jocisque

58 Mercemur servum nomenclatorem. *A nomenclatore, ille qui magistratum peteret, monebatur, quo nomine quisque civis, qui in suffragiis aliquid valeret, appellaretur; et suo quemque nomine compellare, benevolentiam conciliat.* 59 Qui domino astans, lævo ipsius latere extrema manu impulso admoneat, ut illum et illum salutet. 60 Et cogat herum trans saxa, aut trabes magni ponderis dextram porrigere, vel benevolentiæ ineundæ, vel auxilii causa. 61 Gratioso apud aliquam tribum civi.

62 Verba sunt nomenclatoris. 63 Hic in tribu Velina valet. 64 Hic, cui suffragatus fuerit, consulatum dabit, tot secum trahit suffragatores. 65 Eripiet curule ebur, id est, curulem eburneam cui volet importunus (id est, inquietus) dum voti compos fiat.

66 Blandissime saluta unumquemque, et facete tibi adjunge. 67 Si sit felix. 68 Dies est, surgamus, conquiramus obsonia palato gratissima. 69 Retia 70 Forum hominibus plenum. 71 Ut insignis mulus et præaltus. 72 Aprum emptum, non à se venante captum.

73 Saturitate inflati descendamus in balnea. 74 Tabula Ceritum digni, id est, sine lege viventes. *Ceritibus enim à populo Romano devictis negatum fuit suffragiorum ferendorum jus.* 75 Cum simus quasi remiges, et socii Ulyssis, vitiis et libidinibus addicti. 76 Quibus remigibus. 77 Ab Ulysse interdicta. 78 Poëta venereus.

Nil est jucundum; [79] vivas in amore, jocisque.
Vive, vale. Si quid novisti rectius [80] istis,
[81] Candidus imperti: si [82] non, his utere mecum.

79 Licet vivas.
80 Quæ dixi de summo bono. 81 Benignus imperti. 82 Si non rectius nôsti, utere jam à me dictis.

AD MÆCENATEM. EPIST. VII.

Apud Mæcenatem se excusat, liberalitatem ejus commemorans atque laudans; sed libertatem, atque animi tranquillitatem omnibus amicorum donis se anteferre declarat.

QUINQUE dies tibi pollicitus me [1] rure futurum,
[2] Sextilem totum mendax desideror. Atqui
Si me vivere vis sanum, recteque valentem,
[3] Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti,
Mæcenas, veniam: [4] dum ficus prima, calorque
[5] Designatorem decorat [6] lictoribus atris;
[7] Dum pueris omnis pater, et matercula pallet;
[8] Officiosaque sedulitas, et [9] opella forensis
Adducit febres, et [10] testamenta resignat.
Quod si bruma nives Albanis [11] illinet agris,
[12] Ad mare descendet [13] vates tuus, et sibi parcet,

1 In Sabina regione, *ubi villam habuit Horatius amœnissimam.*
2 Totum mensem Augustum absum.
3 Dabis illam veniam, quam mihi dares ægro. 4 Donec fervet Canicula, quo tempore ficus primum maturescunt. 5 Designator est, qui constituendæ funebri pompæ præest. 6 Ministris libitinariis pullatis. 7 Dum mater liberis suis metuit. 8 Nimia diligentia in officio præstando suis clientibus.
9 Opera in foro. 10 Testamenta aperit post mortem testatoris.
11 Asperget. 12 Ad civitatem maritimam. 13 Horatius.

[14] Contractusque leget: te, dulcis amice, reviset
Cum Zephyris, si concedes, [15] et hirundine prima.
Non, quo more pyris vesci Calaber jubet hospes,
Tu me fecisti locupletem. [16] Vescere sodes.
[17] Jam satis est. [18] At tu quantumvis tolle. [19] Benigne.
[20] Non invisa feres pueris munuscula parvis.
[21] Tam teneor dono, quam si dimittar [22] onustus.
[23] Ut libet: hæc porcis hodie comedenda relinques.
Prodigus, et stultus donat, quæ spernit et odit.
[24] Hæc seges ingratos tulit, et feret omnibus annis.
Vir bonus et sapiens, [25] dignis ait esse paratus;
Nec tamen ignorat, [26] quid distent æra lupinis.
[27] Dignum præstabo me etiam pro laude merentis.
Quod si me noles usquam [28] discedere, [29] reddes
Forte latus, [30] nigros angusta fronte capillos;
Reddes dulce loqui; reddes ridere decorum, et
[31] Inter vina fugam Cynaræ [32] mœrere protervæ.
Forte per angustam [33] tenuis nitedula rimam

14 Parcus erit in legendo. *Metaph. ducta à navigantibus qui vela contrahunt, ut effugiant naufragium.*

15 Vere ineunte, cujus est hirundo nuntia. 16 Verba Calabri ad hospitem viatorem. 17 Verba sunt viatoris.

18 Inquit Calaber. 19 Liberaliter mecum agis, ait viator.

20 Grata feres munuscula, inquit Calaber. 21 Verba viatoris. 22 Pyris tuis oneratus.

23 Facito ut libet, inquit Calaber. 24 Hæc inconsiderata rerum vilium, et superfluarum donatio semper parit ingratos.

25 Dicit se viris bonis esse paratum.

26 Non ignorat, quæ sit differentia inter bonos et malos homines.

27 Ego me gratum præstabo, et dignum laude ejus, qui beneficia est promeritus.

28 A te discedere. 29 Reddes meliores annos, quos tecum consumpsi. 30 Sub nigris capillis in juventute, frons videtur angusta. 31 Reddes ætatem ad levitates amatorias aptam. 32 Iniquo animo ferre, quod juvenem, non senem decet. 33 Ex S. Hieronymi auctoritate, cum Bentleio dicimus, *Nitedula* Gall. *Mulot*, pro *vulpecula* quam omnes fere editiones pessime adoptaverunt.

[34] Repserat in cumeram frumenti; [35] pastaque, rursus
Ire foras pleno [36] tendebat corpore frustra.
Cui mustela procul: Si vis, ait, effugere istinc,
Macra cavum [37] repetes arctum, [38] quem macra subisti.
[39] Hac ego si compellar imagine, [40] cuncta resigno;
[41] Nec somnum plebis laudo, satur [42] altilium; nec
Otia divitiis [43] Arabum liberrima muto.
Sæpe [44] verecundum laudâsti; rexque, paterque
[45] Audîsti coram, nec verbo parcius absens.
[46] Inspice, si possum [47] donata reponere lætus.
Haud male [48] Telemachus proles patientis Ulyssei:
[49] Non est aptus equis Ithacæ locus, ut neque planis
[50] Porrectus spatiis, [51] neque multæ prodigus herbæ:
[52] Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.
Parvum parva decent. Mihi jam non [53] regia Roma,
[54] Sed vacuum Tibur placet, [55] aut imbelle Tarentum.
Strenuus et fortis, causisque [56] Philippus agendis
Clarus, [57] ab officiis octavam circiter [58] horam
Dum redit, atque foro nimium distare [59] Carinas,

34 Introierat in vas vimineum frumentarium. 35 Bene saginata.

36 Conabatur. 37 Locum excavatum. 38 Quem gracilis intrâsti.

39 Hac similitudine. 40 Omnia quæ mihi dedisti, restituo. 41 Nec quietem plebeiorum hominum laudo, eo quod sumptuosis epulis sim plenus, aliter sensurus si egerem. 42 Satur avium domi saginatarum. 43 Vide Ode xxxix lib. 1.

44 Me paucis contentum. 45 Appellatus es à me rex, propter munificentiam, pater vero propter tuum erga me amorem, sive præsens tecum sum, sive absens.

46 Tecum considera. 47 Reddere, quæ mihi donâsti.

48 Menelao respondere. 49 Verba Telemachi ad Menelaum. 50 Non extensus in longum. 51 Nec herbæ ferax. 52 O Menelae, Atrei fili.

53 Roma magnifica. 54 Sed Tibur non populosum placet. 55 Tarentum voluptuarium.

56 Orator, in altercando nobilis. 57 A forensibus. 58 Horam diei.

59 Viam Romæ, sic dictam ab ædi-

Jam grandis natu queritur; conspexit, ut aiunt,
Adrasum quemdam vacua tonsoris [60] in umbra,
Cultello proprios purgantem leniter ungues.
[61] Demetri (puer hic [62] non læve jussa Philippi
Accipiebat) abi, quære, [63] et refer, unde [64] domo, quis,
[65] Cujus fortunæ, quo sit patre, [66] quove patrono.
[67] It, redit, et narrat Vulteium nomine Menam,
Præconem, [68] tenui censu, sine crimine notum,
[69] Et properare loco, [70] et cessare, et [71] quærere, et uti,
Gaudentem [72] parvisque sodalibus, et Lare certo,
Et ludis, et, post [73] decisa negotia, [74] Campo.
[75] Scitari libet ex ipso, quodcumque refers: dic
Ad cœnam veniat. Non sane [76] credere Mena:
[77] Mirari secum tacitus. Quid multa? [78] benigne,
Respondet. [79] Negat ille mihi? [80] Negat improbus, et te
[81] Negligit, aut horret. Vulteium mane Philippus
Vilia vendentem tunicato [82] scruta [83] popello
[84] Occupat, et salvere jubet prior. Ille Philippo
[85] Excusare laborem, et [86] mercenaria vincla,
Quod non mane domum venisset; denique quod non

ficiis factis in similitudinem carinarum, in qua via domus erat Philippi. 60 In tonstrina.

61 Philippus servum suum Demetrium alloquitur. 62 Non stulte. 63 Mihi renuntia. 64 Ex qua familia.

65 Pauper, an dives. 66 In cujus sit clientela. 67 It puer. 68. Pauperem esse. 69 Et viatorem, vel mercatorem agere, lucri causa. 70 Interdum otiari. 71 Divitias acquirere, iisque uti, *quod non facit avarus*. 72 Gaudentem uxore, et libertis, et domicilio stabili, non vita vaga. 73 Post negotia confecta. 74 Campo Martio, ubi valetudinis causa corpus exercebat. 75 *Verba Philippi*. 76 Credebat. 77 Mirabatur.

78 Gratias agit tibi ingentes.

79 *Verba sunt Philippi*. 80 Negat improbe (inquit Demetrius.) 81 Te non curat aut formidat.

82 Merces viles. 83 Plebeculæ, tunicis, non togis utenti. 84 Antevertit.

85 Excusabat. 86 Occupationes

[87] Providisset eum. [88] Sic ignovisse putato
Me tibi, si cœnas hodie mecum. [89] Ut libet. [90] Ergo
Post nonam venies. Nunc i, [91] rem strenuus auge.
[92] Ut ventum ad cœnam est; [93] dicenda, tacenda locutus,
[94] Tandem dormitum dimittitur. Hic ubi sæpe
Occultum [95] visus decurrere piscis ad hamum,
[96] Mane cliens, et jam [97] certus conviva, jubetur
Rura suburbana [98] indictis comes ire Latinis.
Impositus [99] mannis, arvum [1] cœlumque Sabinum
[2] Non cessat laudare. Videt, ridetque Philippus;
Et, sibi dum requiem, dum risus undique [3] quærit,
Dum septem donat sestertia, mutua septem
Promittit; persuadet uti mercetur agellum.
[4] Mercatur. Ne te longis ambagibus ultra
Quam satis est, morer, [5] ex nitido fit rusticus, atque
Sulcos [6] et vineta crepat mera. Præparat ulmos,
Immoritur studiis, [7] et amore senescit habendi.
Verum ubi oves furto, morbo periere capellæ,
[8] Spem mentita seges, bos est enectus arando;
Offensus damnis, [9] media de nocte caballum

mercenarias. 87 Ante vidisset.

88 *Verba sunt Philippi.* 89 Sit ita, inquit Mena. 90 Post horam nonam (inquit Philippus) venies, id est, tribus horis ante solis occasum. *Quando Romani è balneis egressi cibum capiebant.*

91 Rem familiarem auge. 92 Postquam. 93 Libere quidvis locutus.

94 Jubetur ire domum. 95 Visus est.

96. Postridie. 97 Quotidianus conviva. 98 Feriis Latinis à Consule imperatis, *in quibus non licebat aliquid agi in Urbe.*

99 Equis pusillis. 1 Aërem Sabinum. 2 Vulteius. 3 Philippus. 4 Vulteius agellum mercatur.

5 Ex urbano fit incultus et obsoletus.

6 Loca vitibus consita solum habet in ore.

7 Lucri studio tabescit. 8 Postquam ager satus minus reddidit, quam speraverat agricola. 9 Paulo post mediam noctem.

Arripit, iratusque Philippi tendit ad ædes.
Quem simul aspexit 10 scabrum, intonsumque Philippus;
11 Durus, ait, Vultei, nimis, 12 attentusque videris
Esse mihi. 13 Pol, me miserum, patrone, vocares,
Si velles, inquit, verum mihi 14 dicere nomen.
15 Quod te per genium, dextramque, Deosque Penates,
Obsecro, et obtestor, vitæ me redde priori.
16 Qui simul aspexit, quantum dimissa petitis
Præstent, mature redeat, repetatque relicta.
Metiri se quemque 17 suo modulo, ac pede, 18 verum est.

10 Squalidum, et impexum.
11 Homo ferreus et laboriosus.
12 Attentus ad rem, id est, avarus.
13 *Verba sunt Vulteii.* 14 Nomen imponere. 15 Propter quod te obsecro, *vel* quamobrem te obsecro.
16 Qui Philippus, posteaquam consideravit quantum dimissa, id est; relicta distent à petitis, dixit hæc verba: Redeat Vulteius in urbem quamprimum, et vitam urbanam, quam reliquit, repetat.
17 Sua formula et mensura.
18 Æquum est.

AD CELSUM ALBINOVANUM. EPIST. VIII.

Scribit se minus animo quam corpore valere: monet amicum ut secundam fortunam modeste ferat.

1 Celso gaudere, et bene rem gerere Albinovano,
Musa rogata refer, 2 comiti, 3 scribæque Neronis.
Si quæret quid agam, dic, multa et pulchra 4 minantem,
Vivere nec recte, nec suaviter: haud quia grando
5 Contuderit vites, oleamve 6 momorderit æstus;

1 Ordo est: ô Musa à me rogata, refer, id est, renuntia Celso Albinovano χαίρειν καὶ εὐπράττειν, ut gaudeat, et bene rem gerat. 2 Qui tanquam inferior amicus Neronem comitatur. 3 Notario, Angl. *A Secretary.* 4 Superbe promittentem. 5 Fregerit. 6 Siccitate affecerit et læserit.

Nec quia longinquis armentum ægrotet in arvis ;
[7] Sed quia mente minus validus, quam corpore toto,
Nil audire velim, nil discere, [8] quod levet ægrum :
[9] Fidis offendar medicis, irascar amicis,
[10] Cur me funesto properent arcere [11] veterno :
Quæ nocuere [12] sequar ; fugiam quæ profore credam :
[13] Romæ Tibur amem ventosus, [14] Tibure Romam.
[15] Post hæc, ut valeat, quo pacto rem gerat, [16] et se ;
Ut placeat [17] juveni percontare, [18] utque cohorti.
Si dicet, recte : [19] primum gaudere ; subinde
Præceptum [20] auriculis hoc instillare memento :
[21] Ut tu fortunam, sic nos te, Celse, feremus.

7 Quia animo ægrotus magis quam corpore, velim nil, etc. 8 Quod relevet ægrum. 9 Quia fidis offendar.

10 Propterea quod. 11 Lethargo, *qui inexpugnabilis est dormiendi necessitas. Metaphorice hic ponitur pro arrogantia, levitate, et inconstantia.*

12 Quia sequar, quæ, etc. 13 Quia quando sum Romæ, amem Tibur, ventosus, id est, inconstans, et vento popularis auræ plenus. 14 Quia existens Tiburi, Romam amem.

15 Post hæc omnia rogato. 16 Quomodo se gerat. 17 Neroni. 18 Et quomodo cohorti placeat.

19 Primum dicito gaudere, deinde, etc. 20 Ejus auriculis, scilicet Celsi. 21 Quemadmodum tu secundam fortunam feres, ita ut non superbias; sic nos tuam amicitiam feremus, et servabimus continuo.

AD CLAUDIUM NERONEM. EPIST. IX.

Septimium ei commendat.

[1] SEPTIMIUS, [2] Claudi, nimirum intelligit unus,
[3] Quanti me facias. Nam cum rogat, [4] et prece cogit
Scilicet, ut tibi se [5] laudare, et tradere coner,

1 De quo Od. VI. lib. II. 2 O Nero Augusti privigne.

3 Qua æstimatione sim apud te. 4 Et rogando cogit. 5 Commendare.

[6] Dignum mente domoque legentis honesta Neronis;
[7] Munere cum fungi propioris censet amici;
[8] Quid possim videt, ac novit me valdius ipso.
Multa quidem dixi, cur excusatus abirem;
Sed timui, [9] mea ne finxisse minora putarer,
Dissimulator [10] opis propriæ, [11] mihi commodus uni.
Sic ego majoris fugiens opprobria [12] culpæ,
[13] Frontis ad urbanæ descendi præmia. Quod si
[14] Depositum laudas [15] ob amici jussa pudorem;
Scribe [16] tui gregis hunc, et fortem crede, [17] bonumque.

6 Dignum amicitia, et contubernio Neronis legentis, id est, eligentis res honestas, et honestos viros. 7 Officio intimi amici, id est, amicitiæ meæ erga se. 8 Quid apud te possim intelligit, ac magis novit quam ego ipse.

9 Meam apud te gratiam minorem esse, quam sit. 10 Facultatis meæ. 11 Mihi soli studens.

12 Dissimulationis. 13 Descendi ad impudentiam seu inverecundiam, quæ frontis perfrictæ est præmium. Urbani enim perfrictioris oris esse solent, quam rustici.

14 Depositus pudor est impudentia. 15 Ob Septimii rogatum. 16 De tuo grege esse, et amicorum numero. 17 Et virum esse bonum.

AD FUSCUM ARISTIUM. EPIST. X.

Rusticanæ vitæ laus, urbanæ incommoda.

URBIS amatorem [1] Fuscum salvere jubemus
[2] Ruris amatores: hac in re scilicet una
Multum dissimiles, ad cætera pene [3] gemelli;
[4] Fraternis animis, quidquid negat alter et alter;
Annuimus pariter vetuli, [5] notique columbi.
[6] Tu nidum servas, ego laudo ruris amœni

1 Grammaticum, in urbe commorantem. 2 Nos. 3 Simillimi.

4 Tanquam fratres, idem nolumus, idem volumus. 5 Quorum magnus et mutuus amor notus est.

6 Tu Romæ manes.

Rivos, et musco [7] circumlita saxa, nemusque.
[8] Quid quæris? [9] Vivo et regno, simul ista reliqui
Quæ vos ad cœlum effertis [10] rumore secundo.
[11] Utque sacerdotis fugitivus, liba recuso:
Pane egeo, jam mellitis potiore [12] placentis.
Vivere naturæ [13] si convenienter oportet,
[14] Ponendæque domo quærenda est area primum;
Novistine locum potiorem rure [15] beato?
[16] Est ubi plus tepeant hyemes? ubi gratior aura
Leniat et rabiem [17] Canis, et [18] momenta Leonis,
Cum semel accepit Solem [19] furibundus acutum?
[20] Est ubi depellat somnos [21] minus invida cura?
[22] Deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis aqua [23] tendit rumpere plumbum,
Quam quæ per pronum [24] trepidat cum murmure rivum?
[25] Nempe inter varias nutritur silva [26] columnas,

7 Saxa musco obducta.

8 Quid multis? 9 Tam beate vivo, ut me regnare putem, simul ac, etc. 10 Vulgo approbante.

11 Ut improbus sacerdotis servus, qui liba edere consuevit, tandem desiderat panem: sic ego urbem fastidiens, rure delector. 12 Libis sacrificiorum.

13 Quoniam vivere oportet secundum naturam, id est, virtute adhibita, donis frui à natura datis. 14 Et quoniam area, id est, solum primum quærendum est ad domum extruendam. 15 Rure opulento.

16 Est locus ullus ubi, etc. 17 Sideris cœlestis immoderatum æstum. 18 Tempora Leonis circiter Idus Quintiles. 19 Cum Leo vesanus ingreditur solem vehementem.

20 Estne locus ullus ubi, etc. 21 Cura quæ hominibus animi tranquillitatem videtur invidere. 22 Numquid herba deterius aut olet, aut nitet, quam lapilli, id est, marmora ex Numidia advecta, ex quibus Romæ fiunt pavimenta?

23 Vi magna contendit, quasi tubulos plumbeos ruptura. 24 Labitur per declivem rivum.

25 Apparet enim vitam rusticam suaviorem esse, quam urbanam, quia divites, quasi natura duce, in suis ædificiis urbem ruri similem reddere student: nam arbores in hortis spatiosis conserunt, etc. 26 Inter colum-

Laudaturque domus, longos quæ prospicit agros.
[27] Naturam expelles furca, tamen [28] usque recurret,
[29] Et mala perrumpet furtim [30] fastidia victrix.
[31] Non, qui [32] Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, [33] propiusve medullis,
Quam qui non poterit [34] vero distinguere falsum.
Quem res plus nimio delectavere secundæ,
Mutatæ [35] quatient. [36] Si quid mirabere, [37] pones
Invitus. Fuge magna: licet, sub paupere tecto,
Reges et regum vita [38] præcurrere amicos.
Cervus equum pugna [39] melior communibus herbis
Pellebat, donec [40] minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, [41] frænumque recepit;
Sed postquam [42] victor violens discessit [43] ab hoste,
Non equitem dorso, non frænum depulit ore:
Sic, qui pauperiem veritus, potiore [44] metallis
Libertate caret, [45] dominum vehet improbus, atque
Serviet æternum, quia parvo nesciet uti.
[46] Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,

nas ex marmore versicolori factas.

27 Cum naturam vi ignominiosa ejicies. 28 Semper. 29. Et natura vincens, per contraria sibi studia furtim erumpet. 30 Istam fastidiosam divitum luxuriem. 31 Is non accipiet certius damnum, qui nescit discernere purpuras, quam qui, etc. 32 Cum purpura Sidonia comparare lanas succo Aquinati tinctas. 33 Quod propius attingat. 34 A vero.

35 Commovebunt. 36 Si quid magni facias. 37 Depones. 38 Anteire.

39 Superior in pugna, è compascuis pellebat equum. 40 Inferior. 41 Homini parere incœpit.

42 Equus. Bentleius hunc versum optime sic proponit immutandum: *sed postquam, violens, victo discessit ab hoste.* 43 A cervo.

44 Auro, et argento. 45 Pecuniæ cupiditatem, cui serviet perpetuo.

46 Sed sua res amplior, vel angustior erit, quam satis est.

Si pede major erit, [47] subvertet; si minor, [48] uret.
Lætus sorte tua vives sapienter, Aristi;
[49] Nec me dimittes incastigatum, ubi plura
[50] Cogere quam satis est, ac non cessare videbor.
Imperat, aut servit collecta pecunia cuique,
[51] Tortum digna sequi potius quam ducere funem.
Hæc tibi [52] dictabam, [53] post fanum putre Vacunæ,
Excepto, quod non simul esses, [54] cætera lætus.

47 Subvertet pedem. 48 Pedem lædet.

49 Sed me acerbe reprehendes.

50 Coacervare.

51 Quæ debet potius trahi, quam trahere, id est, servire potius, quam imperare. *Est allegoria ducta ab iis, qui restim ducţant.*

52 Hæc dictabam puero meo scribenti, ut ad te mitterem. 53 Pone cariosam ædem Vacunæ, *quæ Dea est vacationis.* 54 Cæteris rebus lætus, eo tantum excepto, quod mihi non adesses.

AD BULLATIUM. Epist. XI.

Non assiduis locorum mutationibus vitæ felicitatem parari, sed ubivis recte vivi ei qui ratione et prudentia ducitur.

[1] Quid tibi visa Chios, Bullati, [2] notaque Lesbos?
Quid concinna [3] Samos? quid Crœsi regia [4] Sardis?
[5] Smyrna quid, et [6] Colophon? [7] majora minorave fama?
[8] Cunctane præ Campo et Tiberino flumine sordent?

1 Quid tibi visa est Chios, insula in mari Ionio? 2 Insula in mari Ægæo nota, id est, nobilis propter Alcæum et Sappho Poëtas celebratissimos.

3 Samos non longe distat à Chio, concinna et amœna, propter pulchra ædificia. 4 Urbs Lydiæ, in qua rex Crœsus considebat. 5 Civitas Ioniæ.

6 Colophos est urbs in Ionia, non longe à Sardibus. 7 Numquid majora, vel minora sunt, quam fama divulgavit? 8 An cuncta illa videntur vilia, comparatione facta cum campo Martio, et Roma?

[9] An venit in votum Attalicis ex urbibus una?
[10] An Lebedum laudas, odio maris atque viarum?
[11] Scis, Lebedus quid sit; [12] Gabiis desertior, atque
Fidenis vicus; tamen illic vivere vellem:
Oblitusque [13] meorum, obliviscendus et illis,
Neptunum procul è terra [14] spectare furentem.
[15] Sed neque, qui Capua Romam petit, imbre lutoque
Adspersus, volet in caupona [16] vivere; nec, qui
[17] Frigus collegit, [18] furnos et balnea laudat,
[19] Ut fortunatam plene præstantia vitam.
Nec, si te validus jactaverit Auster [20] in alto,
Idcirco navem trans Ægæum mare [21] vendas.
[22] Incolumi Rhodos, et Mitylene [23] pulchra facit, quod
[24] Pænula solstitio, [25] campestre nivalibus [26] auris,
[27] Per brumam Tiberis, [28] Sextili mense caminus.
Dum licet, et vultum servat fortuna benignum,
[29] Romæ laudetur Samos, et Chios, et Rhodos absens.
Tu, quamcumque Deus tibi fortunaverit horam,
Grata sume manu, [30] nec dulcia differ in annum;

9 An tibi optabilis est una ex urbibus, quæ sub Attalo Pergami rege fuerunt? 10 Lebedus est Ioniæ oppidum desertum juxta mare, unde nullus incola audet mare transire. 11 Hæc Horatio finge dici à Bullatio. 12 Gabii et Fidenæ sunt civitates Sabinorum.

13 Oblitus propinquorum, et patriæ. 14 Ut prospiciam Neptunum, scilicet mare. 15 Hic respondet Horatius.

16 Vivere perpetuò. 17 Frigus contraxit. 18 Focum, vel casam furnariam. 19 Veluti ea, quæ omnino præstant vitam beatam. 20 In mare disjecerit. 21 Vendere debeas.

22 Homini sanæ mentis. 23 Rhodos est insula, sic etiam Mitylene, rebus omnibus pulchre instructa. 24 Vestis densa solstitio æstivo, id est, æstate inutilis. 25 Vestis tenuis, qua juvenes, in campo Martio se exercentes, utebantur. 26 Ventis hibernis 27 Quod facit natatio in Tiberi per hyemem. Quis enim tunc nataret? 28 Quod facit ignis mense Augusto.

29 A te Romæ habitante laudetur Samos absens, etc. sed in illas insulas ne proficiscitor. 30 Statim utere.

Ut, quocumque loco fueris, [31] vixisse libenter
Te dicas. Nam si ratio, et prudentia curas,
[32] Non locus effusi late maris arbiter, aufert;
[33] Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.
[34] Strenua nos exercet inertia : [35] navibus, atque
[36] Quadrigis petimus bene vivere. [37] Quod petis, hic est;
[38] Est Ulibris, animus si te non deficit [39] æquus.

31 Quia ubique licet bene vivere.

32 Non urbs, neque tota terra, quæ suo situ, et arbitrio maris undas arcet; sed sola animi tranquillitas beatum efficit.

33 Clima cœli, non mores mutant, qui, etc.

34 Vehemens stultitia. 35 Terra marique. 36 Equis. 37 Bene beateque vivere domi est, et in patria. 38 Est quovis in loco, etiam obscuro, ut Ulubris vico deserto in Campania. 39 Animus tranquillus sine perturbatione.

AD ICCIUM EPIST. XII.

Eum monet ut suo contentus sit : ejus frugalitatem laudat : rogat ut Grosphum inter amicos numeret : denique de romanis rebus, quœ tum gerebantur, certiorem eum facit.

[1] FRUCTIBUS Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci,
Si recte frueris, [2] non est ut copia major
Ab Jove donari possit tibi. [3] Tolle querelas;
Pauper enim non est [4] cui rerum suppetit usus.
[5] Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil
Divitiæ poterunt regales addere majus.

1 Quos ut coactor ab Agrippa constitutus, ex agris fructuariis in Sicilia colligis. 2 Fieri nullo modo potest, ut, etc. 3 Omitte querelas paupertatis.

4 Cui nihil ad vitam deest.

5 Si cibum et potum habeas, si non desint stramina dormienti, si bene sit pedibus, ut neque calceamenta de-

Si forte in medio [6] positorum abstemius herbis
Vivis, et urtica; sic vives [7] protinus, ut te
Confestim liquidus fortunæ rivus [8] inauret:
Vel quia naturam mutare pecunia nescit;
Vel quia cuncta putas una virtute [9] minora.
[10] Miramur si Democriti pecus edit agellos,
[11] Cultaque, [12] dum peregre est animus sine corpore [13] velox;
Cum tu [14] inter scabiem tantam, et contagia lucri,
Nil parvum sapias, et adhuc [15] sublimia cures:
Quæ [16] mare compescant causæ; [17] quid temperet annum;
Stellæ sponte sua, [18] jussæne vagentur, et errent
[19] Quid premat obscurum Lunæ, quid proferat orbem;
Quid velit, et possit rerum [20] concordia discors;
[21] Empedocles, an Stertinium deliret acumen?
[22] Verum, seu [23] pisces, [24] seu porrum, et cæpe trucidas;
Utere [25] Pompeio Grospho; et, si quid petet, [26] ultro

sint, nec equus quo veharis.

6 Si tu in medio appositorum eduliorum abstinens et sobrius vivas herbis et urtica, id est, tenui et parco victu. 7 Deinceps. 8 Ut te divitem faciat. Alludit fortasse ad Midæ fabulam. 9 Inferiora.

10 Numquid miramur? 11 Rura illius. 12 In rerum magnarum contemplatione occupatus. 13 *Nihil est cogitatione velocius.* 14 Inter pecuniæ studium, cujus contactus, non minus quam scabies mordet ac serpit. 15 Res arduas. 16 Ne effundatur latius, et terras obruat. 17 Quæ res annum gubernet, ut per quatuor temporum commutationes certo fluat. 18 Alicujus jussu. 19 Quæ causa Lunam condat, vel claram faciat, et plenam. 20 Mundus inferior, qui constat ex quatuor elementis inter se pugnantibus. 21 Cum tu scire cures, utrum Empedocles, an Stertinius deliret.

22 Sive sumptuose, sive tenuiter vivis. 23 Obsonium carissimum. 24 Seu nihil aliud occidis in cœnam, nisi porrum et cæpe. Impropria est, vel ironica locutio. 25 Qui fuit Horatii amicus. 26 Lubens concede petenti.

Defer. Nil Grosphus [27] nisi verum orabit, et æquum.
[28] Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.
Ne tamen ignores [29] quo sit Romana loco res:
[30] Cantaber Agrippæ, Claudî virtute Neronis
Armenius cecidit: [31] jus, imperiumque Phraates
Cæsaris accepit [32] genibus minor: [33] aurea fruges
Italiæ pleno [34] diffudit copia cornu.

27 Nisi justum. 28 Parvo constant amici, cum viris bonis aliquid deest.

29 In quo statu. 30 Gens Hispaniæ, Agrippæ virtute cecidit, id est, devicta est. 31 Phraates rex Persarum se parere velle dixit populi Romani legibus et imperio. 32 Supplex, et ad genua Cæsaris devolutus.

33 Benigna copia, ubertatis Dea. 34 Fruges fudit de cornu pleno. Vide Ode XVII lib. I.

AD VINIUM ASELLAM. EPIST. XIII.

A Vinio petit, ut in offerendis Augusto suis libris, et temporis et decoris rationem habeat.

[1] Ut proficiscentem docui te sæpe, diuque,
[2] Augusto reddes signata volumina, Vini,
Si validus, si lætus erit, si denique poscet;
[3] Ne studio nostri pecces, odiumque libellis
[4] Sedulus importes, opera vehemente [5] minister.
Si te forte meæ gravis uret sarcina [6] chartæ,
Abjicito potius, quam, quo perferre juberis
[7] Clitellas ferus impingas, [8] Asinæque paternum

1 Quemadmodum. 2 Ita reddes Augusto mea volumina obsignata et sigillo impressa. 3 Ne nimio in nos studio pecces. 4 Nimiam diligentiam adhibens. 5 Quasi minister.

6 Librorum sarcina. 7 Ne tanquam stupidus sub onere meorum librorum corruas, clitellas asini more in terram impingendo, idque in Augusti oculis, cum ei libros trades. 8 Cognomen pa-

Cognomen vertas in risum, [9] et fabula fias.
[10] Viribus uteris [11] per clivos, flumina, [12] lamas.
[13] Victor propositi, simul ac perveneris [14] illuc,
[15] Sic positum servabis onus, [16] ne forte sub ala
Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum;
Ut vinosa glomos furtivæ Pyrrhia lanæ;
Ut cum pileolo soleas conviva [17] tribulis.
Ne vulgo narres te sudavisse ferendo
Carmina, quæ possunt oculos, auresque [18] morari
Cæsaris: oratus multa prece, [19] nitere. Porro
Vade, vale, cave [20] ne titubes, mandataque frangas.

tris erat Asina. 9 In ora hominum pro ludibrio venias.

10 Ut, quo vis, pervenias. 11 Per Romam clivosam, id est, septicollem.

12 Lacunas majores, continentes aquam pluviam, *vel* fluviorum fossas.

13 Compos voti. 14 Ad ædes Augusti. 15 Hoc modo, id est, decoro gestu libellos meos in manibus tuis tenebis. 16 Ut non sub brachio in oculis omnium libros meos portes; sicut rusticus sub ala portat agnum; *vel*, ut Pyrrhia temulenta portat glomos, id est, sphærulas ex filo lanæ; *vel*, ut conviva domum rediens bene potus, pileum et calceos gestat sub brachio. 17 Vicinus ex eadem tribu.

18 Delectare. 19 Da omnem operam.

20 Cave ne offendas, et in dictis sis inconstans.

AD VILLICUM SUUM. Epist. XIV.

Villicum suum carpit quod urbanam vitam præferat rusticæ; cujus ipse quanto desiderio teneatur, ostendit.

[1] Villice silvarum, et mihi me [2] reddentis agelli,
[3] Quem tu fastidis, habitatum quinque focis, et

1 Villicus is dicitur, cui reliqui servi in agris colendis obsequuntur. Angl. *a Hine or Bailiffe of husbandry.* 2 Animum meum reficientis. 3 Quem agellum quinque familiis distinctis habitatum.

Quinque bonos solitum [4] Variam dimittere [5] patres;
[6] Certemus, [7] spinas animone ego fortius, an tu
Evellas agro; et melior sit Horatius, [8] an res.
Me quamvis [9] Lamiæ pietas et cura [10] moratur,
Fratrem mœrentis, [11] rapto de fratre dolentis
[12] Insolabiliter; tamen [13] istuc mens, animusque
[14] Fert, [15] et amat spatiis obstantia rumpere [16] claustra.
Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum.
Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.
Stultus uterque locum immeritum [17] causatur inique:
In culpa est animus, [18] qui se non effugit unquam.
[19] Tu mediastinus tacita prece rura petebas;
Nunc urbem, et ludos, et balnea villicus optas.
[20] Me constare mihi scis, et [21] discedere tristem,
Quandocumque trahunt invisa negotia Romam.
[22] Non eadem miramur; [23] eo disconvenit inter
Meque, et te: nam quæ deserta, et inhospita [24] tesqua
Credis, amœna vocat, [25] mecum qui sentit; et odit
Quæ tu pulchra putas. [26] Fornix tibi, et uncta [27] popina

4 Sabinorum oppidum. 5 Romanos Senatores, vel homines grandes natu ad lites in Varia discernendas. 6 Ego et tu. 7 Curas, quæ mentem pungunt. 8 An agellus.

9 AElii Lamiæ, de quo Ode XVII. lib. III. 10 Romæ detinet. 11 Ob fratrem immatura morte sublatum. 12 Ut nullum admittat solatium. 13 In agrum. 14 Ducit me. 15 Et cupit rumpere spatiosa claustra, id est, omnes moras, et impedimenta præcidere. 16 Repagula, vel carceres.

17 Criminatur locum, qui non meretur odium. 18 Qui loci commutatione curam non depellit, sed eam secum fert perpetuo.

19 Tu servus laboriosissimus, et ad omnia fere ministeria paratus, quasi stans in medio, petebas, etc.

20 Semper eumdem esse. 21 Rure discedere.

22 Non delectamur iisdem. 23 Ideo non convenit. 24 Loca aspera, inculta et senticosa. 25 Qui solitudinem amat, sicut ego.

26 Ganeum lupanar. 27 Popina omnibus obsoniis plena.

[28] Incutiunt urbis desiderium, video; [29] et quod
[30] Angulus iste feret piper et thus, [31] ocius uva;
Nec vicina subest, vinum [32] præbere taberna
Quæ possit tibi; nec meretrix tibicina, cujus
[33] Ad strepitum salias terræ gravis: et [34] tamen [35] urges
Jampridem [36] non tacta ligonibus arva, bovemque
[37] Disjunctum curas, et strictis frondibus [38] exples.
[39] Addit opus pigro rivus, si decidit imber,
[40] Multa mole docendus aprico parcere prato.
Nunc age, [41] quid nostrum concentum dividat, audi.
[42] Quem tenues decuere togæ, [43] nitidique capilli;
Quem scis [44] immunem Cynaræ placuisse [45] rapaci;
[46] Quem bibulum liquidi media de luce Falerni;
[47] Cœna brevis juvat, et prope rivum somnus in herba,
[48] Nec lusisse pudet, [49] sed non incidere ludum.
Non [50] istic obliquo oculo mea commoda quisquam
[51] Limat; non odio obscuro, [52] morsuque venenat.

28 Injiciunt.

29 *Hæc verba sunt Horatii exprimentis querelas villici, propter agri sterilitatem.* 30 Iste ager Sabinus. 31 Ocius quam vinum, id est, numquam feret vinum iste ager. 32 Vinum suppeditare. 33 Ad cujus strepitum in cithara, vel tibia, tu saltes inscienter, et non levi pede.

34 *Est enumeratio operum villici, talia opera invite facientis.* 35 Arva colis. 36 Non culta. 37 Bovem ab altero separatum, et otiosum pascis. 38 Collectis frondibus saturas.

39 Rivus negotium tibi pigro exhibet. 40 Multis molibus, scilicet, saxis, fossis, aggeribus avertendus, ut prato parcat, id est, ut prato non noceat.

41 Quid nostram concordiam dissolvat.

42 Me, quem tenues togæ in juventute ornaverunt, etc. 43 Capilli unguento delibuti. 44 Sine muneribus. 45 Avaræ amicæ, quales sunt meretrices. 46 Me, quem scis fuisse bibacem Falerni, etc. 47 Nunc me cœna brevis juvat. 48 Non pudet genio indulsisse, Venerique operam dedisse. 49 Sed pudet non abrumpere vitam intemperatam et libidinosam.

50 Non rure. 51 Maligno oculo atterit. 52 Obtrectatione, vel maledicentia.

[53] Rident vicini glebas, et saxa moventem.
[54] Cum servis urbana [55] diaria rodere mavis;
[56] Horum tu in numerum [57] voto ruis. Invidet usum
Lignorum et pecoris tibi [58] calo argutus, et horti.
Optat [59] ephippia bos piger, optat arare caballus.
Quam scit uterque, libens, [60] censebo, exerceat artem.

53 Vicini gaudent, et rident me, etc. 54 At tu contra rusticus, mavis cum servis urbanis. 55 Rodere diaria, id est, tenuiter vivere. 56 Scilicet servorum. 57 Exoptas inter servos urbanos referri.

58 Servus versipellis (qui ex urbe it lignatum foras) invidet tuæ felicitati in usu lignorum, in usu etiam pecoris et horti, quibus omnibus abundas.

59 Equorum ornamenta vel sellas equis ad insidendum impositas. Proverbium convenit in eos qui sui muneris functionem fastidientes, alienam, ad quam sunt inepti, exoptant.

60 Judicabo ut uterque libens exerceat artem quam nôrit; ut tu rura colas agros, ut ille calo, tibi invidens, maneat in urbe.

AD C. NUMONIUM VALAM. EPIST. XV.

Veliam vel Salernum valetudinis causa profecturus, quœrit quœ sit utriusque regionis natura, quœ rerum copia ad laute vivendum.

[1] QUÆ sit hyems Veliæ, quod cœlum, Vala, [2] Salerni,
[3] Quorum hominum regio, et qualis via: (nam mihi Baïas
[4] Musa supervacuas Antonius; et tamen [5] illis
[6] Me facit invisum, gelida cum perluor unda

1 Hic longum est Hyperbaton usque ad versum XXIV; ut sit Ordo: Par est te scribere nobis, ac nos tibi credere, quæ hyems sit Veliæ, id est, quæ aëris qualitas in hyeme, etc. 2 Velia et Salernum sunt oppida in Lucania. 3 Quibus moribus ibi sunt homines.

4 Antonius Musa (Augusti medicus clarissimus) dicit aquas calidas Baïanas ad valetudinem meam non esse utiles. 5 Baiis. 6 Me odiosum reddit: nam Baïæ mihi quodammodo sunt iratæ, quod illarum aquis à me relictis, frigidis aquis jam utar per frigus brumale.

Per medium frigus : Sane [7] myrteta relinqui,
[8] Dictaque cessantem nervis elidere morbum
[9] Sulfura contemni, [10] vicus gemit, [11] invidus ægris
Qui caput et stomachum supponere fontibus audent
[12] Clusinis, [13] Gabiosque petunt, et frigida rura :
[14] Mutandus locus est, et diversoria [15] nota
Præteragendus equus : [16] Quo tendis? non mihi Cumas
Est iter, aut Baïas, læva [17] stomachosus habena
Dicet eques ; [18] sed equis frænato est auris in ore :)
[19] Major utrum [20] populum frumenti copia pascat;
[21] Collectosne bibant imbres, [22] puteosne perennes
Jugis aquæ : [23] (nam vina nihil moror illius oræ;
[24] Rure meo possum [25] quidvis perferre, patique;
[26] Ad mare cum veni, [27] generosum et lene requiro,
Quod curas abigat; quod cum spe divite [28] manet
In venas [29] animumque meum; quod verba ministret;
Quod me Lucanæ juvenem [30] commendet amicæ :)
[31] Tractus uter plures lepores, uter educet apros;

7 Loca myrtis consita apud Baïas aquis sulfureis abundantia. 8 Quæ dicuntur è nervis depellere morbum articularem. 9 Aquas sulfuratas. 10 Vicus Baïanus moleste fert. 11 AEgris odiosus. 12 Aquis frigidis in Etruria, sic nominatis à Clusio Etruriæ oppido. 13 Volscorum urbem.

14 Ut medici consilio assentiar, alium locum quam Baïanum me petere oportet. 15 Nota vel mihi, vel equo.

16 Verba sunt Horatii, aut cujusvis alius, ad equum suum. 17 Iracundus. 18 Quid stomacharis? Equi non aure, sed ore in quo inest frænum, sentiunt quo sit eundum.

19 Repete versum xxv. *Par est te scribere utrum, etc.* 20 In Velia, vel Salerno. 21 Collectos in cisternis.

22 Aquas fontanas jugiter promanantes. 23 Vina aquosa, quæ in Velia et Salerno nascuntur, non desidero.

24 Cum rure sum. 25 Quemvis cibum ac potionem. 26 Cum veni in Campaniam, aut Lucaniam prope mare. 27 Nobile vinum. 28 Dimanet. 29 *Vinum spiritus concalefaciens animi motus excitat.* 30 Quod mihi vires præstet ad Venerem.

31 Repete versum xxv. *Par est te scribere, uter tractus*, id est, utra regio Velina, an Salernina educet,

Utra magis pisces et [32] echinos æquora celent;
Pinguis ut inde domum possim, [33] Phæaxque reverti:
Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.
Mænius, [34] ut rebus maternis, atque paternis
[35] Fortiter absumptis, [36] urbanus cœpit haberi
[37] Scurra vagus, non qui certum [38] præsepe teneret,
[39] Impransus non qui civem dignosceret [40] hoste,
Quælibet in quemvis opprobria fingere [41] sævus,
Pernicies, et tempestas, [42] barathrumque macelli,
[43] Quidquid quæsierat, ventri donabat [44] avaro.
[45] Hic ubi nequitiæ fautoribus, et timidis nil,
Aut paulum abstulerat, patinas cœnabat [46] omasi
Vilis, et [47] agninæ, tribus ursis quod satis esset;
[48] Scilicet ut ventres [49] lamna candente [50] nepotum
Diceret urendos corrector Bestius. Idem,
Quidquid erat nactus prædæ majoris, ubi omne
[51] Verterat in fumum et cinerem: non hercule miror,

id est, nutriat plures lepores, etc. 32 Echinos marinos. 33 Nitidus, splendidusque, quales erant Phæaces, populi luxuriosi et voluptuarii.

34 Postquam. 35 Profuse. 36 Facetus, ad divitum mensas risum movens. 37 Qui per totam urbem vagaretur, modo hujus, modo illius divitis mensam consectans. 38 Domum statam aut mensam. 39 Qui existens famelicus, in omnes erat æque maledicus. 40 A perduelle, vel peregrino. 41 In confingendis in quemvis criminibus. Alii legunt, certus, id est, promptus vel paratus fingere. 42 Devorator. Est enim barathrum profunda vorago. 43 Quidquid lucri fecerat. 44 Ventri multa cupienti. 45 Mænius cum à nequitiæ fautoribus, id est, luxuriosis parum, et à timidis, id est, avaris, nihil auferret. 46 Cibi plebeii et vilissimi. 47 Supple carnis. 48 Scilicet, tanquam alter Bestius corrector diceret, etc.: ille Bestius erat forte homo sua morum severitate notus, vel vera, vel simulata. Baxterus legit: *Correptus Bestius*. Cornelius Bestius apud Plutarch. pupillum suum, ob spem auri, obtruncavit. Alii legunt: *Correctus. Mænius idem*, etc.

49 Lamina, id est, ferro candefacto, genere cruciatus. 50 Luxuriosorum. 51 Postquam omnia consumpserat.

Aiebat, [52] si qui comedunt bona, cum sit obeso
Nil melius turdo, [53] nil vulva pulchrius ampla.
[54] Nimirum hic ego sum; nam tuta et parvula laudo,
Cum res deficiunt, [55] satis inter vilia fortis:
Verum, ubi quid melius contingit, et [56] unctius, [57] idem
[58] Vos sapere, et solos aio [59] bene vivere, quorum
Conspicitur [60] nitidis fundata pecunia villis.

52 Si qui bona sua prodige consumunt. 53 Nil delicatius vulva ejectitia suis primiparæ. 54 Talis ego sum, inquit Horatius, cum multa non suppetunt, contentus sum paucis, etiam non optimis. 55 Satis fortiter vilibus cibis famem explens. 56 Sumptuosius. 57 Idem ego aio. 58 Vos esse vere sapientes. 59 Beate vivere.

60 In fructuosis villis, agris, pascuis, non in rebus, quarum quæstus est incertus.

AD QUINTIUM. Epist. XVI.

Quintium monet ut vir bonus esse quam audire malit: quis vir sit bonus, fuse docet.

[1] Ne perconteris, fundus meus, optime Quinti,
[2] Arvo pascat herum, an baccis [3] opulentet olivæ;
Pomisne, an pratis, [4] an amicta vitibus ulmo;
Scribetur tibi [5] forma loquaciter, et situs agri.
[6] Continui montes, nisi dissocientur opaca
Valle; [7] sed ut veniens dextrum latus aspiciat sol;
Lævum decedens curru fugiente vaporet.
[8] Temperiem laudes. Quid si rubicunda [9] benigne
Corna vepres et pruna ferant? si quercus, et ilex

1 Ne forte inquiras. 2 Arvo sativo, id est, segete et frumento. 3 Me divitem faciat. 4 An sit vini ferax. *Ulmus dicitur vitibus maritari.* 5 Forma et situs agri mei scribetur loquaciter, id est, ample. 6 Ager meus sunt montes conjuncti, nisi quod separentur valle interjecta. 7 Ita tamen opaca est vallis, ut sol exoriens aspiciat latus dextrum vallis, occidens vero lævum tepefaciat. 8 Cæli et agri temperiem merito laudaveris. 9 Copiose.

[10] Multa fruge pecus, multa dominum juvet umbra?
[11] Dicas adductum propius frondere Tarentum.
[12] Fons etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec
Frigidior [13] Thracam, nec purior ambiat [14] Hebrus,
Infirmo capiti fluit [15] utilis, utilis alvo.
[16] Hæ latebræ dulces, et jam si credis, amœnæ
Incolumem tibi me præstant [17] Septembribus horis.
Tu recte vivis, si curas esse [18] quod audis.
[19] Jactamus jampridem omnis te Roma beatum:
Sed vereor, [20] ne cui de te plus quam [21] tibi credas;
Neve putes [22] alium sapiente, bonoque beatum;
Neu, si te populus sanum, recteque valentem
Dictitet, occultam febrem [23] sub tempus edendi
Dissimules, [24] donec manibus tremor incidat [25] unctis.
Stultorum incurata pudor [26] malus ulcera celat.
Si quis bella [27] tibi terra pugnata marique
[28] Dicat, et his verbis [29] vacuas permulceat aures:
[30] Tene magis salvum populus velit, an populum tu,
[31] Servet in ambiguo, qui consulit et tibi, et urbi,

10 Multa glande : per *Acyrologiam*.

11 Dicere potes agrum meum tam esse amœnum, quam est Tarentum.

12 Est etiam in agro meo fons tam uber, ut dignus sit appellari fluvius. 13 Thraciam. 14 Hebrus est magnus fluvius in Thracia. 15 Salubris.

16 Agri mei. 17 Autumno, quod tempus anni maxime est insalubre.

18 Quod audis de te, id est, quod diceris esse, nempe si talis sis, qualem te fama testatur.

19 Omnis Roma, id est, omnes nos Romani jactamus te esse beatum.

20 Ne plus credas alicui multa de felicitate tua prædicanti. 21 Quam conscientiæ tuæ. 22 Alium à sapiente, id est, insipientem. 23 Circiter tempus edendi. 24 Donec febris tremore manuum se ipsam prodat. 25 Cibo unctis. 26 Vitiosus pudor, qui vetat facienda.

27 Bella abs te gesta. 28 Enarret. 29 Aures assentationi patentes. 30 *Verba sunt alicujus Augusto assentantis.* 31 Utinam Jupiter servet in ambiguo, ut sit semper incertum, utrum populus te, ô Auguste, velit magis salvum esse, an tu populum.

Jupiter, [32] Augusti laudes agnoscere possis.
Cum pateris [33] sapiens, emendatusque vocari,
[34] Respondesne tuo, dic sodes, nomine? [35] nempe
Vir bonus, et prudens dici delector ego, ac tu.
[36] Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet; ut si
Detulerit [37] fasces indigno, [38] detrahet idem.
[39] Pone, meum est, inquit. Pono, tristisque recedo.
[40] Idem si clamet furem, neget esse pudicum,
[41] Contendat laqueo collum pressisse paternum;
[42] Mordear opprobriis falsis, mutemve colorem?
Falsus honor juvat, et mendax infamia terret,
Quem, nisi mendosum, et [44] medicandum? [45] vir bonus est quis?
[46] Qui consulta patrum, qui leges, juraque servat;
Quo multæ, magnæque [47] secantur judice lites;
[48] Quo res sponsore, et quo causæ teste tenentur.
Sed videt hunc omnis domus, et vicinia tota
Introrsum turpem, [49] speciosum pelle decora.
Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat
Servus: habes pretium, loris non [50] ureris, aio.

32 Ad Augustum, non ad te pertinere.

33 Cum pateris, te sapientem emendatumque vocari. 34 Itane respondes, quasi nominatim eis appellatus?

35 Concedo (inquit Horatius) nos omnes sapientis et boni viri appellatione delectari.

36 Sed populus inconstans; qui etc. 37 Honorem. 38 Ideo populus adimet. 39 Depone honorem, inquit populus.

40 Si idem populus me furem, impudicum, parricidam esse criminetur.

41 Si pertinaciter dicat. 42 Commovearne his falsis criminationibus?

43 Et expallescam? minime vero.

44 *Nos, cum Baxtero et Bentleio legimus* medicandum, *id est, medicamentis egentem, scilicet, præceptis philosophicis imbuendum.*

45 Ex opinione multitudinis. 46 Qui Senatus-consulta servat. Responsio est per ironiam. 47 Finiuntur. 48 Quo sponsore res tenentur, et quo teste, causæ obtinentur.

49 Extrinsecus bonum, virtutis simulatione. 50 Non cæderis.

[51] Non hominem occidi: [52] non pasces in cruce corvos.
[53] Sum bonus, et frugi. Renuit, negat atque [54] Sabellus:
Cautus enim [55] metuit foveam lupus, accipiterque
Suspectos laqueos, et [56] opertum miluus hamum.
Oderunt peccare boni virtutis amore;
[57] Tu nihil admittes in te formidine pœnæ:
[58] Sit spes fallendi, [59] miscebis sacra profanis;
Nam de mille fabæ modiis cum surripis unum;
[60] Damnum est, non facinus, mihi pacto lenius isto.
[61] Vir bonus, omne forum quem spectat, et omne tribunal,
Quandocumque Deos vel porco, vel bove placat;
[62] Jane pater, clare, clare cum dixit, Apollo:
[63] Labra movet metuens audiri: Pulchra [64] Laverna,
[65] Da mihi fallere, da justo, sanctoque videri;
[66] Noctem peccatis, et fraudibus objice nubem.
[67] Quî melior servo, quî liberior sit avarus,
In triviis fixum cum se [68] demittit ob assem,

51 *Servus dicat, non, etc.* 52 Respondet Horatius.

53 Servus loquitur.

54 Horatius in agro suo Sabino existens negat te esse bonum, quod pœna metu, non virtutis amore abstinueris à maleficio.

55 Devitat foveam. 56 Occultum hamum: non desinunt tamen hæ feræ rapaces esse. Sic tu, etc.

57 Tu autem à peccato te abstinebis. 58 Si speres fore, ut lateat maleficium. 59 Bonorum et malorum discrimen tolles. 60 Isto pacto damnum est mihi levius, non facinus admissum, *juxta Stoïcos, qui dicunt omnia peccata esse æqualia.*

61 Non vere, sed opinione vulgi.
62 Postquam hæc clara voce pronuntiavit: ô Jane, etc. 63 Summissa voce loquitur, nolens ea audiri ab assistentibus quæ secum precatur, sic: O pulchra Laverna, etc. 64 Dea furum.

65 Concede, ut mea injusta facta alios lateant. 66 Noctem nubilosam, id est, tenebras et ignorantiam offunde peccatis meis, ne deprehendantur.

67 Qua ratione ille vir bonus sit servo melior, etc. 68 Ad humum se inclinat ob assem in viis à pueris fi-

Non video. Nam qui cupiet, metuet quoque: porro
Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam.
[69] Perdidit arma, [70] locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat et obruitur [71] re.
Vendere cum possis captivum, [72] occidere noli:
Serviet utiliter. [73] Sine pascat durus, aretque;
Naviget, ac mediis hyemet mercator in undis;
[74] Annonæ prosit; portet frumenta, [75] penusque.
[76] Vir bonus, et sapiens audebit dicere: [77] Pentheu,
Rector Thebarum, quid me perferre, patique
Indignum coges? [78] adimam bona. [79] Nempe pecus, rem,
Lectos, argentum: tollas licet. [80] In manicis, et
Compedibus sævo te sub custode tenebo.
[81] Ipse Deus, simul atque volam, me solvet. [82] Opinor,
Hoc sentit; moriar. Mors ultima [83] linea rerum est.

xum, quo prætereuntes illudantur.

69 Quod militi est ignominiosum.

70 Locum non tenuit, quod in re militari est flagitiosissimum. 71 Pecunia.

72 Sed vende. 73 Sine ut pascat gregem, *durus*, id est, laboris perferens. 74 Annonam faciat viliorem, frumenta aliunde importando. 75 Hoc *penus penoris*, significat omne esculentum et potulentum, quo vescuntur homines.

76 Vir revera bonus et sapiens audebit cum Baccho sic alloqui Penthea. 77 O Pentheu rector Thebarum, quid me pati cogis?

78 Est comminatio Penthei.

79 Respondet sapiens hoc modo: at sunt bona fortunæ, quæ mihi adimere minaris, nempe pecus, etc.

80 In duris vinculis, inquit Pentheus, te tenebo.

81 Pater meus Jupiter, inquit Bacchus, statim ubi voluero, me liberabit à vinculis, atque immortalem faciet.

82 Existimo, inquit Poëta, virum bonum hoc sentire, ut potius moriatur, quam turpiter serviat. Nam mors finis omnium malorum.

83 Finis seu extremum. Metaphora ducta vel à Geometris, vel Pictoribus.

AD SCÆVAM. Epist. XVII.

Monet illum qua ratione potentiorum amicitiæ colendæ sint, quarum et magnam utilitatem, et difficilem culturam esse docet.

Quamvis, Scæva, satis [1] per te tibi consulis, et scis
Quo tandem pacto deceat [2] majoribus uti;
Disce, docendus adhuc, quæ censet [3] amiculus: [4] ut si
Cœcus iter monstrare velit; tamen aspice, si quid
Et nos, [5] quod cures proprium fecisse, loquamur.
Si te grata quies, [6] et primam somnus in horam
Delectat; si te pulvis, strepitusque rotarum,
Si lædit caupona, [7] Ferentinum ire jubebo:
Nam neque divitibus contingunt gaudia [8] solis;
Nec vixit male, qui natus, moriensque [9] fefellit.
Si prodesse tuis, [10] pauloque benignius ipsum
Te tractare voles, [11] accedes siccus ad unctum.
[12] Si pranderet olus patienter, regibus uti,
Nollet Aristippus. [13] Si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, [14] qui me notat. Utrius horum
[15] Verba probes et facta, doce; vel junior audi,

1 Quamvis sine alterius consilio tibi sapis. 2 Cum majoribus vivere et versari. 3 Ego Horatius, tuus amicus. 4 Etiamsi cæcus, etc. 5 Quod ejusmodi sit, ut velis in rem tuam vertere.

6 Somnus usque ad solis ortum, id est, si te vita tranquilla delectet. 7 Oppidum Hernicorum incelebre.

8 Habent enim pauperes suas etiam voluptates. 9 Qui adeo obscure vixit, ut ab hominibus ignoraretur.

10 Paulo liberalius. 11 Tu pauper et sobrius accedes ad divitem unguento delibutum, cujus guttur etiam condimentis est inunctum.

12 Hoc est dictum Diogenis in Aristippum.

13 Est hoc Aristippi responsum ad Diogenem. 14 Nempe Diogenes.

15 Utrius dicta laudes.

Cur sit Aristippi potior sententia. Namque
[16] Mordacem Cynicum sic eludebat, ut aiunt:
[17] Scurror ego ipse mihi, [18] populo tu; rectius hoc, et
[19] Splendidius multo est: equus ut me portet, [20] alat rex,
[21] Officium facio; tu poscis [22] vilia rerum
[23] Dante minor, [24] quamvis fers te nullius egentem.
[25] Omnis Aristippum decuit color, et status, et res,
[26] Tentantem majora, fere præsentibus [27] æquum.
Contra, [28] quem duplici panno patientia velat,
[29] Mirabor, [30] vitæ via si conversa decebit.
[31] Alter purpureum non exspectabit amictum,
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,
Personamque feret [32] non inconcinnus utramque:
[33] Alter Mileti textam [34] cane pejus et angue
Vitabit chlamydem; morietur frigore, si non
Rettuleris pannum. [35] Refer, et sine vivat ineptus.
[36] Res gerere, et captos ostendere civibus hostes,
[37] Attingit solium Jovis, et cœlestia tentat:

16 Diogenem his verbis irridebat.

17 Ego, inquit Aristippus, scurram ago, et regibus risum moveo, sed mihi, id est, in meam utilitatem. 18 Tu scurraris ad populi plausum. 19 Sibi scurrari. 20 Ut rex alat. 21 Officiosum me præbeo. 22 Tu Cynice res viles poscis. Alii hunc versum sic exponunt: *Tu poscis vilia: verum es dante minor, etc.* 23 Tu pauperior es, et inferior eo, qui tibi dat. 24 Quamvis dicis. 25 Omnis vitæ conditio, vel vestitus. 26 Quærentem majora. 27 Præsentibus contentum.

28 Diogenem Cynicum. 29 Mirum mihi erit.

30 Si novum vitæ genus eum decebit.

31 Aristippus. 32 Non indecore utetur utroque vestitu, nunc sordido, nunc ornatiore.

33 Diogenes vestem pretiosam rejiciet ex optima lana factam in Mileto Asiæ insula. 34 Acerrime. *Proverbialiter dictum.* 35 Redde, Aristippe, suum Diogeni pallium, quod tu indueras, purpuream tuam chlamydem ei relinquens, et permitte ut vivat ineptus ad omnem fortunæ habitum.

36 Res magnas et laudabiles, sive domi, sive belli. *Tota oratio ponitur pro casu nominativo.* 37 Proxime accedit ad divinitatem.

[38] Principibus placuisse viris, non ultima laus est.
[39] Non cuivis homini contingit adire Corinthum.
[40] Sedit, qui timuit ne non succederet; esto:
Quid? [41] qui pervenit, fecitne viriliter? atqui
[42] Hic est, aut nusquam, quod quærimus. [43] Hic onus horret,
Ut parvis animis, et parvo corpore majus;
[44] Hic subit et perfert. [45] Aut virtus nomen inane est,
[46] Aut decus, et pretium recte petit experiens vir.
[47] Coram rege suo de paupertate [48] tacentes,
[49] Plus poscente ferent. [50] Distat, sumasne pudenter,
An rapias. [51] Atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
Indotata mihi soror est, paupercula mater,
Et fundus, nec vendibilis, [52] nec pascere firmus,
[53] Qui dicit, clamat: victum date. [54] Succinit alter:
Et mihi dividuo [55] findetur munere quadra.
Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet
Plus dapis, [56] et rixæ multo minus, invidiæque.

38 Ob beneficia in Rempublicam collata.

39 Videte *Chiliades Erasmi.*

40 Quievit, neque tentare voluit. 41 Qui, quod voluit, consecutus est. 42 In hoc, id est, in agendo fortiter, id est, de quo quæritur.

43 Alius, ad Principum amicitiam aspirare non audens, veretur, ne non succedat conatus. 44 Alius, nempe fortis, subit.

45 Secundum Epicureos. 46 Aut honorem et præmium merito petit vir prudens et rerum expertus.

47 Coram amico suo potentiore. 48 Non conquerentes. 49 Plus accipient à potentiore amico quam is qui poscit.

50 Multum interest, utrum cum pudore sumas, an impudenter petendo extorquas. 51 Summa totius rei de qua agimus, est, ut cum ditioribus amicis decenter versemur.

52 Nec firmus me pascere propter frugum proventum incertum. 53 Qui sic queritur, videtur clamare: date alimentum.

54 Alter cliens succlamat. 55 Communicetur inter nos quadra, id est, quarta pars panis, munere diviso, id est, quod divisionem admittit.

56 Cum cæteris avibus.

[57] Brundusium [58] comes, aut [59] Surrentum ductus amœnum,
Qui queritur [60] salebras, et acerbum frigus, et imbres,
Aut cistam effractam, et [61] subducta viatica plorat,
[62] Nota refert meretricis acumina, sæpe [63] catellam,
Sæpe [64] periscelidem raptam sibi [65] flentis; uti mox
Nulla fides damnis, verisque doloribus [66] adsit:
Nec semel irrisus triviis [67] attollere curat
Fracto crure [68] planum; licet illi plurima [69] manet
Lacryma; [70] per sanctum juratus dicat Osirim,
Credite, [71] non ludo: crudeles [72] tollite claudum.
[73] Quære peregrinum; vicinia rauca reclamat.

57 Oppidum in Calabria. 58 Comes in itinere. 59 Oppidum in Campania. 60 Viæ asperitatem. 61 Viatica furtim ablata. 62 Imitatur astutias meretricis. 63 Monile muliebre. Est diminutivum à catena. 64 Cruris vinculum.
65 Ereptum sibi conquerentis.
66 Adhibeatur.
67 Erigere in pedes. 68 Impostorem, qui in trivio sibi crus fractum esse mentiebatur. 69 Emanet, id est, quamvis ille planus affatim lacrymetur.
70 Quamvis per Osirim Ægyptiorum Deum juret. 71 Non jocor.
72 O crudeles erigite me claudum.
73 Vicini multo clamore rauci reclamant illi plano. Quære peregrinum aliquem, qui fraudes tuas non nôrit; nam nos fallacias tuas habemus cognitas.

AD LOLLIUM. EPIST. XVIII.

Quomodo colenda sit, maxime virorum principum, amicitia.

Si bene te novi, [1] metues, liberrime Lolli,
[2] Scurrantis speciem præbere, [3] professus amicum.
Ut matrona meretrici dispar erit, atque

1 Cavebis. 2 Hominis pabuli causa, turpiter adulantis. 3 Cum decreveris esse amicus.

[38] Principibus placuisse viris, non ultima laus est.
[39] Non cuivis homini contingit adire Corinthum.
[40] Sedit, qui timuit ne non succederet; esto:
Quid? [41] qui pervenit, fecitne viriliter? atqui
[42] Hic est, aut nusquam, quod quærimus. [43] Hic onus horret,
Ut parvis animis, et parvo corpore majus;
[44] Hic subit et perfert. [45] Aut virtus nomen inane est,
[46] Aut decus, et pretium recte petit experiens vir.
[47] Coram rege suo de paupertate [48] tacentes,
[49] Plus poscente ferent. [50] Distat, sumasne pudenter,
An rapias. [51] Atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
Indotata mihi soror est, paupercula mater,
Et fundus, nec vendibilis, [52] nec pascere firmus,
[53] Qui dicit, clamat: victum date. [54] Succinit alter:
Et mihi dividuo [55] findetur munere quadra.
Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet
Plus dapis, [56] et rixæ multo minus, invidiæque.

38 Ob beneficia in Rempublicam collata.

39 Videte *Chiliades Erasmi.*

40 Quievit, neque tentare voluit.
41 Qui, quod voluit, consecutus est.
42 In hoc, id est, in agendo fortiter, id est, de quo quæritur.

43 Alius, ad Principum amicitiam aspirare non audens, veretur, ne non succedat conatus. 44 Alius, nempe fortis, subit.

45 Secundum Epicureos. 46 Aut honorem et præmium merito petit vir prudens et rerum expertus.

47 Coram amico suo potentiore.
48 Non conquerentes. 49 Plus accipient à potentiore amico quam is qui poscit.

50 Multum interest, utrum cum pudore sumas, an impudenter petendo extorquas. 51 Summa totius rei de qua agimus, est, ut cum ditioribus amicis decenter versemur.

52 Nec firmus me pascere propter frugum proventum incertum. 53 Qui sic queritur, videtur clamare: date alimentum.

54 Alter cliens succlamat. 55 Communicetur inter nos quadra, id est, quarta pars panis, munere diviso, id est, quod divisionem admittit.

56 Cum cæteris avibus.

[57] Brundusium [58] comes, aut [59] Surrentum ductus
amœnum,
Qui queritur [60] salebras, et acerbum frigus, et imbres,
Aut cistam effractam, et [61] subducta viatica plorat,
[62] Nota refert meretricis acumina, sæpe [63] catellam,
Sæpe [64] periscelidem raptam sibi [65] flentis; uti mox
Nulla fides damnis, verisque doloribus [66] adsit:
Nec semel irrisus triviis [67] attollere curat
Fracto crure [68] planum; licet illi plurima [69] manet
Lacryma; [70] per sanctum juratus dicat Osirim,
Credite, [71] non ludo: crudeles [72] tollite claudum.
[73] Quære peregrinum; vicinia rauca reclamat.

57 Oppidum in Calabria. 58 Comes in itinere. 59 Oppidum in Campania. 60 Viæ asperitatem. 61 Viatica furtim ablata. 62 Imitatur astutias meretricis. 63 Monile muliebre. Est diminutivum à catena. 64 Cruris vinculum. 65 Ereptum sibi conquerentis. 66 Adhibeatur. 67 Erigere in pedes. 68 Impostorem, qui in trivio sibi crus fractum esse mentiebatur. 69 Emanet, id est, quamvis ille planus affatim lacrymetur. 70 Quamvis per Osirim AEgyptiorum Deum juret. 71 Non jocor. 72 O crudeles erigite me claudum. 73 Vicini multo clamore rauci reclamant illi plano. Quære peregrinum aliquem, qui fraudes tuas non nôrit; nam nos fallacias tuas habemus cognitas.

AD LOLLIUM. EPIST. XVIII.

Quomodo colenda sit, maxime virorum principum, amicitia.

Si bene te novi, [1] metues, liberrime Lolli,
[2] Scurrantis speciem præbere, [3] professus amicum.
Ut matrona meretrici dispar erit, atque

1 Cavebis. 2 Hominis pabuli causa, turpiter adulantis. 3 Cum decreveris esse amicus.

4 Discolor, 5 infido scurræ distabit amicus.
Est huic diversum vitio vitium prope majus,
6 Asperitas agrestis, et 7 inconcinna, gravisque,
Quæ se commendat, 8 tonsa cute, dentibus atris,
9 Dum vult libertas dici mera, veraque virtus.
Virtus est medium vitiorum, et 10 utrimque reductum.
11 Alter in obsequium plus æquo pronus, et imi
12 Derisor lecti, sic nutum divitis 13 horret,
14 Sic iterat voces, et verba 15 cadentia tollit;
Ut puerum sævo credas dictata magistro
16 Reddere, 17 vel partes mimum tractare secundas:
18 Alter rixatur de lana sæpe caprina;
19 Propugnat nugis armatus: scilicet, 20 ut non
Sit mihi prima fides, et vere quod placet, 21 ut non
Acriter elatrem, 22 pretium ætas altera sordet.
23 Ambigitur quid enim? 24 Castor sciat an Docilis plus:

4 Dissimilis vultu, vestitu, et gestu. 5 Sic amicus distabit à scurra infideli.

6 Fera quædam duritia. 7 Insuavis.

8 Hirsuto corporis squallore. Nam quæ tondentur, pilosa sunt et hirsuta, *vel* tonsa cute, id est, radendo amicum usque ad cutem, scilicet eum duriter castigando, idque atris dentibus, id est, agresti mordacitate.

9 Dum illa asperitas vult nominari libertas.

10 Ab utroque extremo, id est, excessu et defectu remotum.

11 Blandiens scurra. 12 Qui se deridet, et ejusdem ordinis homines in infima parte lecti accumbentes. Nam scurræ sua omnia extenuant, atque seipsos deridere solent. 13 Horrere se fingit. 14 Sic repetit voces divitis, quasi admirans. 15 Verba ex ore divitis inconsiderate excidentia, pro mirandis, quasi de terra tollit. 16 Singulatim. 17 Ut credas histrionem secundas partes Comœdiæ agere cum voce submissiore, vultuque humiliore, quam qui agit primas.

18 Agrestis reprehensor. 19 Pugnat pro nugis, id est, defendit nugas, tanquam homo armatus. 20 Ut non mihi indubitata fides habeatur, inquit agrestis. 21 Ut non libere dicam, et acriter defendam. 22 Si pretii loco altera vita, vel ætas longior mihi detur, certe contemnam. 23 Qua de re controvertitur? scilicet de nugis.

24 Utrum Castor gladiator, an Do-

[25] Brundusium Minucî melius via ducat, an Appî.
[26] Quem damnosa Venus, quem præceps alea [27] nudat,
Gloria quem [28] supra vires et vestit, et [29] ungit,
Quem tenet argenti sitis importuna, famesque,
[30] Quem paupertatis pudor, et fuga; dives amicus,
Sæpe [31] decem vitiis instructior, odit et horret:
Aut, si non odit, [32] regit; ac, veluti pia mater,
Plus quam se sapere, et virtutibus esse [33] priorem
Vult; et ait [34] prope vera: meæ (contendere noli)
Stultitiam patiuntur [35] opes: tibi parvula res est.
[36] Arcta decet sanum comitem toga: desine mecum
Certare. [37] Eutrapelus, cuicumque nocere volebat,
Vestimenta dabat pretiosa. [38] Beatus enim jam
Cum pulchris tunicis sumet nova consilia, [39] et spes;
Dormiet in lucem; scorto postponet honestum
Officium; [40] nummos alienos pascet; [41] ad imum
[42] Thrax erit, aut olitoris [43] aget mercede caballum.
[44] Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam,

cilis sit scientior. 25 Contentio est, utrum via Numicia an Appia melius ducat Brundusium.

26 Ordo est: dives amicus multo vitiosior, quam amicus minor, odit eum, quem damnosa libido, etc. 27 Depauperat. 28 Supra quam facultates ferant. 29 Unguento sumptuosiore. 30 Qui omne officium præstat diviti pudore paupertatis, ut eam fugiat. 31 Multis vitiis. 32 Moderatur, reprehendit, et vult emendare, cum sit ipse pejor.

33 Meliorem esse, quam se. 34 Veris propinqua. 33 Opes, quibus stultitiam meam compenso, quando stulte ago.

36 Non ampla toga decet comitem iter facientem, est enim molesta: sic multæ opes viro bono sunt impedimento. 37 Homo facetus et adeo callidus, ut sciret stultorum animos cum habitu mutare.

38 Dives factus fortuna sua jam mutata. 39 Et meliora sperabit. 40 Nummos fœnore augebit. 41 Postremo. 42 Efficitur gladiator, urgente rerum inopia. 43 Circumducet.

44 Horatius dat Lollio præcepta, quibus in amicitia, et vita communi

[45] Commissumque teges, [46] et vino tortus et ira.
Nec tua laudabis studia, aut aliena reprêndes;
Nec, cum venari volet [47] ille, poëmata panges.
[48] Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atque
Zethi dissiluit; [49] donec suspecta severo
Conticuit lyra. [50] Fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion; tu cede potentis amici
Lenibus imperiis; quotiesque educet in agros
[51] Ætolis onerata plagis jumenta, canesque;
Surge, [52] et inhumanæ senium depone Camœnæ,
Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta,
[53] Romanis solemne viris opus, [54] utile famæ,
[55] Vitæque, et membris; præsertim cum valeas, et
Vel cursu superare canem, vel viribus aprum
Possis. Adde, virilia quod [56] speciosius arma
Non est qui tractet. Scis [57] quo clamore coronæ
[58] Prælia sustineas campestria: denique sævam
Militiam [59] puer, et Cantabrica bella tulisti,
[60] Sub duce qui templis Parthorum [61] signa refigit;
Et nunc, si quid abest, Italis [62] adjudicat armis.

est opus. 45 Tuæ fidei creditum. 46 Et ebrius et iratus.

47 Ille superior amicus. 48 Sic amicitia duorum fratrum est dissoluta, propter studiorum diversitatem.

49 Donec lyra Amphionis, Zetho odiosa, desiit sonare.

50 Moribus rusticis. 51 Retibus optimis, qualia habuerunt in venatione apri Calydoniæ, quæ urbs est in Ætolia. 52 Et depone senilem tuæ Camœnæ insuavitatem, quæ venatoribus videtur esse aspera et inhumana. 53 Venari opus est usitatum Romanis.

54 Famæ utile, quia inde apparent signa fortitudinis. 55 Utile vitæ, quia exercitatio conservat corporis valetudinem. 56 Decentius, quam tu, ô Lolli.

57 Quo applausu populi circumstantis. 58 Ludicra certamina perferas in campo Martio. 59 In tenera ætate.

60 Sub Augusto. Vide Od. xv lib. iv. 61 Signa quæ Crassus amiserat. 62 Adjungit populo Romano.

Ac, [63] ne te retrahas, et inexcusabilis absis,
Quamvis nil [64] extra numerum fecisse modumque
Curas, [65] interdum nugaris rure paterno:
[66] Partitur lintres exercitus; [67] Actia pugna,
Te duce, per pueros hostili more [68] refertur;
[69] Adversarius est frater; [70] lacus, Hadria; donec
[71] Alterutrum velox victoria [72] fronde coronet.
Consentire suis studiis [73] qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit [74] pollice ludum.
[75] Protinus ut moneam (si quid monitoris eges tu)
Quid de quoque viro, et cui dicas, sæpe videto.
[76] Percontatorem fugito; [77] nam garrulus idem est,
Nec retinent patulæ commissa fideliter [78] aures,
Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
[79] Non ancilla tuum jecur ulceret ulla, puerve,
[80] Intra marmoreum venerandi limen amici;
Ne dominus pueri pulchri, caræve puellæ
[81] Munere te parvo beet, [82] aut incommodus angat.
Qualem commendes, etiam atque etiam aspice, ne mox

63 Noli te nimis longe retrahere, aut abesse, sine justa excusatione.

64 Inepte. Metaphora ducta à saltatoribus. 65 Tamen interdum ludis et nugas agis in villa patris tui.

66 Exercitus dividit naviculas inter se. 67 Pugna commissa apud Actium, promontorium Epiri, inter Augustum et Antonium. 68 Repræsentatur, ut ejus memoria gratum faceret Augusto.

69 Est in loco adversarii ducis. 70 Lacus in fundo patris tui, simulat mare Hadriaticum, in quo navale prælium gestum est inter Augustum et Antonium. 71 Te, aut fratrem. 72 Laurea.

73 Augustus. 74 Utraque manu, id est, summopere comprobabit.

75 Deinceps.

76 Percontatorem tuorum secretorum. 77 Quia secreta eadem libidine prodit, qua audit. 78 Aures percontatoris.

79 Vide ne ames puerum, puellamve divitis amici. 80 In domo magnifica.

81 Dans tibi quod amas parvi pretii.

82 Denegans tibi puerum, vel puellam à te amatam.

Incutiant aliena tibi peccata [83] pudorem.
Fallimur, [84] et quondam non dignum tradimus; ergo
Quem sua culpa premet, [85] deceptus omitte tueri:
Ut penitus notum [86] si tentent crimina, serves,
Tuterisque tuo fidentem præsidio; qui
[87] Dente Theonino cum circumroditur, ecquid
Ad te post paulo ventura pericula sentis?
[88] Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet;
Et neglecta solent incendia sumere vires.
Dulcis inexpertis [89] cultura potentis amici:
[90] Expertus metuit. Tu, dum tua navis in alto est,
[91] Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
[92] Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi;
[93] Sedatum celeres, [94] agilem, gnavumque remissi:
Potores bibuli media de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula, quamvis
Nocturnos jures te formidare [95] vapores.
[96] Deme supercilio nubem: plerumque modestus
[97] Occupat obscuri speciem, taciturnus [98] acerbi.
Inter cuncta [99] leges et percontabere doctos,

83 Verecundiam.

84 Et aliquando indignum alteri commendamus. 85 Tua spe falsus, noli eum tueri quem commendâsti, quemadmodum defenderes penitus tibi notum. 86 Si malevoli falso eum culpent, serves, id est, servare debes eumque tutari. 87 Invidis detrectatoribus. *Fuit Theon Poëta maledicentissimus.*

88 Res tua in periculo versatur.

89 Cultus et observantia. 90 Qui periculum fecit, metuit.

91 In hac re studium tuum pone, ne ob levem offensionem potentis amici amicitiam amittas; nam divites, ut aura, sunt mutabiles. 92 Morum similitudo necessaria est in amicitia.

93 Tardum.

94 Hominem ad agendum promptum et strenuum oderunt ignavi.

95 Vapores vini. 96 Aufer à vultu tristitiam. 97 Obtinet speciem hominis tecti. 98 Hominis inhumani.

99 Leges Philosophorum libros, etc.

Qua ratione queas traducere [1] leniter ævum;
Ne te semper [2] inops agitet, vexetque cupido,
Ne pavor, et [3] rerum mediocriter utilium spes:
[4] Virtutem doctrina paret, naturane donet;
Quid minuat curas, [5] quid te tibi reddat amicum;
[6] Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum;
[7] An secretum iter, et [8] fallentis semita vitæ.
Me quoties [9] reficit gelidus [10] Digentia rivus,
Quem [11] Mandela bibit, rugosus frigore pagus;
Quid sentire putas? quid credis, amice, [12] precari?
[13] Sit mihi, quod nunc est, etiam minus; [14] ut mihi vivam
Quod superest ævi, si quid superesse volunt Dî:
[15] Sit bona librorum, et provisæ frugis in annum
Copia, [16] ne fluitem dubiæ spe pendulus horæ.
Hæc satis est orare Jovem, qui donat et aufert:
[17] Det vitam, det opes: [18] æquum mî animum ipse parabo.

1 Sine molestia. 2 Cupiditas semper egens. 3 Quales sunt non necessariæ divitiæ.

4 Percontabere doctos, utrum virtus doctrina constet, an natura. 5 Quid faciat te jucunde vivere. 6 Quid vere animum tranquillum reddat. 7 An obscurum vitæ genus. 8 Vitæ latentis.

9 Animum relaxat. 10 Digentia rivus est per agrum Horatii fluens. 11 Mandela est pagus in Sabinis, cujus incolæ frigore contracti aquam Digentiæ bibunt. 12 Me optare. 13 Ut servem, quod nunc habeo. Hunc versum et quatuor sequentes cum Bentleio sic lego:

Sit mihi quod nunc est; etiam minus: *et* mihi vivam
Quod superest ævi, si quid superesse volunt Dî:
Sit bona librorum et provisæ frugis in annum
Copia: *neu* fluitem dubiæ spe pendulus horæ.
Sed satis est orare Jovem, *quæ ponit* et aufert.

14 Ut vivam meo, non potentiorum arbitratu. 15 Ut sit. 16 Ut ne semper incertus sim pendens à rebus speratis.

17 Ut vitam largiatur et bona externa. 18 Animum æquabilem et præsentibus contentum ipse mihi parabo.

AD MÆCENATEM. EPIST. XIX.

Poëtas eo carpit, quod aliorum pravi esse imitatores gestiant: cur sua carmina non adeo quibusdam placeant, docet.

[1] PRISCO si credis, Mæcenas docte, Cratino,
Nulla placere diu, [2] nec vivere carmina possunt,
Quæ scribuntur [3] aquæ potoribus. [4] Ut male sanos
Adscripsit Liber Satyris, Faunisque Poëtas,
[5] Vina fere dulces oluerunt mane Camœnæ.
[6] Laudibus arguitur vini vinosus Homerus:
Ennius ipse [7] pater nunquam, nisi potus, ad arma
Prosiluit dicenda. [8] Forum, putealque Libonis
[9] Mandabo siccis, [10] adimam cantare severis.
[11] Hoc simul edixit, non cessavere Poëtæ
[12] Nocturno certare mero, [13] putere diurno.
Quid? [14] si quis vultu torvo ferus, et [15] pede nudo,
Exiguæque togæ simulet [16] textore Catonem;
Virtutemne repræsentet, moresque Catonis?
[17] Rupit Iarbitam Timagenis æmula lingua,

1 Cratinus priscus Poëta priscam Comœdiam scripsit. 2 Nec annosa fieri. 3 A vinum non bibentibus.

4 Ubi primum Liber retulit in numerum Satyrorum et Faunorum vinosorum poëtas parum sanos, divino furore correptos, et extra se positos.

5 Ipsæ Musæ, etiam mane sobriæ non fuerunt. 6 Homerus convincitur esse vinosus, eo quod crebro vinum laudet.

7 Ennius primus Poëta Latinus. 8 Res forenses et sedem Prætoris à Libone in foro collocatam. 9 Committam sobriis. 10 Adimam cantica et carmina hominibus, qui studia colunt seria.

11 Postquam Ennius hoc clare dixerat. 12 Certatim potare totam noctem. 13 Fœtere vino diurno.

14 Si quis vestem vultumque Catonis imitetur, numquid ille statim virtutibus erit Cato? 15 Cato in publicum sæpe sine calceis prodibat. 16 Cum textore exiguæ togæ. 17 Iarbitam

Dum [18] studet urbanus, tenditque disertus haberi.
Decipit exemplar vitiis [19] imitabile. Quod si
[20] Pallerem casu, biberent exsangue cuminum.
[21] O imitatores, servum pecus, [22] ut mihi sæpe
[23] Bilem, sæpe jocum vestri movere [24] tumultus!
[25] Libera per vacuum posui vestigia [26] princeps;
Non aliena meo pressi pede. Qui sibi fidit
[27] Dux, regit examen. [28] Parios ego primus Iambos
Ostendi Latio, [29] numeros, animosque secutus
Archilochi, non res, et [30] agentia verba Lycamben.
Ac ne me foliis ideo [31] brevioribus ornes,
Quod timui mutare modos, et carminis artem,
[32] Temperat Archilochi musam pede [33] mascula Sappho,
Temperat Alcæus; [34] sed rebus, et ordine dispar,
Nec socerum quærit, [35] quem versibus oblinat atris,
Nec [36] sponsæ laqueum famoso carmine nectit.

ingua Timagenis Rhetoris æmula rupit, id est, dirupit eum nimium clamando. 18 Et dum contendit.

19 Bonum exemplar, in quo aliqua insunt vitia, stultus imitatur in vitiis, virtutibus omissis.

20 Si ego, inquit Horatius, præter solitum pallerem, mei imitatores biberent cuminum, quod eos redderet exangues, id est, pallidos.

21 O potulentos Poëtas, vitiorum potius quam virtutis Poëticæ imitatores, ventri servientes tanquam bestiæ serviles. 22 Quam sæpe. 23 Iracundiam. 24 Vestræ conturbationes.

25 Ego nullius poësim Latinam imitatus sum, sed vestigia in vacuo posui, id est, præcedentem non sum secutus.

26 Primus.

27 Non dubitabit se aliorum ducem profiteri. Metaphora ducta ab apibus. 28 Iambos inventos ab Archilocho, qui fuit ex Paro insula.

29 Secutus metrum et spiritus Archilochi. 30 Verba ad laqueum adigentia. Vide Epod. VI.

31 Ne minore corona, id est, laude, me corones, ô Mæcenas. 32 Metrum Archilochi, quod nos imitamur, versibus Alcæi et Sapphûs temperamus. 33 Sappho fuit animo forti et virili. 34 Sed sententiis et dispositione dissimilis non quæret Lycamben. 35 Quem versibus maledicis dedecoret. 36 Neobulæ Lycambes filiæ, *quæ se quoque post patrem suspendit.*

[37] Hunc ego [38] non alio dictum prius ore, Latinis
[39] Vulgavi fidicen. [40] Juvat immemorata ferentem
[41] Ingenuis oculisque legi, manibusque teneri.
Scire velis, mea cur ingratus opuscula lector
Laudet, ametque domi, [42] premat extra limen iniquus?
[43] Non ego [44] ventosæ plebis suffragia venor,
Impensis cœnarum, et tritæ munere vestis.
Non ego nobilium scriptorum auditor, et [45] ultor,
[46] Grammaticas ambire tribus, et [47] pulpita dignor.
[48] Hinc illæ lacrymæ. [49] Spissis indigna theatris
Scripta pudet recitare, [50] et nugis addere pondus,
Si dixi: [51] rides, ait, et [52] Jovis auribus ista
Servas. [53] Fidis enim manare poëtica mella
Te solum, [54] tibi pulcher. [55] Ad hæc ego naribus uti
Formido, et [56] luctantis acuto ne secer ungui,
[57] Displicet iste locus, clamo; et [58] diludia posco.

37 Hunc Archilochum. 38 Non ab alio ore Latino. 39 Ego imitatus sum existens fidicen, id est, Poëta lyricus.

40 Juvat me proferentem dicta à nullo ex Latinis ante me. 41 Hominum ingenuorum oculis legi.

42 Cur foris vituperet? 43 Ut solent indocti poëtæ. 44 Plebis mobilis et inconstantis.

45 Judex et castigator, *vel*, qui ulciscor eos, mea carmina vicissim recitando. 46 Grammaticorum multitudinem prensare, ut libros meos suis discipulis ediscendos proponant.

47 Unde recitentur à Grammaticis mea carmina.

48 Ex hac causa indignatio apud Grammaticos exoritur. 49 Ordo est: si dixi, pudet me recitare scripta indigna spissis, id est, frequentibus theatris, et addere pondus nugis meis, rides: Horati, ait *aliquis invidus.* 50 Et nugas venditare. 51 Simulatione uteris. 52 Auribus Augusti, Jovis nostri.

53 Confidis te solum edere dulcia carmina. 54 Tuo judicio bonus Poëta: nam suum cuique pulchrum.

55 Ad ea, quæ mihi ab illo dicta sunt, vereor subsannare, id est, vereor irridere quæ dixit. 56 Mecum contendentis. 57 Iste locus, id est, theatrum, in quo carmina mea palam recitentur, mihi displicet. 58 Spatium emendandi carmina exposco. Metaph. ducta à ludorum dilatione, gladiatoribus concessa.

[59] Ludus enim genuit trepidum certamen, et iram;
Ira truces inimicitias, et [60] funebre bellum.

59 Ludus certamen, certamen iram, ira inimicitias, inimicitiæ bellum sæpe genuerunt. *Climax est, seu gradatio.* 60 Lugubre bellum.

AD LIBRUM SUUM. EPIST. XX.

Librum suum in vulgus prodire cupientem, monitis ac mandatis instruit.

[1] VERTUMNUM, Janumque, liber, spectare videris;
Scilicet [2] ut prostes Sosiorum pumice mundus.
[3] Odisti claves, et grata sigilla pudico;
Paucis ostendi [4] gemis, et communia laudas;
[5] Non ita nutritus. Fuge, quo descendere gestis.
Non erit [6] emisso reditus tibi. Quid miser egi?
Quid volui? dices, ubi quis te læserit. Et scis
[7] In breve te cogi, [8] cum plenus languet amator.
[9] Quod si non odio peccantis desipit augur,
Carus eris Romæ, [10] donec te deserat [11] ætas.
Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi
Cœperis, aut [12] tineas pasces [13] taciturnus inertes,

1 Vertumnus et Janus Dii sunt qui præsunt rebus vendentium et ementium, ante quorum templa vel statuas erant loca, in quibus cum cæteris rebus libri etiam venales erant librariorum columnis affixi. 2 Ut palam te venalem offeras librariorum pumice expolitum. 3 Non vis domi contineri, et sub sigillo esse, quod pudicis gratum esse consuevit. 4 Lamentaris. 5 Non in eum finem à me conscriptus, ut egredi periculose, quam tuto malis apud me manere. 6 Postquam fueris emissus.

7 Complicari, et in manibus involvi. 8 Cum lector tui videndi antea cupidus, sit languidus et legendo defessus.

9 Si ego, qui tibi peccanti ut augur futura prænuntio, non desipio odio tui, mihi bene monenti non parentis, etc. 10 Tantisper dum novus eris. 11 Juventa.

12 Tineas quæ te corrodent. 13 Quia

Aut [14] fugies Uticam, aut [15] vinctus mitteris [16] Ilerdam.
Ridebit [17] monitor non exauditus; ut ille,
Qui [18] male parentem in rupes detrusit asellum
Iratus. Quis enim invitum servare laboret?
[19] Hoc quoque te manet, ut pueros [20] elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba senectus.
[21] Cum tibi Sol tepidus plures admoverit [22] aures,
Me libertino natum patre, et [23] in tenui re
[24] Majores pennas nido extendisse loqueris;
Ut, quantum [25] generi demas, virtutibus addas:
Me [26] primis Urbis belli placuisse domique,
Corporis exigui, [27] præcanum, [28] solibus aptum,
[29] Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.
Forte meum si quis te percontabitur [30] ævum,
Me [31] quater undenos sciat implevisse Decembres,
Collegam Lepidum quo duxit Lollius [32] anno.

non legeris. 14 Exulabis. Est Utica urbs in Africa. 15 Fient ex te litterarum integumenta. Solebant veteres alia charta suas epistolas operire. 16 Ilerdam Hispaniæ civitatem, nunc Lerida.

17 Ego, qui te præmonui, ridebo. 18 Sibi non obtemperantem.

19 Hoc tibi eventurum est. 20 Litteras.

21 Hora diei tertia aut quarta, quo tempore ludimagistri dictata pueris præbere consueverunt. 22 Auditores. 23 In parva hæreditate, vel angusta re familiari. 24 Humilitatem generis mei illustrâsse. Allegoria ducta ab avium pullis. 25 Natalibus.

26 Romæ primatibus, Augusto, Mæcenati, Pollioni, etc. 27 Canum ante tempus. 28 Sole gaudentem. 29 Iracundum, ita tamen ut sim facile placandus.

30 AEtatem meam. 31 Annos quatuor et quadraginta. 32 Eo anno, quo Lollius consul sortitus est Lepidum collegam suum in Consulatu.

Q. HORATII FLACCI

EPISTOLARUM

LIBER SECUNDUS.

AD AUGUSTUM. Epist. I.

Augustum laudat, et de poësi varie disserit.

Cum tot sustineas, et tanta negotia [1] solus,
[2] Res Italas armis tuteris, [3] moribus ornes,
[4] Legibus emendes; [5] in publica commoda peccem,
Si longo sermone [6] morer tua tempora, Cæsar.
Romulus, et [7] Liber pater, et cum Castore Pollux,
[8] Post ingentia facta, Deorum in templa recepti,
[9] Dum terras, hominumque colunt genus, aspera bella
[10] Componunt, [11] agros assignant, oppida condunt;
[12] Ploravere suis [13] non respondere favorem
Speratum meritis. Diram [14] qui contudit hydram,
Notaque fatali portenta labore subegit,
[15] Comperit invidiam [16] supremo fine domari.
[17] Urit enim fulgore suo, qui prægravat artes

1 Optimus princeps, cujus subsequitur elegans descriptio, solus sustinet negotia, sed non solus consultat. 2 Imperium et dignitatem Romanam. 3 Recta disciplina, quæ bonos mores inducit. 4 Metu pœnæ, quæ ex legibus infertur. 5 In Reipublicæ utilitatem delinquam. 6 Si tardem.

7 Bacchus, *qui animum curis liberat.* 8 Post res fortissime gestas, id est, post finem vitæ, in cœlos recepti. 9 Dum vivunt. 10 Dum bella finiunt. 11 Dum suum cuique assignant.

12 Questi sunt. 13 Favorem non esse meritis suis parem.

14 Hercules. 15 Cognovit. 16 Ipsa morte.

17 Ille homines sua virtute accendit

Infra se positas; [18] extinctus amabitur idem.
[19] Præsenti tibi [20] maturos largimur honores,
[21] Jurandasque tuum per nomen ponimus aras,
[22] Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hoc populus sapiens, et [23] justus in uno,
Te nostris ducibus, [24] te Graiis anteferendo,
[25] Cœtera nequaquam simili ratione, modoque
Æstimat; et, [26] nisi quæ terris semota, [27] suisque
Temporibus defuncta videt, [28] fastidit et odit.
[29] Sic fautor veterum, ut [30] tabulas peccare vetantes,
[31] Quas bis quinque viri sanxerunt, [32] fœdera regum
Vel Gabiis, vel cum rigidis æquata Sabinis,
[33] Pontificum libros, [34] annosa volumina vatum,
Dictitet Albano [35] Musas in monte locutas.
[36] Si, quia Graiorum sunt antiquissima quæque
Scripta, vel optima, Romani pensantur eadem
Scriptores trutina; non est [37] quod multa loquamur:

ad invidiam, qui artifices se inferiores sua excellentia quodammodo opprimit. 18 Mortuus idem amabitur. 19 Tibi vero viventi. 20 Tempestivos Deorum honores, ante tuam mortem. 21 Ponimus aras, ad quas per nomen tuum juraturi sumus. Bentl. præfert: *per tuum numen*. 22 Nullum talem, qualis es tu.

23 Justus est in hac una re æstimator. 24 Te Græcis præponendo. 25 De cæteris rebus non recte judicat; nam veteres Poëtas ob solam vetustatem novis anteponit. 26 Nisi à terris abstracta, id est, Poëtas mortuos. 27 Quæ præterierunt. 28 Aspernatur.

29 Ita favens veterum scriptis, ut dictitet Albano, etc. 30 Leges XII tabularum. 31 Quas Decemviri confirmàrunt. 32 Fœdera regum Romanorum cum Gabiis aut severis Sabinis icta, et èx æquo composita. 33 Jus pontificale de sacrificiis. 34 Antiqua vatum prædicta. 35 A Musarum ore fluxisse.

36 Ordo est: si quia scripta Græcorum antiquissima, sunt etiam optima, idcirco Romani scriptores, quo antiquiores erunt, eo meliores habebuntur; certe nihil restat nisi ut denegemus ea quæ sunt naturalia, scilicet quod olea non habeat intra se lapillum, neque nux extra se corticem. 37 Cur multa loquamur.

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.
[38] Venimus ad summum fortunæ: pingimus, atque
[39] Psallimus, et luctamur Achivis doctius [40] unctis.
Si meliora [41] dies, ut vina, poëmata reddit,
Scire velim, [42] pretium chartis quotus arroget annus.
Scriptor abhinc annos centum [43] qui decidit, inter
Perfectos, veteresque referri debet? an inter
[44] Viles, atque novos? [45] excludat jurgia finis.
[46] Est vetus, atque probus, centum qui perficit annos.
Quid? [47] qui deperiit minor uno mense, vel anno,
Inter quos referendus erit? veteresne Poëtas?
[48] An quos et præsens, et postera respuet ætas?
[49] Iste quidem veteres inter ponetur honeste,
Qui vel mense brevi, vel toto est junior anno.
[50] Utor permisso, caudæque pilos ut equinæ,
Paulatim vello, et demo unum, demo etiam unum:
Dum cadat [51] elusus ratione ruentis acervi,
Qui redit [52] ad fastos, et [53] virtutem æstimat annis,
[54] Miraturque nihil, nisi quod Libitina sacravit.
Ennius et sapiens, et fortis, et alter [55] Homerus,

38 Nos Romani venimus ad summum fortunæ, id est, perfecti sumus Poëtæ. 39 Cithara canimus. 40 Doctius Græcis palæstritis, qui ungi solebant.

41 Temporis processus. 42 Quot anni auctoritatem acquirant carminibus.

43 Qui mortuus est. 44 Inter contemptos. 45 Responsio est: Pone finem annorum, et nulla erit contentio.

46 Est vetus atque laudabilis Poëta, ut dicis, qui, etc. 47 Qui defunctus est minor, id est, junior uno mense.

48 An inter novos, etc.

49 Responsio ad secundam quæstionem.

50 Utor eo, inquit Horatius, quod mihi permittis. 51 Deceptus acervali argumentatione, id est, Sorite. 52 Ad libros annales, in quibus Consulum nomina perscribebantur, quorum appellatione anni notabantur. 53 Virtutem carminis. 54 Nihil laudat nisi quod mortuum est, id est, mortuos Poëtas, de *Libitina*. Vide Od. xxx, lib. III.

55 Ennius animam Homeri in se

(Ut [56] critici dicunt) leviter curare videtur,
[57] Quo promissa cadant, et somnia Pythagorea.
[58] Nævius in manibus non est, et mentibus hæret
[59] Pene recens; adeo sanctum est vetus omne poëma.
Ambigitur quoties, [60] uter utro sit prior; aufert
[61] Pacuvius docti famam senis, Accius [62] alti;
Dicitur Afrani [63] toga convenisse Menandro;
Plautus ad exemplar Siculi [64] properare Epicharmi;
[65] Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.
[66] Hos ediscit, et hos arctô stipata theatro
Spectat Roma potens: habet hos, numeratque Poëtas
Ad nostrum tempus, [67] Livî scriptoris ab ævo.
Interdum vulgus [68] rectum videt; [69] est ubi peccat.
Si veteres ita miratur, laudatque Poëtas,
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet; errat.
Si quædam [70] nimis antique, si pleraque dure
Dicere credit eos, [71] ignave multa fatetur;
Et sapit, et [72] mecum facit, et Jove judicat [73] æquo.
[74] Non equidem insector, delendave carmina Livî
Esse reor, memini quæ plagosum mihi parvo

immigrâsse dicebat. 56 Grammatici, scriptorum censores. 57 Ita negligenter scripsit, ut videatur parvi facere, quid de se promiserit, vel somniârit.

58 Nævius, Poëta Campanus, Ennio senior, non teritur manibus. 59 Quasi recens sit.

60 Uter utri præstet. 61 Pacuvius octogenarius existimatur ab omnibus doctus. 62 Elati Poëtæ. 63 Togata Comœdia Afranii Menandro similis dicitur.

64 Dicitur appropinquare laudi Epicharmi, Poëtæ Siciliensis.

65 Dicitur alios Comicos vincere.

66 Hos Roma ediscit in scholis.

67 Ab ævo Livii Andronici Poëtæ antiquissimi.

68 Recte judicat. 69 Alicubi peccat.

70 Obsolete. 71 Si fatetur eosdem multa oscitanter dicere. 72 Mecum sentit et vere judicat. 73 Jove approbante.

74 Non velut invidus detraho.

[75] Orbilium dictare; sed [76] emendata videri,
Pulchraque, et [77] exactis minimum distantia, miror.
[78] Inter quæ verbum emicuit si forte decorum, et
Si versus paulo [79] concinnior unus, et alter,
Injuste totum [80] ducit, [81] venditque poëma.
[82] Indignor quidquam reprehendi, non quia [83] crasse
Compositum, [84] illepideve putetur, sed quia nuper;
[85] Nec veniam antiquis, sed honorem, et præmia posci.
[86] Recte, necne crocum, floresque perambulet Attæ
Fabula, si dubitem; clament periisse pudorem
Cuncti pene patres, ea cum reprehendere coner,
Quæ gravis [87] Æsopus, quæ doctus Roscius [88] egit.
Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, [89] ducunt;
Vel quia turpe putant [90] parere minoribus, et, quæ
[91] Imberbes didicere, [92] senes perdenda fateri.
[93] Jam Saliare Numæ carmen qui laudat, et illud,
[94] Quod mecum ignorat, solus vult scire videri;
Ingeniis non ille favet, plauditque [95] sepultis;
[96] Nostra sed impugnat, nos, nostraque [97] lividus odit.

75 Orbilium magistrum meum, plagas suis discipulis infligere gaudentem. 76 Non delenda. 77 Perfectis et summo artificio elaboratis.

78 Inter quæ carmina. 79 Elegantior.

80 Producit, ostentat. 81 Laudat quasi venderet.

82 Indigne fero. 83 Rustice, crassa Minerva. 84 Sine lepore. 85 Et indignor non veniam erratorum suorum antiquis dari, sed, etc.

86 Et si dubitarem, utrum recte et merito fabula Attæ, Poëtæ antiqui, recitetur in scena croco et floribus conspersa. 87 Æsopus tragœdiarum actor. 88 Recitavit in scena.

89 Existimant. 90 Concedere nobis, quos se inferiores esse putant. 91 Adolescentes vel pueri. 92 In senectute ea esse abjicienda pudet fateri.

93 Quod Salii Martis Sacerdotes à Numa Pompilio instituti saliendo canebant. 94 Quod nescit æque ac ego. 95 Mortuis. 96 Scripta novorum Poëtarum. 97 Nobis invidus.

Quod si tam Græcis novitas invisa fuisset,
Quam nobis; quid nunc esset vetus? aut quid haberet
Quod legeret, [98]tereretque viritim publicus usus?
Ut primum positis [99] nugari Græcia bellis
Cœpit, et in vitium fortuna labier [1] æqua,
Nunc athletarum [2] studiis, nunc arsit equorum;
Marmoris, aut eboris [3] fabros, aut æris amavit;
[4] Suspendit picta vultum, mentemque tabella;
[5] Nunc tibicinibus, nunc est gavisa tragœdis:
[6] Sub nutrice puella velut si luderet infans,
Quod cupide petiit, [7] mature plena reliquit.
Quid placet, [8] aut odio est, [9] quod non mutabile credas?
[10] Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi.
Romæ dulce diu fuit et [11] solemne, [12] reclusa
Mane domo vigilare, clienti [13] promere jura;
[14] Cautos nominibus certis [15] expendere nummos;
[16] Majores audire; minori dicere, per quæ
[17] Crescere res posset, minui [18] damnosa libido.
[19] Mutavit mentem populus levis, [20] et calet uno
Scribendi studio: pueri, patresque severi

98 Quod dum singuli viri legunt, assiduo usu tereretur. 99 Levibus artibus operam dare. 1 Fortuna secunda. 2 Studiis gymnasticis. 3 Artifices.

4 Attentissime fixit vultum et cogitationem in picturæ artificio. 5 Tibia canentibus, id est, Comœdiis. 6 Veluti (inquit) si puella infans sub nutrice luderet. 7 Celeriter satiata.

8 Aut displicet. 9 Nam jucundum nihil est, nisi quod reficit varietas.

10 Ex pace igitur et rebus secundis nata est hæc in Græcis artium varietas.

11 Usitatum. 12 Aperta. 13 Respondere jus. 14 Nummos per syngrapham viris bonis et fidis creditos. 15 Exponere, locare. 16 Majorum consilia sequi, et minori consilium dare. 17 Augeri possit res familiaris. 18 Execrabilis avaritia, *qua nihil in republica damnosius.*

19 Mutavit priorem illam vitæ consuetudinem. 20 Et flagrat poëticæ studio.

[21] Fronde comas vincti cœnant, et carmina dictant.
Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere versus,
Invenior [22] Parthis mendacior, et prius orto
[23] Sole, vigil calamum, et chartas, et scrinia posco.
[24] Navem agere ignarus navis timet; [25] abrotonum ægro
Non audet, [26] nisi qui didicit, dare; quod medicorum est.
Promittunt medici; tractant [27] fabrilia fabri:
[28] Scribimus indocti, doctique poëmata passim.
[29] Hic error tamen, et levis hæc insania, quantas
[30] Virtutes habeat, [31] sic collige. Vatis avarus
[32] Non temere est animus; versus amat, hoc studet unum;
Detrimenta, fugas servorum, incendia [33] ridet;
Non fraudem socio, puerove [34] incogitat ullam
Pupillo; [35] vivit siliquis, et pane secundo.
Militiæ quamquam piger et [36] malus, utilis urbi;
[37] Si das hoc, [38] parvis quoque rebus magna juvari.
Os tenerum pueri, balbumque Poëta [39] figurat;
[40] Torquet ab obscœnis jam nunc sermonibus aurem;
Mox etiam pectus [41] præceptis format amicis,

21 Edera vinctas comas habentes, per Synecdochen.

22 Tum Parthi pugnabant maxime, cum fugam simularent maxime. Vide Od. XIX. lib. I. 23 Ante solem ortum. 24 Navim gubernare. 25 Herbam valde amaram. 26 Nisi qui didicit artem medicandi. 27 Fabrilia opera.

28 Alias artes nemo exercet, nisi qui eas habet cognitas, at nos scribimus, etc.

29 Hoc immoderatum scribendorum versuum studium. 30 Quantas utilitates. 31 Sic ratiocinare.

32 Non cito. 33 Incendia parvi facit. 34 Machinatur. 35 Vivit parce legumina edendo et panem secundarium. Gall. *Pain bis.*

36 Imbellis et meticulosus. 37 Si concedis hoc. 38 A Poëtica vel Grammatica professione Rempublicam adjuvari.

39 Poëta conformat vocem et pronuntiationem pueri. 40 Detorquet.

41 Documentis utilibus, honestis et jucundis.

[42] Asperitatis, et invidiæ corrector, et iræ.
[43] Recte facta refert: [44] orientia tempora [45] notis
Instruit exemplis; inopem solatur et ægrum.
Castis cum pueris [46] ignara puella mariti
Disceret unde [47] preces, [48] vatem ni Musa dedisset?
Poscit opem [49] chorus, et [50] præsentia numina sentit;
[51] Cœlestes implorat aquas docta prece [52] blandus;
Avertit morbos; metuenda pericula pellit;
Impetrat et pacem, et [53] locupletem frugibus annum.
Carmine Dî superi placantur, carmine [54] Manes.
Agricolæ prisci, [55] fortes, parvoque beati,
[56] Condita post frumenta, [57] levantes tempore festo
Corpus, et ipsum animum [58] spe finis dura ferentem,
Cum sociis operum, et pueris, et conjuge fida,
Tellurem [59] porco, [60] Silvanum lacte piabant,
Floribus et vino [61] Genium memorem brevis ævi.
[62] Fescennina per hunc inventa licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit;
[63] Libertasque recurrentes accepta per annos

42 Sævitiæ.

43 Recte facta majorum commemorat. 44 Homines qui hodie vivunt, et qui post nascentur. 45 Exemplis præteritis.

46 Innupta. 47 Unde disceret carmina sæcularia, quæ apud antiquos ludis sæcularibus virgines et pueri Diis immortalibus canebant. 48 Poëtam.

49 Chorus puerorum et virginum. 50 Sentit auxiliantes et faventes Deos. 51 Pluvias. 52 Blande supplicans.

53 Annum frugibus abundantem.

54 Ne noceant. 55 Agricolæ robusti et paucis contenti. 56 Post messem. 57 Corpus relevantes. 58 Spe finis ipsius laboris. 59 Sue, quæ telluri immolabatur propter ejus fœcunditatem. 60 Pastorum Deum lacte placabant. 61 Genium, naturæ Deum, qui facit homines vitæ brevitatis esse memores.

62 Per hunc morem et consuetudinem veterum agricolarum, Fescennini versus, (in quibus jocosa et convicia cum magna licentia exprimebantur) habebant locum in quoslibet. *Ab oppido Fescennino nomen sumpserunt.* 63 Anniversalis libertas.

[64] Lusit amabiliter, donec jam sævus apertam
[65] In rabiem verti cœpit jocus, et per honestas
[66] Ire minax impune domos. [67] Doluere cruento
Dente lacessiti; fuit [68] intactis quoque cura
Conditione [69] super communi: quin etiam lex,
[70] Pœnaque lata, [71] malo quæ nollet carmine quemquam
Describi. [72] Vertêre modum, formidine fustis,
[73] Ad benedicendum, delectandumque redacti.
[74] Græcia capta ferum victorem cepit, et artes
Intulit [75] agresti Latio: [76] sic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, [77] et grave virus
[78] Munditiæ pepulere; [79] sed in longum tamen ævum
Manserunt, hodieque manent vestigia [80] ruris.
[81] Serus enim Græcis admovit [82] acumina chartis;
Et, post Punica bella [83] quietus, quærere cœpit,
[84] Quid Sophocles, et Thespis, et Æschylus utile ferrent.
Tentavit quoque rem [85] si digne vertere posset;

64 Jocata est facete sine verborum contumelia. 65 In apertam maledicentiam. 66 Probos viros publice et nominatim carpens.

67 Qui convitiis lacerabantur, ægre tulerunt illam maledicendi licentiam. 68 Ii quos maledicentia non attigerat, communi periculo prospiciebant.

69 De conditione communi. 70 Et pœna constituta est. 71 Maledico carmine.

72 Mutaverunt rationem scribendi metu fustuarii. 73 Ad non maledicendum.

74 Græcia à Romanis bello subacta cepit vicissim, id est, delectavit suis artibus, ipsos victores Romanos nondum humanioribus litteris expolitos. 75 Italiæ incultæ. 76 Hoc modo paulatim evanuit numerus ille poëticus impolitus, qui Saturno regnante floruerat.

77 Barbaram orationem, quæ tanquam virus aures doctas enecat;

78 Nitor et elegantia Græcarum aurium expulerunt, etc. 79 Ad bellum usque Punicum fere tertium. 80 Rusticitatis in Romanis poëtis.

81 Romanus sero studium contulit ad scripta Græcorum. 82 Ingenii sui vim. 83 Pace potiens. 84 Græci Poëtæ Tragici.

85 An apte transferre posset Græca in Latinum sermonem.

Et placuit sibi, natura [86] sublimis et acer:
Nam [87] spirat tragicum satis, [88] et feliciter audet;
[89] Sed turpem putat inscite, metuitque lituram.
[90] Creditur, ex medio quia res arcessit, habere
[91] Sudoris minimum; sed habet Comœdia tanto
Plus oneris, quanto veniæ minus. Aspice, Plautus
[92] Quo pacto partes tutetur amantis [93] ephebi;
Ut patris attenti, [94] lenonis ut insidiosi;
[95] Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis;
[96] Quam non adstricto percurrat pulpita [97] socco.
[98] Gestit enim nummum in loculos demittere, [99] post hoc
[1] Securus, cadat, an recto stet fabula [2] talo.
[3] Quem tulit [4] ad scenam ventoso gloria [5] curru,
[6] Exanimat lentus spectator, [7] sedulus inflat.
Sic leve, sic parvum est, animum quod laudis [8] avarum
[9] Subruit aut reficit. [10] Valeat res ludicra, si me
[11] Palma negata [12] macrum, donata reducit [13] opimum.

86 Magno animo præditus. 87 Spiritus habet tragicos. 88 Quod incipit, perficit. 89 Sed stulte erubescit sua scripta emendare. 90 Comœdia creditur non esse laboriosa, quia arcessit, id est, sumit materiam è medio, id est, ex vita communi. 91 Minimum laboris.

92 Quam accurate. 93 Juvenis amatoris. 94 Patris avari. 95 Quantum studium Dossennus (Poëta comicus) in describendis parasitis posuerit.

96 Quam incurius et negligens in aliis personis exhibendis. 97 Quam laxe socco fabulam peragat. *Soccus convenit Comœdiæ, ut tragœdiæ cothurnus.*

98 Gaudet lucrum facere. 99 Post primam actionem. 1 Parum sollicitus utrum fabula intercidat et explodatur, an iterum exhibita placeat et probetur. 2 Pede.

3 Poëta laudis studio adductus, quem gloria tulit, etc. 4 Ad scribendas fabulas. 5 In curru vano. 6 Contristat spectator languidus, somno animum despondens. 7 Quem spectator diligens gaudio inflat, id est, superbire facit.

8 Laudis cupidum. 9 Subvertit aut erigit.

10 Pereat res scenica, et nihil mihi cum ea sit. 11 Victoria. 12 Tristem. 13 Lætum.

Sæpe etiam audacem fugat hoc, [14] terretque Poëtam,
Quod numero plures, virtute et honore [15] minores,
Indocti, stolidique, et [16] depugnare parati
[17] Si discordet eques, [18] media inter carmina poscunt
Aut ursum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.
[19] Verum equitis quoque jam migravit ab aure voluptas
Omnis, [20] ad incertos oculos, et gaudia vana.
Quatuor aut plures [21] aulæa [22] premuntur in horas,
[23] Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque catervæ.
[24] Mox trahitur manibus regum fortuna [25] retortis;
[26] Esseda festinant, [27] pilenta, [28] petorrita, naves;
Captivum portatur [29] ebur, [30] captiva Corinthus.
Si foret in terris, rideret [31] Democritus, [32] seu
Diversum confusa genus panthera camelo,
Sive elephas albus vulgi converteret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipsis,
Ut sibi præbentem [33] mimo spectacula plura.
[34] Scriptores autem narrare putaret [35] asello
Fabellam surdo: nam [36] quæ pervincere voces

14 A scribendi studio deterret.

15 Nempe plebeii. 16 Armis certare.

17 Si equites aliud quam plebeii velint.

18 In mediis fabulis.

19 Non solum vulgus, verum etiam, etc. 20 Ad incertas et varias res oculis perceptas.

21 Aulæis integebantur theatra ad arcendum solem. 22 Complicantur.

23 Dum fuga hostium simulatur.

24 Mox in triumpho ducuntur reges olim fortunati et potentes. 25 Manibus à tergo revinctis. 26 Vehicula Gallica. 27 Matronarum vehicula. 28 Vehicula famularum captivarum, quæ omnia ad spectaculum adducebantur in theatrum. 29 Imagines eburneæ.

30 Simulachrum urbis Corinthi, quam L. Memmius cepit ac demolitus est.

31 Philosophus Abderites, qui omnium hominum studia tanquam vana ridebat. 32 Sive camelopardalis, ex camelo et panthera concretus, etc.

33 Plura quam histrio. 34 Poëtas.

35 Stolidæ multitudini.

36 Quis histrio tam vocalis populi clamorem superare possit, propter reflexam Echo?

Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra?
[37] Garganum mugire putes nemus, aut [38] mare Tuscum,
Tanto cum strepitu ludi spectantur, [39] et artes,
Divitiæque peregrinæ, quibus [40] oblitus actor
Cum stetit in scena, [41] concurrit dextera lævæ.
Dixit adhuc aliquid? Nil sane. [42] Quid placet ergo?
[43] Lana Tarentino violas imitata [44] veneno.
Ac ne forte putes me, [45] quæ facere ipse recusem,
Cum recte tractent alii, laudare [46] maligne:
Ille [47] per extentum funem mihi posse videtur
Ire Poëta [48] meum qui pectus inaniter angit,
[49] Irritat, [50] mulcet, falsis terroribus implet,
Ut [51] magus, [52] et modo me Thebis, modo ponit Athenis.
Verum age, et [53] his, qui se lectori credere malunt,
[54] Quam spectatoris fastidia ferre superbi,
[55] Curam redde brevem; [56] si munus Apolline dignum
Vis complere libris, [57] et vatibus addere calcar,
Ut studio majore petant [58] Helicona virentem.
Multa quidem nobis facimus mala sæpe Poëtæ,

37 Montem Apuliæ. 38 Mare Thyrrhenum. 39 Habitus actoris artificiosus et exoticus. 40 Quibus actor indutus, seu potius commaculatus, etc. 41 Plausus à populo datur propter elegantem actoris vestitum, non propter orationem ejus, qui nihil adhuc dixerat.

42 Quid placet spectatoribus?

43 Vestis violacei coloris. 44. Colore. Tarenti autem optima purpura tincta fuit. 45 Comœdias scribere.

46 Parce laudare. 47 Videtur rem difficilem aggredi, ut funambulus. 48 Qui animum meum sine causa perturbat. 49 Ad iram impellit. 50 Delectat. 51 Præstigiator, qui arte magica portenta facit. 52 Usque adeo apte res gestas describit, ut qui audiunt, interesse videantur in iis locis ubi gesta sunt.

53 Vatibus egregiis. 54 Quam audiri et spectari. 55 Redde aliquantum curæ, ut sint magis solliciti, non adeo negligentes. 56 Si bibliothecam Apollini à te consecratam et ædificatam, etc. 57 Et Poëtas excitare. 58 Montem Bœotiæ, Apollini et Musis sacrum.

([59] Ut vineta egomet cædam mea) cum tibi librum
[60] Sollicito damus, aut fesso; [61] cum lædimur, unum
Si quis amicorum est ausus reprêndere versum;
Cum loca jam recitata revolvimus [62] irrevocati;
[63] Cum lamentamur non apparere labores
Nostros, [64] et tenui deducta poëmata filo;
Cum speramus eo rem venturam, [65] ut simul atque
Carmina rescieris nos fingere, [66] commodus ultro
[67] Arcessas, et egere vetes, et scribere cogas.
Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales
[68] Ædituos habeat, belli spectata domique
[69] Virtus, indigno non committenda Poëtæ.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
[70] Chœrilus, [71] incultis qui versibus, et [72] male natis
Rettulit acceptos, regale numisma, [73] Philippos.
Sed veluti [74] tractata notam, labemque [75] remittunt
Atramenta, [76] fere scriptores carmine fœdo
Splendida facta [77] linunt. [78] Idem rex ille, poëma
Qui tam ridiculum, [79] tam care prodigus emit,
Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,

59 Ut meipsum omnium primum reprehendam. 60 De rebus bene agen-[...]s.

61 Cum offendimur. 62 Non revocati ab eo qui audit. 63 Cum querimur non intelligi quantum laboraverimus. 64 Subtili artificio elaborata. 65 Statim ut audieris nos versus scribere. 66 Liberalis. 67 Nos.

68 Quales Poëtas. Metaph. ducta ab Ædituis sacrarum ædium custodibus. 69 Virtus tua, ô Auguste.

70 Poëta ineptissimus. 71 Ordo est: qui Philippos (regale numisma) retulit acceptos versibus incultis et male natis, id est, qui gloriatus est se ab Alexandro Philippos beneficio suorum versuum abstulisse. 72 Versibus male compositis, invita Minerva. 73 Nummos imagine Philippi regis signatos.

74 Atramenta manibus contrectata. 75 Reddunt. 76 Sic fere scriptores, etc. 77 Deturpant.

78 Alexander. 79 Tam caro pretio.

Pingeret, [80] aut alius Lysippo [81] duceret æra,
Fortis Alexandri vultum [82] simulantia. Quod si
[83] Judicium subtile [84] videndis artibus, illud
[85] Ad libros, et ad hæc Musarum dona vocares,
Bœotûm in crasso jurares aëre [86] natum.
[87] At neque dedecorant tuæ de se judicia atque
Munera, quæ multa dantis cum laude [88] tulerunt,
[89] Dilecti tibi Virgilius, Variusque Poëtæ.
Nec magis expressi vultus per ahenea signa,
Quam per vatis opus, mores animique virorum
Clarorum apparent : [90] nec Sermones ego mallem
[91] Repentes per humum, quam res componere [92] gestas;
Terrarumque situs, et flumina dicere, et arces
[93] Montibus impositas, et barbara regna, tuisque
Auspiciis totum [94] confecta duella per orbem,
[95] Claustraque custodem pacis cohibentia Janum,
Et formidatam [96] Parthis, te principe, Romam;
[97] Si quantum cuperem, possem quoque. Sed neque parvum
Carmen majestas recipit tua, nec meus audet
[98] Rem tentare pudor, quam vires ferre [99] recusent.

80 Aut alius quam Lysippus insignis statuarius. 81 Formaret. 82 Exprimentia vultum.

83 Illud judicium Alexandri. 84 In pictura et sculptura perspicienda.

85 Ad versus et poëticam transferres.

86 Jurares Alexandrum pinguem esse et hebetem, quales sunt in Bœotia nati.

87 Ordo est : At dilecti tibi Virgilius Variusque Poëtæ, non dedecorant tua de se judicia, etc. 88 Acceperunt.

89 Dilecti abs te.

90 Nec satyras. 91 Orationi solutæ similes. 92 Tua virtute gestas. 93 Arces in montibus extructas. 94 Bella finita. 95 Portas Jani clausas, quod pacis tempore tantum fiebat. 96 Vide Od. xv. lib. iv. 97 Si voluntati facultas responderet.

98 Rem experiri. 99 Non possint.

[1] Sedulitas autem, stulte quem diligit, [2] urget,
[3] Præcipue cum se numeris commendat, et arte:
Discit enim citius, meminitque libentius illud
Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur.
[4] Nil moror officium, [5] quod me gravat; [6] ac neque ficto
In pejus vultu [7] proponi cereus usquam,
Nec prave factis decorari versibus opto;
[8] Ne rubeam pingui donatus munere, et una
[9] Cum scriptore meo capsa [10] porrectus aperta,
Deferar [11] in vicum vendentem thus et odores,
Et piper, et quidquid chartis [12] amicitur ineptis.

1 Ordo est: Sedulitas eum urget, quem stulte diligit, id est, qui stulta sedulitate officium suum alicui obtrudit, molestus est ei, potius quam gratus. 2 Molestia afficit. 3 Cum Poëta laudabilis se numeris artificiosis, id est, versibus, commendat.

4 Nihili facio. 5 Quod mihi sit oneri potius quam honori. 6 Quemadmodum nolim imaginem mei ex cera fingi, ut deformior sit imago quam vera figura; sic neque ab indocto Poëta laudari velim.

7 Proponi in publico. 8 Ne pudore afficiar crasso descriptus carmine. 9 In eodem enim libro est scriptoris nomen et ejus qui describitur, ut in Virgilio AEneas, in Homero Ulysses. 10 Extinctus, quasi cadaver in cista. 11 In vicum, ubi ex chartis inutilibus fiunt aromatum involucra. 12 Involvitur.

AD JULIUM FLORUM. EPIST. II.

Excusat se quod ei nec epistolam, nec ea quœ promiserat carmina, misisset; varias que affert rationes, cur in scribendis versibus negligentior sit.

FLORE, bono, claroque fidelis amice [1] Neroni,
Si quis forte velit [2] puerum tibi vendere, [3] natum

1 Tiberio Claudio Neroni, *qui successit Augusto.* 2 Servum. 3 Exter-

Tibure vel Gabiis; [4] et tecum sic agat: [5] hic et
Candidus, et talos à vertice pulcher ad imos,
Fiet, eritque tuus, [6] nummorum millibus octo;
[7] Verna ministeriis ad nutus aptus heriles,
[8] Litterulis Græcis imbutus, idoneus arti
Cuilibet; [9] argilla quidvis imitaberis uda:
Quin etiam canet [10] indoctum, sed dulce [11] bibenti.
Multa fidem promissa [12] levant, ubi plenius æquo
Laudat venales, [13] qui vult extrudere, merces.
[14] Res urget me nulla, [15] meo sum pauper in ære.
[16] Nemo hoc mangonum faceret tibi. [17] Non temere à me
Quivis ferret idem. Semel hic [18] cessavit, et, ut fit,
[19] In scalis latuit metuens pendentis habenæ.
[20] Des nummos, [21] excepta nihil te si fuga lædat.
[22] Ille ferat pretium, [23] pœnæ securus, opinor.
[24] Prudens emisti vitiosum: dicta tibi est [25] lex:

num, tibi incognitum. 4 Et tecum sic loquatur. 5 Hic servus candidus est, *inquit venditor cujus sunt omnia verba usque ad vers.* XVII *hujus Epistolæ.* 6 Soluto pretio. 7 Servus ex ancilla mea natus. 8 Eruditione imbutus; nam vernæ liberaliter instituebantur, ut dominis essent utiliores. 9 In molli ingenio hujus pueri quidvis exprimes, sicuti ex argilla quidlibet simules.

10 Quiddam indoctum, sine artificio, quale rustici canere solent.

11 Dulce convivanti.

12 Minuunt fidem; nam proba merx facile emptorem reperit. 13 Qui vult quamprimum merces vendere.

14 Nulla necessitas me premit.

15 Nihil cuiquam debeo.

16 Nemo ex iis qui servos vendunt, tibi vitia eorum patefaceret, ut ego tibi. 17 Non facile quivis à me idem obtineret.

18 Semel fuit ad mandata facienda tardior. 19 Ordo est: hic puer latuit, metuens habenæ pendentis in scalis, id est, metuens verberari, loris vinciendus, quæ pendebant in scalis.

20 Eme et pretium solve. 21 Si fuga servi, quam ego excepi et expressi, te nihil offendat.

22 Ille mango (inquit) Horatius accipere potest ab emptore nummos. 23 Non metuens de pœna emptori præstanda per legem redhibitoriam.

24 Sciens, ô Flore, quasi mancipium emisti me vitiosum, ita tamen ut vitium meum tibi prædixerim.

25 Conditio venditionis.

[26] Insequeris tamen hunc, [27] et lite moraris iniqua.
Dixi me [28] pigrum proficiscenti tibi, dixi
[29] Talibus officiis prope mancum, ne mea [30] sævus
Jurgares ad te quod epistola nulla veniret.
[31] Quid tum profeci, [32] mecum facientia jura
Si tamen attentas? Quereris [33] super hoc etiam, quod
Expectata tibi non mittam carmina [34] mendax.
[35] Luculli miles [36] collecta viatica multis
Ærumnis, lassus dum noctu stertit, [37] ad assem
Perdiderat: post hoc [38] vehemens lupus, et sibi et [39] hosti
Iratus pariter, jejunis dentibus acer,
[40] Præsidium regale [41] loco dejecit, ut aiunt,
Summe munito, et multarum divite rerum.
Clarus ob id factum, donis ornatur [42] honestis:
Accipit et bis dena [43] super sestertia nummûm.
Forte [44] sub hoc tempus, castellum evertere [45] Prætor
Nescio quod cupiens, hortari cœpit [46] eumdem,
Verbis quæ timido quoque possent addere [47] mentem.
[48] I, bone, quo virtus tua te vocat; i, [49] pede fausto,

26 Me, quasi venditorem persequeris. 27 Inique litigas mecum, quasi cum mangone.

28 Cessatorem esse. 29 Ad scribendum esse ineptum, ut is qui manibus caret. 30 Iratus.

31 Vitium meum prædicendo. 32 Si jura me adjuvantia labefactare coneris. 33 Quereris de hoc præterea.

34 In eo mendax.

35 Qui bellum gessit cum Mithridate, Rege Ponti. 36 Viatica paulatim parta. *Viaticum dicitur, quidquid iter agendi causa necessarium est, sive cibus sit, sive pecunia ad victum expendenda.* 37 Ita ut vix ei quidquam restiterit. 38 Acer inimicus. 39 Hosti Mithridatico. 40 Præsidium Mithridatis. 41 Loco valde munito, multisque rebus referto depulit.

42 Donis honorificis. 43 Præter hæc dona accepit xx millia sestertiûm nummûm.

44 Paulo post. 45 Imperator Lucullus. 46 Eumdem Luculli militem. 47 Animos.

48 *Verba sunt Imperatoris militem hortantis.* 49 Bono auspicio.

Grandia [50] laturus meritorum prœmia. Quid stas?
Post hæc ille [51] catus, quantumvis rusticus, ibit,
Ibit eo quo vis, [52] qui zonam perdidit, inquit.
Romæ nutriri mihi contigit, atque doceri,
[53] Iratus Graiis quantum nocuisset Achilles.
Adjecere bonæ paulo plus artis Athenæ:
Scilicet ut possem curvo dignoscere [54] rectum,
[55] Atque inter silvas Academi quærere verum.
[56] Dura sed emovere loco me tempora grato,
Civilisque rudem belli [57] tulit æstus in arma,
Cæsaris Augusti non responsura [58] lacertis.
Unde [59] simul primum me dimisere [60] Philippi,
[61] Decisis humilem pennis, [62] inopemque paterni
[63] Et laris, et fundi, paupertas impulit [64] audax,
Ut versus facerem: sed, [65] quod non desit, habentem,
[66] Quæ poterunt unquam satis expurgare [67] cicutæ,
Ni melius dormire putem, quam scribere versus?
[68] Singula de nobis anni [69] prædantur euntes:

50 Accepturus præmia. 51 Prudens. 52 Qui perdidit viaticum, quod in zona milites portare solebant.

53 Id est, Iliadem Homeri didici. 54 Bonum à pravo. 55 Inter obscuros Philosophos Academicos, sic dictos ab Academo Atheniensi, qui Athenis construxerat porticum, quæ postea Academia nominata est.

56 Bella civilia inter Brutum et Octavium me Athenis expulerunt.

57 Motus civilis me abstulit ad partes Brutinas, quæ fortitudini militum Augusti non erant pares. 58 Viribus.

59 Quam primum, statim ut. 60 Philippi urbs in Thracia à Philippo condita. 61 Dignitate amissa et opibus. 62 Inopem per proscriptionem, quod secutus essem partes Bruti. 63 Totius patrimonii. 64 Paupertas, laboris magistra, quid non audet experiri?

65 Habentem quod sufficiat. 66 Insanus merito dicar, si non putem dormire melius esse, quam versus scribere.

67 Medicinæ vehementissimæ, *ut Helleborus, quem hic à Poëta intelligi adducor ut credam*, quoniam cicuta ab Avicenna hellebori nigri nomine appellatur. 68 Singula quæ ad voluptatem pertinent. Secunda est excusatio cur non scribat. 69 Rapiunt.

Eripuere jocos, Venerem, convivia, ludum;
[70] Tendunt extorquere poëmata. Quid faciam vis?
[71] Denique non omnes eadem mirantur, amantque:
[72] Carmine tu gaudes, hic delectatur ïambis;
Ille [73] Bioneis sermonibus, et [74] sale nigro.
Tres mihi convivæ prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diversa [75] palato.
Quid dem? quid non dem? [76] renuis tu, quod jubet alter:
Quod petis, id sane est invisum, acidumque duobus.
[77] Præter cætera, me Romæne poëmata censes
Scribere posse, inter tot curas, totque labores?
Hic [78] sponsum vocat, hic [79] auditum scripta, relictis
Omnibus officiis: [80] cubat hic in colle Quirini,
Hic [81] extremo in Aventino; visendus uterque.
Intervalla vides [82] humane commoda. Verum
[83] Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstet.
[84] Festinat calidus [85] mulis, gerulisque [86] redemptor;
[87] Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina [88] tignum;

70 Contendunt et conantur extorquere fingendi carminis propensionem.

71 Tertia excusatio cur non scribat. 72 Carmine heroïco. 73 Lividis jocis, id est Satyra. Bion Sophistes cognominatus, adeo mordax fuit in Poëtas, ut ne Homero quidem parceret. 74 Salibus amaris, quales sunt veteres Comœdiæ. 75 Gustu. 76 Horatius tanquam ad ipsos convivas loquitur.

77 Insuper. Alia causa cur non scribat.

78 Ad respondendum pro se. 79 Fuit Horatius è criticis unus. 80 Ægrotat, vel potius commoratur.

81 In extrema parte montis Aventini.

82 Humano more commoda, id est, incommoda. *Ut sunt humana omnia, in quibus plus est fellis quam mellis.*

83 Est objectio. Aliquis enim dixerit, quod Romæ plateæ sint puræ, in quibus nihil est quod impediat versus meditantem.

84 Respondet non ita esse; nam calidus redemptor, etc. 85 Sarcinariis et gerulis, id est, bajulis, vel portatoribus. 86 Operum conductor. 87 Torquendo attollit lapidem. 88 Trabem.

Tristia robustis [89] luctantur funera plaustris;
Hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus.
[90] I nunc, et versus tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat [91] nemus, et fugit urbes,
Rite cliens [92] Bacchi [93] somno gaudentis et umbra.
Tu me inter strepitus nocturnos, atque diurnos
[94] Vis canere, et [95] contracta sequi vestigia vatum?
[96] Ingenium, sibi quod vacuas desumpsit Athenas,
Et studiis annos septem dedit, [97] insenuitque
Libris et curis; [98] statua taciturnius exit
Plerumque, et risu populum quatit: hic ego rerum
Fluctibus in mediis, et tempestatibus urbis,
Verba lyræ motura sonum connectere [99] digner?
[1] Frater erat Romæ [2] consulti rhetor, ut alter
Alterius sermone meros audiret honores;
[3] Gracchus ut hic illi foret, huic ut [4] Mutius ille.
[5] Quî minus argutos vexat furor iste Poëtas?
[6] Carmina compono, hic elegos, mirabile visu,
[7] Cælatumque novem Musis opus. [8] Aspice primum,

89 Funera cum plaustris onerariis concurrentia contendunt, quando hac funus procedit, illac plaustra.

90 Est Ironia. 91 Solitudinem. 92 In Bacchi tutela omnes Poëtæ sunt constituti. 93 Quiete et solitudine.

94 Vis Lyrica scribere? 95 Vestigia angusta, quæ difficile est persequi.

96 Ille qui sibi elegit Athenas vacuas, id est, urbem quietissimam. 97 Et senium contraxit ex librorum lectione. 98 Studium immoderatum homines efficit aliquando hebetes et ridiculos, præsertim ubi ad vitam politicam accedunt. Pro, *et curis*, Valart legit, *Mercurii*. 99 Dignum arbitrer connectere verba sonum lyræ motura, id est, carmina lyrica?

1 Duo erant fratres Romæ suarum inter se laudum præcones, Jurisconsultus alter, alter Orator. 2 Jurisconsulti frater. 3 Tantus Orator, quantus fuit Gracchus, Corneliæ filius. 4 Q. Mutius Scævola, optimus Jurisconsultus. 5 Quo modo sunt Poëtæ minus insani, dum se invicem laudant? 6 Carmina lyrica. 7 Poëma artificiosissimum, à novem Musis elaboratum. 8 Primum

[9] Quanto cum fastu, quanto molimine circum-
Spectemus vacuam Romanis vatibus [10] ædem.
Mox etiam, [11] si forte vacas, sequere, et [12] procul audi,
Quid ferat, et [13] quare sibi nectat uterque coronam.
Cædimur, et totidem plagis consumimus hostem,
Lento [14] Samnites ad lumina prima duello.
[15] Discedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis, [16] nisi Callimachus? si plus adposcere visus,
[17] Fit Mimnermus, et [18] optivo cognomine [19] crescit.
[20] Multa fero, ut placem genus [21] irritabile vatum,
Cum scribo, et supplex populi [22] suffragia capto.
[23] Idem, finitis studiis, [24] et mente recepta,
[25] Obturem patulas impune [26] legentibus aures.
Ridentur mala qui componunt carmina: verum
Gaudent scribentes, et [27] se venerantur, et ultro,
Si taceas, laudant, quidquid scripsere, [28] beati.
[29] At qui legitimum cupiet fecisse poëma,
[30] Cum tabulis animum censoris sumet honesti:

hoc vide. 9 Quanto cum apparatu nos Poëtæ circumspectemus. *Tmesis est.* 10 Templum Apollinis, cui bibliotheca fuit adjuncta ab Augusto extructa. Vacuam vatibus, pro vatibus, seu gratia vatum, id est, in qua nullus admittebatur nisi poëta.

11 Si nihil habes, quod agas. 12 Audi è loco longinquo. 13 Quare hi duo Poëtæ se dignos judicent corona poëtica, id est, laude.

14 Tanquam Samnites, qui adversus Romanos pugnaverunt usque ad nocturnas, id est, vesperam. 15 Ego, inquit Horatius, illius suffragio discedo par Alcæo, quia Lyricus sum.

16 Voco illum Callimachum, qui in Elegis floruit. 17 Appellatur à me Mimnermus. 18 Nomine quod ipse optaverit. 19 Fit major, ornatior.

20 Multas Poëtarum ineptias devoro. 21 Genus iracundum. 22 Populi laudes.

23 Ego idem. 24 Cum ex insania poëticæ professionis ad me redierim. 25 Obturare mihi liceat aures impune, id est, sine periculo. 26 Carmina sua recitantibus.

27 Sese invicem admirantur tanquam divinos Poëtas. 28 Sibi placentes.

29 At bonus Poëta, qui, etc. 30 Ipse

[31] Audebit quæcumque parum splendoris habebunt,
[32] Et sine pondere erunt, et honore indigna ferentur,
Verba [33] movere loco, quamvis [34] invita recedant,
[35] Et versentur adhuc intra penetralia [36] Vestæ.
[37] Obscurata diu populo bonus [38] eruet, atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,
Quæ priscis memorata Catonibus, atque Cethegis,
[39] Nunc situs informis premit, et deserta vetustas:
[40] Adsciscet nova, quæ genitor produxerit usus:
[41] Vehemens, et liquidus, puroque simillimus amni,
Fundet opes, Latiumque [42] beabit divite lingua:
[43] Luxuriantia compescet, nimis aspera sano
[44] Levabit cultu, virtute carentia [45] tollet:
[46] Ludentis speciem dabit, et [47] torquebitur, ut qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa [48] movetur.
[49] Prætulerim scriptor delirus, inersque videri,
Dum [50] mea delectent mala me, [51] vel denique fallant,
[52] Quam sapere, et ringi. Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragœdos,
[53] In vacuo lætus sessor plausorque theatro:

sua scripta notabit tanquam Censor. 31 Non dubitabit.

32 Levia erunt. 33 Verba mutare. 34 Ipso scribente invito. 35 Et quamvis adhuc sint domi abdita. 36 In Vestæ templo servatus fuit ignis æternus Romæ. Vesta hic ponitur pro Lare.

37 Verba obsoleta et inusitata. 38 Et tenebris extrahet. 39 Nunc turpe senium premit. 40 Cudet et finget nova, quæ usus genuerit. 41 Vehemens ad verborum inventionem. *Anapæstus pro Spondæo.* 42 Amplificabit. 43 Quæ redundant coërcebit. 44 Poliet et leniet sano artificio. *Metaph. à corpore animato ad carmen.* 45 Extollet, seu auferet. 46 Parum laboriose scribentis.

47 Fatigabitur, ut Mimus qui, etc. 48 Qui saltat nunc Satyrum, nunc tardum Cyclopa.

49 Malim, inquit Horatius, esse Poëta ineptus. 50 Mea scripta. 51 Vel ignota sint. 52 Quam sapiendo irasci et intimis sensibus angi.

53 In vacuo, ubi nulli spectatores erant.

[54] Cætera qui vitæ servaret munia recto
More; bonus sane vicinus, amabilis hospes,
Comis in uxorem; posset qui [55] ignoscere servis,
[56] Et signo læso [57] non insanire lagenæ;
Posset qui rupem, et puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus, curisque [58] refectus,
Expulit helleboro morbum, [59] bilemque meraco,
[60] Et redit ad sese: Pol, me occidistis, amici,
Non servâstis, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demptus [61] per vim mentis gratissimus error.
[62] Nimirum sapere est abjectis utile nugis,
Et [63] tempestivum pueris concedere ludum,
Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis;
Sed [64] veræ numerosque modosque [65] ediscere vitæ.
Quocirca mecum loquor hæc, tacitusque recordor:
Si tibi nulla sitim finiret copia [66] lymphæ,
[67] Narrares medicis; quod quanto plura parâsti,
Tanto plura cupis, nulline faterier audes?
Si vulnus tibi, monstrata radice vel herba,
Non fieret [68] levius, [69] fugeres radice vel herba
Proficiente nihil curarier. Audieras, cui
[70] Rem Dî donarent illi, discedere pravam

54 In aliis rebus non demens.

55 Non sævus esse servis. 56 Ideo domini lagenas obsignabant ne vinum à servis furtim exhauriretur. 57 Non furenter irasci.

58 Curatus. 59 Bilem atram.

60 Factus est sanus. 61 Per vim purgativam.

62 Ordo est: nimirum abjectis nugis utile est sapere, id est, operam dare; et concedere pueris ludum tempestivum, id est, artem poëticam. 63 Ludum opportunum, congruum. 64 Vitæ beatæ. 65 Cognoscere et memoriæ mandare.

66 Aquæ. 67 Remedium petiturus. 68 Sanius. 69 Fugere velles. 70 Divitias.

[31] Audebit quæcumque parum splendoris habebunt,
[32] Et sine pondere erunt, et honore indigna ferentur,
Verba [33] movere loco, quamvis [34] invita recedant,
[35] Et versentur adhuc intra penetralia [36] Vestæ.
[37] Obscurata diu populo bonus [38] eruet, atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,
Quæ priscis memorata Catonibus, atque Cethegis,
[39] Nunc situs informis premit, et deserta vetustas:
[40] Adsciscet nova, quæ genitor produxerit usus:
[41] Vehemens, et liquidus, puroque simillimus amni,
Fundet opes, Latiumque [42] beabit divite lingua:
[43] Luxuriantia compescet, nimis aspera sano
[44] Levabit cultu, virtute carentia [45] tollet:
[46] Ludentis speciem dabit, et [47] torquebitur, ut qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa [48] movetur.
[49] Prætulerim scriptor delirus, inersque videri,
Dum [50] mea delectent mala me, [51] vel denique fallant,
[52] Quam sapere, et ringi. Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragœdos,
[53] In vacuo lætus sessor plausorque theatro:

sua scripta notabit tanquam Censor. 31 Non dubitabit.

32 Levia erunt. 33 Verba mutare. 34 Ipso scribente invito. 35 Et quamvis adhuc sint domi abdita. 36 In Vestæ templo servatus fuit ignis æternus Romæ. Vesta hic ponitur pro Lare.

37 Verba obsoleta et inusitata. 38 Et tenebris extrahet. 39 Nunc turpe senium premit. 40 Cudet et finget nova, quæ usus genuerit. 41 Vehemens ad verborum inventionem. *Anapæstus pro Spondæo.* 42 Amplificabit. 43 Quæ redundant coërcebit. 44 Poliet et leniet sano artificio. *Metaph. à corpore animato ad carmen.* 45 Extollet, seu auferet. 46 Parum laboriose scribentis.

47 Fatigabitur, ut Mimus qui, etc. 48 Qui saltat nunc Satyrum, nunc tardum Cyclopa.

49 Malim, inquit Horatius, esse Poëta ineptus. 50 Mea scripta. 51 Vel ignota sint. 52 Quam sapiendo irasci et intimis sensibus angi.

53 In vacuo, ubi nulli spectatores erant.

[54] Cætera qui vitæ servaret munia recto
More; bonus sane vicinus, amabilis hospes,
Comis in uxorem; posset qui [55] ignoscere servis,
[56] Et signo læso [57] non insanire lagenæ;
Posset qui rupem, et puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus, curisque [58] refectus,
Expulit helleboro morbum, [59] bilemque meraco,
[60] Et redit ad sese: Pol, me occidistis, amici,
Non servâstis, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demptus [61] per vim mentis gratissimus error.
[62] Nimirum sapere est abjectis utile nugis,
Et [63] tempestivum pueris concedere ludum,
Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis;
Sed [64] veræ numerosque modosque [65] ediscere vitæ.
Quocirca mecum loquor hæc, tacitusque recordor:
Si tibi nulla sitim finiret copia [66] lymphæ,
[67] Narrares medicis; quod quanto plura parâsti,
Tanto plura cupis, nulline faterier audes?
Si vulnus tibi, monstrata radice vel herba,
Non fieret [68] levius, [69] fugeres radice vel herba
Proficiente nihil curarier. Audieras, cui
[70] Rem Dî donarent illi, discedere pravam

54 In aliis rebus non demens.

55 Non sævus esse servis. 56 Ideo domini lagenas obsignabant ne vinum à servis furtim exhauriretur. 57 Non furenter irasci.

58 Curatus. 59 Bilem atram.

60 Factus est sanus. 61 Per vim purgativam.

62 Ordo est: nimirum abjectis nugis utile est sapere, id est, operam dare; et concedere pueris ludum tempestivum, id est, artem poëticam. 63 Ludum opportunum, congruum. 64 Vitæ beatæ. 65 Cognoscere et memoriæ mandare.

66 Aquæ. 67 Remedium petiturus. 68 Sanius. 69 Fugere velles. 70 Divitias.

Stultitiam; et cum sis nihilo sapientior, ex quo
[71] Plenior es, tamen uteris [72] monitoribus iisdem?
At si divitiæ prudentem reddere possent,
Si cupidum timidumque minus te, nempe [73] ruberes,
Viveret in terris te si quis avarior uno.
[74] Si proprium est, quod quis [75] libra mercatus et ære est,
[76] Quædam (si credis consultis) [77] mancipat usus:
Qui te pascit ager, tuus est; et villicus [78] Orbî,
Cum segetes [79] occat, tibi mox frumenta daturas,
[80] Te dominum sentit. Das nummos; accipis uvam,
Pullos, ova, cadum [81] temeti. Nempe modo isto
Paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis,
Aut etiam supra nummorum millibus emptum.
[82] Quid refert, vivas numerato nuper, an olim?
Emptor Aricini quondam, Veientis et arvi,
Emptum cœnat olus [83], quamvis aliter putat; emptis
Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum:
Sed vocat [84] usque suum, [85] qua populus adsita certis
Limitibus vicina refugit jurgia; tanquam
Sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horæ,

71 Locupletior es. 72 Opulentiæ laudatoribus.

73 Erubesceres et turpe tibi esse putares, si quis, etc.

74 Ostendit nihil omnino vel emptione, vel usucapione cuiquam esse proprium, nec mancipatione vel usucapione opus esse, ut jucunde vivas.

75 Libra pretium appendebatur, non numerabatur. 76 Ordo est: usus quædam mancipat, si credis Jurisconsultis. 77 Efficit usus quædam propria.

78 Orbius est nomen proprium.

79 Occare, est semen sparsum terra operire fractis glebis. 80 Dominum fundi, cujus fruges emis.

81 Cadum vini. 82 Quid interest, utrum vivas ex pretio per partes numerato, an olim, id est, ex pretio simul numerato?

83 Quamvis putat se proprium, non emptum cœnare olus.

84 Eo usque suum. 85 Qua populus arbor applantata certis limitibus, jur-

Nunc [86] prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema,
Permutet dominos, et [87] cedat in altera jura.
Sic, quia perpetuus nulli datur usus, et hæres
[88] Hæredem alterius, velut unda supervenit undam,
Quid vici prosunt, aut horrea? quidve Calabris
[89] Saltibus adjecti Lucani, [90] si metit Orcus
[91] Grandia cum parvis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, [92] Tyrrhena sigilla, [93] tabellas,
Argentum, vestes [94] Getulo murice tinctas,
Sunt qui non habeant; est qui non curat habere.
Cur alter fratrum [95] cessare, et ludere, et [96] ungi
[97] Præferat Herodis palmetis pinguibus; [98] alter
Dives, et importunus, [99] ad umbram lucis ab ortu,
[1] Silvestrem flammis, et ferro mitiget agrum:
Scit [2] Genius, [3] natale comes qui temperat astrum,
Naturæ Deus humanæ, [4] mortalis in unum-

gia cum vicino vitare facit. 86 Donatione, emptione, vi à potentioribus illata, successione vel legitima, vel testamentaria. *Sunt hæc quatuor alienationum genera.* 87 In alterius potestatem.

88 Hæres hæredem excipit et subsequitur. 89 Campis spatiosis Calabriæ, *quæ pecorum et mollis lanæ ferax est, ut Lucania.* 90 Si mors avide aufert. Metaphora ducta à segete.

91 Nobiles et ignobiles.

92 Parva signa ex Etruria. 93 Picturas. 94 Purpura.

95 Nihil agere et feriari. 96 Unguentis nitere. 97 Scit Genius, quamobrem alter ex duobus fratribus malit esse otiosus quam possidere omnia Syriæ palmeta, id est, loca palmis consita. Herodes Judæorum rex fuit. 98 Cur alter illius cessatoris frater, etc. 99 Ad noctem usque. 1 Sterilem agrum igne et vomere edomet, et fertilem reddat. 2 Genius naturæ Deus, qui simul cum homine nascitur et moritur. ἡ τύχη ἑκάστου, fortuna cujusque. 3 Qui comes nobis adjunctus, influxum provenientem ab astro, quod nos nascentes aspexit, regit et moderatur.

4 Qui unoquoque nostrûm mortuo,

Quodque caput, vultu [5] mutabilis, [6] albus et ater.
[7] Utar, et ex modico, quantum res poscet, acervo
[8] Tollam; [9] nec metuam, quid de me judicet hæres,
Quod non plura [10] datis invenerit : et tamen [11] idem
Scire volam, [12] quantum simplex, hilarisque [13] nepoti
Discrepet, et quantum discordet parcus avaro.
[14] Distat enim, spargas tua prodigus, an neque sumptum
Invitus facias, neque plura parare labores;
Ac potius, [15] puer ut festis Quinquatribus, [16] olim
Exiguo, gratoque fruaris tempore [17] raptim.
[18] Pauperies, immunda domus procul absit: ego, [19] *utrum*
Nave ferar magna an parva, [20] ferar unus et idem.
Non agimur [21] tumidis velis Aquilone secundo;
[22] Non tamen adversis ætatem ducimus Austris:
[23] Viribus, ingenio, [24] specie, virtute, [25] loco, re,
[26] Extremi primorum, extremis usque priores.

moritur. 5 Alius atque alius; nam suus cuique Genius aliis est dissimilis.

6 Bonus et malus, prosper et adversus.

7 Horatius à sua persona commendat Floro bonorum partorum usum moderatum. 8 Sumam. 9 Nec mihi erit curæ. 10 Relictis à me. 11 Tamen ego idem. 12 Quid intersit inter liberalem et prodigum, inter parcum et avarum. 13 Luxurioso.

14 Multum hæc inter se discrepant, scilicet, tua luxuriose profundere, sumptum libenter facere, et avare semper plura quærere. 15 Quemadmodum pueri Quinquatribus, id est, quinque diebus festis Minervæ dicatis, raptim fruuntur eo tempore quod eis datur, ita et tu, etc. 16 Interdum. 17 Celeriter.

18 Paupertas, domus sordida et inelegans. Ex fide cod. Sorb. Bentl. et Valart hunc versum sic exhibent: *Pauperies immunda procul, procul absit.*

19 Est allegoria. Utrum ex magnis reditibus vivam, an parvis.
20 Ad omnem eventum imperturbatus ero.

21 Nimia felicitate, id est, non sumus admodum divites. 22 Non tamen egeni sumus et valde pauperes.

23 Valetudine corporis. 24 Decore externo.

25 Gradu et pecunia. 26 Medii sumus inter summos et infimos.

Non es avarus? abi. Quid, [27] cætera jam simul isto
[28] Cum vitio fugere? caret tibi [29] pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, et ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, [30] sagas,
[31] Nocturnos lemures, [32] portentaque Thessala rides?
[33] Natales grate numeras? [34] ignoscis amicis?
Lenior, et melior fis accedente senecta?
[35] Quid te exempta juvat spinis de pluribus una?
Vivere si recte nescis, [36] decede peritis.
[37] Lusisti satis, edisti satis atque bibisti:
Tempus abire tibi est; [38] ne potum largius æquo
Rideat, et pulset [39] lasciva decentius ætas.

27 Cætera vitia.
28 Cum avaritia. 29 Animus.
30 Mulieres veneficas. 31 Falsas umbras nocte vagantes. 32 Miracula rerum, quæ Thessalia tulit, contemnis? 33 Commemoras libenter ætatem tuam et annos, qui propinquitatem mortis denunciant? 34 Amicis indulges.
35 Quid prodest uno te vitio carere, et tam multis aliis inquinari?
36 Da locum melioribus et doctioribus.
37 Rebus Venereis satis usus es. 38 Ne te nimis potum. 39 Juvenilis ætas, quam lascivire magis deceat, quam te, quia jam factus es effœtus senex.

Q. HORATII FLACCI
DE ARTE POETICA
LIBER.

AD PISONES.

[1] HUMANO capiti cervicem pictor equinam
Jungere si velit, et [2] varias inducere plumas,
[3] Undique collatis membris, [4] ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa [5] superne,
[6] Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite, Pisones, [7] isti tabulæ fore librum
Persimilem, cujus, [8] velut ægri somnia, vanæ
Fingentur species, [9] ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ. [10] Pictoribus atque Poëtis
Quælibet audendi semper fuit [11] æqua potestas.
[12] Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim;
[13] Sed non ut placidis coëant immitia; non ut

1 Huic monstro, cujus partes differunt specie, forma et natura, simile est poëma, quod non constat ex partibus aptis et inter se convenientibus. 2 Plumas ex variis avibus collectas. 3 Membris ex omnibus animalibus et ex quovis elemento corrogatis, ad hoc monstrum constituendum. 4 Alii legunt, aut. 5 A parte superiore. 6 Ad spectandum adhibiti, ô Pisones, risumne tenere possitis, quamvis illi pictori sitis amici?

7 Isti monstro depicto. 8 Vel somnia febricitantis, quæ vana sunt sibi non constant. 9 Ut neque fin neque principium uni formæ respon deat proportione.

10 Objiciet aliquis, idem lice Poëtis, quod pictoribus. 11 AEqual potestas.

12 Scimus hoc ita esse, inquit Ho ratius. 13 Non ut natura pugnant

Serpentes avibus [14] geminentur; tigribus agni.
[15] Incœptis gravibus plerumque [16] et magna professis,
[17] Purpureus, late qui splendeat, unus et alter
Assuitur pannus; [18] cum lucus, et [19] ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos [20] ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, [21] aut pluvius describitur arcus.
Sed nunc non erat [22] his locus. Et fortasse cupressum
Scis [23] simulare: [24] quid hoc, [25] si fractis enatat [26] exspes
Navibus, ære dato qui pingitur? [27] Amphora cœpit
Institui, [28] currente rota cur [29] urceus exit?
Denique sit [30] quod vis, simplex duntaxat, et [31] unum.
[32] Maxima pars vatum, pater, et juvenes patre digni,
Decipimur [33] specie recti. Brevis esse laboro,
[34] Obscurus fio: [35] sectantem lævia, [36] nervi

inter se conjungantur, ut, etc. 14 Socientur.

15 Principiis gravibus. 16 Et incœptis, quæ profitentur res magnas.

17 Splendida orationis particula, vel inepta descriptio ornandi causa adhibetur rerum levium, quas cum rebus heroïcis Poëta contexere non debet. 18 *Subintelligitur quæstio*, quando hoc fit? *Respondetur*, cum sacer lucus et ara, etc., id est, cum res leves describuntur ab iis, quorum incœpta erant gravia. Quæ descriptiones fluviorum, silvarum, aliorumque locorum tam alienæ sunt à poëmate incœpto, quam cupressus à naufrago, quem pictor aliquis depingendum suscepit. 19 Et templum vel statua Dianæ. 20 Amnis. 21 Iris, quæ pluviam concitat.

22 His pannis purpureis, id est, eloquentiæ intempestivæ. 23 Penicillo exprimere.

24 Quid hoc, scilicet, cupressum pingere, ad naufragium pertinet? 25 Si is, à quo mercedem accepisti ut abs te pingeretur, naufragus sit? quid cupressui cum naufrago? 26 Sine spe.

27 Vas vinarium grande, id est, poëma amplum et grande cœpit institui. 28 Progrediente operis scriptione. Metaphora ducta à rota figulari. 29 Vas exiguum, id est, cur ultima primis sunt minutiora?

30 Quod poëma. 31 Unum corpus, id est, una materia, non ex partibus dissimilium formarum composita. 32 O pater et juvenes patre digni, Pisones nimirum, nos magna pars vatum, decipimur, etc. 33 Falsa virtutis imagine; nam vitia in scribendo pro virtutibus sequimur. 34 Brevitas orationis obscuritatem parit.

35 Eum qui politum orationis genus sectatur. 36 Nervi animosi, id est,

Deficiunt animique : [37] professus grandia, [38] turget :
[39] Serpit humi tutus nimium, timidusque procellæ.
Qui [40] variare cupit rem [41] prodigialiter unam,
[42] Delphinum silvis appingit, fluctibus aprum.
[43] In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.
[44] Æmilium circa ludum faber [45] unus et ungues
[46] Exprimet, et molles imitabitur ære capillos;
Infelix operis [47] summa, quia [48] ponere totum
Nesciet. [49] Hunc ego me, si quid [50] componere curem,
Non magis esse velim, quam [51] pravo vivere naso,
Spectandum [52] nigris oculis, nigroque capillo.
Sumite materiam vestris, qui scribitis, [53] æquam
Viribus, et [54] versate diu, [55] quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. [56] Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec [57] lucidus ordo.
[58] Ordinis hæc virtus erit, et [59] venus, aut ego fallor,
[60] Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici

vires orationis deserunt et sublimis sententiarum majestas. 37 Grandiloquus. 38 Inflatus evadit et modum excedit. 39 Nimis humilis est, eique similis, qui dum maris procellam timet, ripæ nimium propinquat.

40 Fabulis incredibilibus opus ornare. 41 Monstrose et supra omnium hominum fidem. 42 Ab ipsa natura prorsus abhorret.

43 Culpæ fuga ducit eum in vitium, qui non cognoscit medium vitiorum, id est, virtutem.

44 Circa Æmilium ludum, id est, locum gladiatorium à L. Æmilio sic nominatum. 45 Faber unus omnium optime exprimet, etc. J. Bond et multi alii legunt, *imus*; id est, cujus taberna est omnium infima. 46 Quasdam corporis particulas satis scite in ære exprimet. 47 In summa et perfectione operis infelix. 48 Totum facere vel fabricari. 49 Talem me esse scriptorem, nempe in parte tantum probari, in reliquis partibus reprehendi.

50 Conscribere. 51 Distorto et deformi naso. 52 Nigri oculi olim formam commendabant. 53 Materiam viribus parem. 54 Cogitate diu. 55 Quid sustinere non possint.

56 Cui scribendi materia erit delecta potenter, id est, secundum facultatem ingenii sui, κατὰ δύναμιν. 57 Perspicuus ordo.

58 Ordinis artificialis hæc est prestantia. 59 Venustas, σεμνότης. 60 Ut

[61] Pleraque differat, et præsens in tempus omittat.
[62] Hoc amet, hoc spernat [63] promissi carminis auctor.
In verbis etiam [64] tennis cautusque serendis,
[65] Dixeris egregie, [66] notum si callida verbum
Reddiderit junctura novum. Si forte necesse est
[67] Indiciis monstrare recentibus [68] abdita rerum,
Fingere [69] cinctutis non exaudita [70] Cethegis
[71] Continget, dabiturque licentia sumpta [72] pudenter:
Et nova, fictaque nuper [73] habebunt verba fidem, [74] si
Græco fonte cadent, [75] parce detorta. [76] Quid autem
Cæcilio, Plautoque dabit Romanus, ademptum
Virgilio, Varioque? Ego, cur [77] acquirere pauca
Si possum, [78] invideor; cum lingua [79] Catonis, et [80] Ennî
[81] Sermonem patrium ditaverit, et nova rerum
Nomina protulerit? Licuit, semperque licebit
[82] Signatum præsente nota producere nomen.

nunc ea dicat, quæ dici debent.

61 Nunc in futurum tempus differat.

62 Pro rerum delectu aliud probare, aliud improbare debet, qui poëtam professus est. 63 Carminis magni, prolixi vel editi.

64 Parcus in verbis novandis. 65 Cum laude dixeris. 66 Si artificiosa verborum connexio, verbum alioqui novum, reddiderit notum et perspicuum.

67 Vocabulis novis. 68 Res abditas. 69 Cinctutis, pro cinctis et armatis viris, per Epenthesin. 70 Vocabula incognita veteribus, qualis erat M. Cornelius Cethegus, quem M. Tullius in Bruto posuit inter priscos oratores. 71 Licebit verbis uti recentibus, si fuerit necesse. 72 Verecunde, cum pudore.

73 Verba nova probabuntur et auctoritatem obtinebunt. 74 Si è Græca lingua derivata, desinant et exeant in casum seu finem Latinum. 75 Paululum deflexa.

76 Si licuerit veteribus Poëtis Cæcilio et Plauto nova verba fingere, cur non liceat etiam recentioribus Virgilio et Vario?

77 Nova verba facere. 78 Cur vetor? cur patior invidiam? 79 Cum lingua utriusque antiqui auctoris rudis et impoliti, etc. 80 De quo Ovidius: *Ennius ingenio maximus, arte rudis.* 81 Linguam Latinam amplificaverit.

82 Licuit in medium proferre novam vocem, quam præsens usus comprobavit. Metaphora ducta à pecunia, quæ notam seu formam impressam continet.

Ut silvæ foliis [83] pronos mutantur in annos,
[84] Prima cadunt; [85] ita verborum vetus interit ætas,
Et juvenum ritu, florent modo nata, vigentque.
[86] Debemur morti nos, nostraque, [87] sive receptus
Terra [88] Neptunus [89] classes Aquilonibus arcet,
[90] Regis opus; [91] sterilisve diu palus, aptaque remis,
Vicinas urbes [92] alit, et [93] grave sentit aratrum;
Seu cursum mutavit [94] iniquum frugibus [95] amnis,
Doctus iter melius. Mortalia facta peribunt;
[96] Nedum sermonum stet honos, et gratia [97] vivax.
[98] Multa renascentur quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet [99] usus,
[1] Quem penes arbitrium est, et jus et norma loquendi.
Res gestæ regumque, ducumque, et tristia bella
[2] Quo scribi possent numero monstravit Homerus.
[3] Versibus impariter junctis [4] querimonia primum,
Post etiam inclusa est [5] voti sententia compos.
Quis tamen [6] exiguos elegos emiserit auctor,

83 Per annos celerrime labentes. 84 Folia prima cadunt. 85 Ita prisca verba respuuntur.

86 Nos peribimus et omnia nostra peribunt. 87 Lacum Lucrinum intelligit, quem magnis molibus Julius Cæsar incluserat. 88 Mare. 89 A classibus arcet Aquilones, *per Hypallagen.*

90 Opus quale nemo nisi rex facere possit. 91 Sive Pomptina palus per Cethegum exsiccata factaque arabilis, etc. 92 Suis frugibus alit. 93 Et aratur. 94 Nocentem. 95 Tiberis ante per Velabrum fluens, Augusti jussu in alveum est deductus.

96 Quanto minus verba sint sempiterna? 97 Perpetua verborum venustas.

98 Multa vocabula reviviscent et in pristinum statum redibunt. 99 Loquendi consuetudo. 1 In cujus potestate est judicium et potestas et norma loquendi.

2 Quibus pedibus, quo carminis genere, scilicet heroïco.

3 Carminibus Elegiacis, quorum alterum est hexametrum, alterum pentametrum. 4 Res tristes. 5 Res lætæ, quæ nobis ex animi sententia eveniunt.

6 Elegos tenues, qui tam sublimi

Grammatici certant, et adhuc sub [7] judice lis est.
Archilochum [8] proprio rabies [9] armavit ïambo :
[10] Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni,
[11] Alternis aptum sermonibus, [12] et populares
Vincentem strepitus, et [13] natum rebus agendis.
Musa dedit [14] fidibus Divos, [15] puerosque Deorum,
[16] Et pugilem victorem, [17] et equum certamine primum,
Et juvenum [18] curas, [19] et libera vina referre.
[20] Descriptas servare vices, [21] operumque colores,
[22] Cur ego, si nequeo, ignoroque, poëta salutor?
[23] Cur nescire, pudens prave, quam discere malo?
Versibus exponi tragicis res comica [24] non vult :
Indignatur item [25] privatis, ac [26] prope socco
Dignis carminibus narrari [27] cœna Thyestæ.
[28] Singula quæque locum teneant [29] sortita decenter.
Interdum tamen et vocem Comœdia [30] tollit,
[31] Iratusque Chremes [32] tumido delitigat ore.

stylo non conficiuntur. 7 Lis nondum finita. 8 Iambo à se invento. 9 Armavit in Lycamben socerum et ejus filiam.

10 Hunc versum ïambicum admiserunt Comœdiæ et Tragœdiæ. Soccis Comœdi, cothurnis Tragœdi usi sunt. 11 Sermonibus mutuis. 12 Altius sonantem in scena quam clamorem populi versibus ïambicis delectati.

13 Habentem aptitudinem naturalem ad fabulas agendas.

14 Versibus lyricis. 15 Deorum filios, id est, heroas. 16 Pugnis et manibus acrem. 17 Equum qui cursu vicit. 18 Juvenum amores. 19 Symposia, in quibus ebrii operta recludunt libere.

20 Suas cujusque poëmatis partes servare. 21 Multiplices poëmatum varietates, quæ ut res pictæ, coloribus distinguuntur. 22 Cur Poëta nomen mihi adscisco? 23 Cur prave pudens, id est, turpiter verecundus, malo nescire quam discere?

24 Non debet. 25 Humilibus, quales solent esse homines privati, qui magistratum non gerunt. 26 Stylo comico. 27 Tragœdia de Thyeste scripta ponitur hic pro omni tragœdia.

28 Unaquæque materia sive comica, sive tragica suo carmine decenti et proprio tractetur. 29 Ut sors tulerit.

30 Comœdia vocem tollit, cum aliquid indignum describitur et infandum. 31 Apud Terentium. 32 Tragicis

Et tragicus plerumque dolet sermone [33] pedestri.
[34] Telephus, [35] et Peleus, cum pauper, et exul uterque,
[36] Projicit ampullas, et [37] sesquipedalia verba,
[38] Si curat cor spectantis [39] tetigisse querela.
Non satis est [40] pulchra esse poëmata; [41] dulcia sunto,
Et quocumque volent, animum auditoris [42] agunto.
Ut ridentibus arrident, ita flentibus [43] adflent
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi; [44] tunc [45] tua me infortunia lædent,
Telephe, vel Peleu: [46] male si mandata loqueris,
Aut dormitabo, aut ridebo. Tristia mœstum
Vultum verba decent; iratum, [47] plena minarum;
Ludentem, lasciva; severum, seria dictu.
Format enim natura prius nos [48] intus ad omnem
[49] Fortunarum habitum; [50] juvat, aut [51] impellit ad iram,
[52] Aut ad humum mœrore gravi deducit, et angit;

verbis acriter litigat et objurgatur.

33 Humili dictione. 34 Telephus Mysorum rex in egestate versatus tragicum argumentum præbuit, ampullas tamen, id est, verba turgida et venti plena, omittit. Metaphora est ducta à vasis vitreis, quæ artifices suo spiritu vehementer inflant. 35 Peleus pater Achillis, ejectus à patre Æaco ob Phocum fratrem interfectum, exulavit.

36 Longe à se rejicit. 37 Verba longa et nimium producta. 38 Si dolorem spectatoribus velit inurere. 39 Commovisse querimonia.

40 Poëmata diserta et magnificis verbis redundantia. 41 Dulci ratione auditorum animos alliciant. 42 Impellant.

43 Etsi in omnibns fere editionibus reperias, *flentibus adsunt*, hanc quam secuti sumus veluti genuinam, teste Bentl. lector, accipe. 44 Cum ipse primus dolebis, ô Telephe vel Peleu, id est, tu histrio, qui in scena hos repræsentas. 45 Tuæ calamitates me dolore afficient. 46 Si indecenter rem tibi mandatam exprimes, verbis utens à persona vel fortuna tua alienis, aut dormiam, etc.

47 Verba minarum plena decent iratum.

48 In animo. 49 Ad omnem fortunæ varietatem vultu et animo exprimendam. 50 Si fortuna sit secunda, natura gaudemus et lætamur. 51 Si fortuna sit adversa. 52 Aut valde affligit.

[53] Post effert animi motus interprete [54] lingua.
Si dicentis erunt [55] fortunis absona dicta,
[56] Romani tollent equites, peditesque cachinnum.
Intererit multum, [57] Davusne loquatur, an heros;
[58] Maturusne senex, an adhuc florente juventa
[59] Fervidus; an [60] matrona potens, an [61] sedula nutrix;
Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli;
[62] Colchus, an Assyrius; Thebis nutritus, an Argis.
[63] Aut famam sequere, [64] aut sibi convenientia finge
Scriptor. [65] Honoratum si forte reponis Achillem;
[66] Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
[67] Jura neget sibi nata, [68] nihil non arroget armis.
[69] Sit Medea ferox, invictaque; [70] flebilis Ino,
[71] Perfidus Ixion, [72] Io vaga, [73] tristis Orestes.

53 Natura deinde per orationem, curas et perturbationes animi perspicue eloquitur. 54 Est munus linguæ, animum interpretari. 55 A statu et conditione loquentis aliena. 56 Universus populus Romanus effuse ridebit.

57 Multum interest servusne subdolus et fallax loquatur, an heros. Bentl. legit *Divusne*; sed nos, cum J. Bond et cæteris, prætulimus *Davusne*; ut oppositio inter servum et heroem, inter senem et juvenem, etc. sit plenior et rectior. 58 Ætate grandis. 59 Juvenis. 60 Fœmina clarissima. 61 Nutrix officiosa. 62 Quia multum differt natio à natione, locus à loco. 63 Si certam historiam scribas, sequere famam prout ab aliis accepisti. 64 Sin historiam fingas, habeat artem figmentum tuum, ita ut extrema cum primis, utraque cum mediis conveniant, et sua cuique personæ convenientia tribuas.

65 Magnum et illustrem Achillem si ad Homeri imitationem describas. 66 Velox sit et strenuus. 67 Sit legum contemptor. 68 Omnia putet se armis consequi posse.

69 Sit Medea animosa et vehemens, quæ Jasonis perfidiam ulta filios ei comedendos apposuit, fratremque Absyrtem obtruncavit. 70 Ino Athamantem maritum furiosum fugiens, se cum filio in mare præcipitavit. 71 Ixion socerum suum ad epulas sumptuosas invitans, in fossam jam inflammatam eum fecit incidere, atque ita flammis consumptus est. 72 Io in vaccam versa, œstroque à Junone agitata, usque eo vagata est, donec in Ægyptum pervenit. 73 Tristis propter conscientiam occisæ matris.

Si quid [74] inexpertum scenæ committis, et audes
[75] Personam formare novam, servetur [76] ad imum,
Qualis [77] ab incœpto processerit, et [78] sibi constet.
[79] Difficile est proprie communia dicere : tuque
Rectius [80] Iliacum carmen deducis [81] in actus,
Quam si proferres ignota, [82] indictaque primus.
[83] Publica materies privati juris erit, [84] si
Nec circa [85] vilem patulumque moraberis orbem;
[86] Nec verbum verbo curabis reddere, fidus
Interpres; [87] nec desilies imitator in arctum,
Unde pedem [88] proferre pudor vetet, aut operis [89] *lex.*
Nec sic incipies, [90] ut scriptor cyclicus olim :
[91] *Fortunam Priami cantabo, et nobile bellum.*
Quid dignum [92] tanto feret hic promissor hiatu?

74 Ab aliis Poëtis non tractatum. 75 De qua nullus allius Poëta dixerit. 76 Ad finem usque. 77 Ab initio. 78 Sit semper idem, à suis moribus non recedens.

79 Difficile est communia, id est, argumenta fabularum à nullo ante tractata, ita proprie dicere, id est, ita præclare scribere, ut proprie tua, jure dici possint. 80 Argumentum Tragœdiæ ex Homeri Iliade rectius in scenam producis quam, etc. 81 Actus in Comœdia vel Tragœdia, pars est pleno perfectoque sensu, qua finita proscenium vacuum relinquitur. 82 Non dicta ab aliis.

83 Argumentum ab alio publicatum, vel tractatum tuum putabitur, si argumenti tantum speciem referas; non etiam singula minutatim prosequaris.

84 Si non hærebis in circulo omnibus patente et contempto, id est, si tuum auctorem, quem imitaris, non sequeris ita religiose, ut nihil addas de tuo, nihil invenias, nihil immutes.

85 Vilem appellat, quia non magni est ingenii, totam alterius inventionem sequi. 86 Si non studebis ut fidus interpres auctorem tuum, quem imitandum tibi proposuisti, verbatim exprimere. 87 Et si tu, qui imitator es, non conjicies te in locum tam angustum, unde te explicare honeste non possis sine pudore et reprehensione. 88 Discedere ab iis, quæ temere es aggressus. 89 Lex, quæ jubet, aut penitus non incipere, aut incœpta perficere.

90 Ut Poëta circumforaneus, qui in conventiculis hominibus suos versus obtrudit in orbem coactis. 91 Infelicitatem. 92 Tam pleno ore, id est, tanta verborum granditate.

[93] Parturient montes, nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius [94] hic, qui nil molitur inepte!
[95] Dic mihi, Musa, [96] virum, captæ post tempora Trojæ,
Qui mores hominum multorum vidit, et urbes.
[97] Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat, [98] ut speciosa dehinc miracula promat,
[99] Antiphaten, [1] Scyllamque [2] et cum Cyclope Charybdim.
[3] Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec [4] gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.
Semper [5] ad eventum festinat, [6] et in medias res,
Non secus ac notas, auditorem rapit; et quæ
Desperat tractata [7] nitescere posse, relinquit.
[8] Atque ita mentitur, sic veris falsa [9] remiscet,
[10] Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

93 Usurpatur hoc proverbium in eos qui aureos montes pollicentur, sed minima præstant.

94 Scilicet Homerus, qui conatur nihil imperite scribere.

95 Duobus hisce versibus Horatius utcumque expressit principium Odysseæ tribus versibus constans. 96 Ulyssem.

97 Fumus fulgorem subsequi proverbialiter dici potest, quando ex magnificis promissis tenuia et mediocria prodeunt. Lux autem dicitur fumum sequi, quando ex humilibus splendidiora existunt, quam sunt promissa.

98 Ut in processu, monstra hominum, vel ferarum dicat speciosa, id est, immania: nam corpora vasta plus habent speciei quam exigua. 99 Lestrigonum regem, hominum voratorem.

1 Hecatæ filiam, cujus latera canibus latrantibus succincta fuisse dicuntur.

2 Cum Polyphemo voraginem marinam in freto Siculo.

3 Nec reditum Diomedis à bello Trojano, aut aliam narrationem nimis longe repetit, id est, non sumit principium poëmatis à prima origine, præcepit enim Poëta longo proœmio non esse utendum. 4 Ex ovorum uno exclusi sunt Pollux et Helena, ex altero Castor et Clytemnestra.

5 Festinat ad propositum scopum. 6 Omissis rerum principiis, perinde ac si nota essent, rapit auditorem in res medias. 7 Oratione splendescere, seu verbis polite explicari.

8 Atque sic mentitur et falsa dicit, ut omnia inter se maxime cohæreant. 9 Commiscet. 10 A principio.

[11] Tu, quid ego, et populus mecum desideret, audi.
[12] Si plausoris eges aulæa manentis, et usque
Sessuri, [13] donec cantor, vos plaudite, dicat;
Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,
[14] Mobilibusque decor naturis dandus [15] et annis.
[16] Reddere qui voces jam scit puer, [17] et pede certo
Signat humum, gestit [18] paribus colludere, [19] et iram
Colligit ac ponit temere, et mutatur in horas.
Imberbus juvenis, tandem [20] custode remoto,
Gaudet equis, [21] canibusque, [22] et aprici gramine campi;
[23] Cereus in vitium flecti, [24] monitoribus asper,
[25] Utilium tardus provisor, prodigus [26] æris,
[27] Sublimis, [28] cupidusque, et amata relinquere [29] pernix.
[30] Conversis studiis, ætas, animusque virilis
Quærit opes, et amicitias, [31] inservit honori:
Commisisse cavet quod mox mutare [32] laboret.
Multa senem [33] circumveniunt incommoda, vel quod
[34] Quærit, et inventis miser abstinet, ac timet uti;

11 Tu, ô Poëta, qui scribis aliquid, audi. 12 Si spectatorem plausu faventem cupis tibi contingere, qui tantisper maneat in theatro, donec aulæa, removeantur. *Aulæis enim parietes scenæ fuerunt ornati.* 13 Donec histrio, peracta fabula, dicat: vos plaudite. 14 Crescentibus, aut decrescentibus naturis suum cuique decorum est tribuendum. 15 Et sua cuique ætati proprietas est habenda.

16 Puer, qui scit singula articulate eloqui, et ad interrogata respondere, gestit, etc. 17 Et pede confirmato ita incendit, ut signet humum, vestigium imprimens. 18 Cum æqualibus, qui sunt ejusdem fere ætatis. 19 Repente irascitur ac facile placatur.

20 Pædagogo remoto. 21 Venationes. 22 Aprico campo, non opaco. *Licet hoc de Campo Martio intelligere, in quo adolescentes se varie exercebant.* 23 Flexilis ad vitium. 24 Inimicus iis, qui eum peramanter monent. 25 Quæ sibi prosint. 26 Pecuniæ. 27 Superbus, elatus. 28 Vehementer omnia concupiscens. 29 Velox ad relinquendum quod concupiverat.

30 Cum ætate convertuntur studia. 31 In honorum studio occupatus est. 32 Conetur.

33 Premunt, gravant. 34 Senex di-

Vel quod res omnes [35] timide, gelideque ministrat,
[36] Dilator, [37] spe longus, [38] iners, [39] avidusque futuri,
[40] Difficilis, querulus, laudator temporis acti
[41] Se puero, [42] censor, castigatorque minorum.
Multa ferunt [43] anni venientes commoda secum,
Multa [44] recedentes adimunt. Ne forte seniles
Mandentur juveni [45] partes, pueroque viriles;
Semper [46] in adjunctis, ævoque morabimur aptis.
Aut agitur res in scenis, [47] aut acta refertur.
Segnius irritant animos [48] demissa per aurem,
[49] Quam quæ sunt oculis subjecta [50] fidelibus, et quæ
Ipse sibi tradit spectator. Non tamen intus
Digna geri, promes [51] in scenam; multaque tolles
Ex oculis, quæ mox narret [52] facundia præsens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet;
Aut humana palam coquat exta nefarius [53] Atreus;
Aut in avem [54] Procne vertatur, Cadmus in anguem.
Quodcumque ostendis mihi sic, [55] incredulus odi.
Neve minor, neu sit quinto productior actu

ritias quærit, quæsitis vero abstinet; vere *igitur miser est et infelix.*

35 Nimium caute et segniter administrat. 36 Rem semper Procrastinans. 37 Longinqua sperans, cum sit morti proximus. 38 Segnis et ad agendum ineptus. 39 Vitæ cupidus, φιλόζωος. Bentl. *Dilator, spe lentus, iners, avidusque futuri.* 40 Morosus. 41 In pueritia sua. 42 Quasi Censor castigans juniorum mores.

43 Anni ab incunabulis ad mediam ætatem. 44 Post mediam ætatem.

45 Partes pro officio. 46 In iis moribus, qui sunt appositi et unicuique ætati apti.

47 Quia res est visu fœda, vel nimis atrox et incredibilis.

48 Audita. 49 Quam quæ cernuntur. 50 Ad fidem faciendam, magis valent oculi quam aures.

51 In conspectum. 52 Oratio diserta coram spectatoribus.

53 De quo vide Od. XVI. lib. I.

54 Procne Ityn filium Tereo marito comedendum apposuit, vide Od. XII. lib. IV.

55 Non credens, contemno et odio

[56] Fabula, quæ [57] posci vult, et spectata [58] reponi.
[59] Nec Deus intersit, nisi dignus vindice [60] nodus
Inciderit; [61] nec quarta loqui persona laboret.
[62] Actoris partes chorus, officiumque [63] virile
Defendat; [64] neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, [65] et hæreat apte.
[66] Ille bonis faveatque, et [67] consilietur amicis;
[68] Et regat iratos, et amet pacare [69] tumentes.
[70] Ille dapes laudet mensæ brevis; ille [71] salubrem
Justitiam, legesque, et apertis otia [72] portis;
Ille tegat [73] commissa, Deosque precetur et oret,
Ut redeat miseris, abeat [74] fortuna superbis.
[75] Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque
Æmula, sed tenuis, simplexque foramine [76] pauco
[77] Aspirare, et adesse choris erat utilis, atque

habeo. 56 Tragœdia, vel Comœdia, neque paucioribus, neque pluribus quam quinque Actibus constare debet. 57 A populo, ut iterum agatur. 58 Iterum doceri.

59 Nec Deus in scenam inducatur. 60 Res ardua et difficilis. 61 Nec plures personæ uno et eodem tempore in scenam prodeant locuturæ, quam tres.

62 Chorus ex quocumque sexu aut numero constet, unius actoris loco habeatur, suumque sermonem accommodet actioni proxime peractæ. 63 Officium virile, quamvis sit mulierum cœtus, nam masculinum genus complecti solet fœmininum. 64 Neu quid canat inter medios actus, id est, in mediis actibus, quod sit alterius argumenti et à re proposita alienum.

65 Quod non sit ad rem præsentem aptum. 66 Ille chorus *cujus officium breviter docet Horatius.* 67 Det consilium amicis. 68 Studeat iratos placare.

69 Tumentes dolore. Sic opt. edd. aliæ, *amet peccare timentes.*

70 Laudet parsimoniam et continentiam in victu. 71 Utilem: nam ut salubritas corpus, sic Justitia Rempublicam conservat. 72 Portæ clausæ bellum, apertæ pacem indicant.

73 Arcana fideicommissa ne prodat. 74 Fortuna secunda.

75 Tibia veterum tenuis fuit et simplex, id est, veteres simplici Musica in scenis usi sunt; at nunc Imperio Romano florente, tibia non solum ornatur orichalco, sed tot habet foramina, ut sonet tanquam tuba. 76 Quatuor foraminibus. 77 Aspirando seu canendo juvare choros.

[78] Nondum spissa nimis complere [79] sedilia flatu,
[80] Quo sane populus [81] numerabilis, utpote parvus,
Et frugi, castusque, verecundusque [82] coïbat.
Postquam cœpit [83] agros extendere victor, et urbem
Latior amplecti murus, [84] vinoque diurno
Placari Genius festis [85] impune diebus,
Accessit [86] numerisque, modisque licentia major.
[87] Indoctus quid enim saperet, [88] liberque laborum,
Rusticus, urbano [89] confusus, turpis honesto?
Sic priscæ [90] motumque, et [91] luxuriam addidit arti
Tibicen, [92] traxitque vagus per pulpita vestem.
Sic etiam [93] fidibus voces crevere [94] severis,
[95] Et tulit eloquium insolitum facundia [96] præceps;
[97] Utiliumque sagax rerum, [98] et divina futuri
[99] Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
Carmine qui tragico vilem certavit ob [1] hircum,

78 Sedilia nondum nimis referta. 79 In quibus sedebant spectatores.

80 In quem locum. 81 Populus adeo paucus ut facile posset numerari.

82 Congregabatur.

83 Imperium propagare. 84 De die convivari et potare. 85 Sine metu Censorum. 86 Et rhythmis et cantui.

87 Homines rustici et indocti, laboribus soluti, cum populo urbano et honesto in scena commixti, nihil sapuerunt: unde in arte Comica tanta crevit licentia ab antiquorum severitate longe discrepans, postea vero plebs à senatu et equitibus discreta fuit subselliis. 88 Defuncti laboribus. 89 Commixtus.

90 Gestum corporis et saltationem. 91 Foraminum actionem, vel scenici ornatum sumptuosum. 92 Usus est veste ad talos demissa, huc et illuc se per scenam circumferens.

93 Citharis accesserunt et multiplicati sunt modi et soni, id est, chordæ. 94 Ob res severas, quas numero et harmonia citharœdus imitatur. 95 Et protulit. 96 Celeriter fluens. 97 Et sententia, id est, prudens oratio personarum, ex quibus chorus constitit, parum ab Apollinis oraculo destitit.

98 Divinans futurum. 99 Unde sortes, id est, oracula petuntur.

1 Hircus præmii loco, tragœdiarum scriptoribus datus est.

Mox etiam agrestes Satyros [2] nudavit, [3] et asper
[4] Incolumi gravitate jocum tentavit; eo quod
Illecebris erat, et grata novitate [5] morandus
Spectator, [6] functusque sacris, et potus, et exlex.
Verum ita [7] risores, ita [8] commendare dicaces
Conveniet Satyros, [9] ita vertere seria ludo,
Ne, quicumque Deus, quicumque [10] adhibebitur heros,
Regali conspectus in auro [11] nuper et ostro,
[12] Migret in obscuras humili sermone tabernas;
Aut, [13] dum vitat humum, nubes et inania captet.
[14] Effutire leves indigna Tragœdia versus,
Ut festis matrona [15] moveri jussa diebus,
Intererit Satyris paulum pudibunda protervis.
Non ego [16] inornata, et [17] dominantia nomina solum,
Verbaque, Pisones, [18] Satyrorum scriptor, amabo;
Nec sic enitar [19] tragico differre colori,
Ut nihil intersit, [20] Davusne loquatur, et audax

2 Satyros nudos introduxit verbis et moribus obscœnis risum moventes.

3 Primo asper in Tragœdia, mox asperitatem facetiis condivit. 4 Salva gravitate Tragœdiæ.

5 Delectandus novitate, quæ solet esse omnibus gratissima. 6 Post sacra et epulas ebrius et sine lege vivens.

7 Satyri dicuntur risores, vel quod risum moveant, vel quod res rideant humanas. 8 Auditorum auribus. 9 Poëma serium jocis satyricis ita commiscere. 10 In Tragœdia introducetur.

11 Paulo ante. 12 Ne utatur sermone humili et abjecto, qualis est tabernariorum et opificum oratio. 13 Dum comicam humilitatem reformidat, ne intumescat, captans magna supra vires, quasi inter nubes et cœlum versans. 14 Inepte loqui. Ordo et sententia verborum hæc est. Tragœdia quæ indigna est, in qua versus leves emittantur, intererit, id est, versabitur inter satyras velut pudica fœmina, quæ non nisi coacta festis diebus modice saltat. 15 Saltare.

16 Nomina simplicia et incondita. 17 Nomina propria, quæ in suo sensu dominantur, non expulsa de sede sua à translatis, qualia sunt verba ad Venerem spectantia, ut Mentula, Cunnus, et similia. 18 Si ego Satyras in Tragœdia scriberem. 19 A tragica magniloquentia. 20 Utrum Davus,

Pythias, [21] emuncto lucrata Simone talentum;
[22] An custos, famulusque Dei Silenus alumni.
[23] Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis
Speret idem, [24] sudet multum, frustraque laboret
[25] Ausus idem: [26] tantum series, juncturaque pollet!
Tantum de medio [27] sumptis accedit honoris!
[28] Silvis deducti caveant, me judice, [29] Fauni,
[30] Ne, velut innati triviis, ac pene forenses,
Aut nimium teneris [31] juvenentur versibus unquam,
[32] Aut immunda crepent, [33] ignominiosaque dicta.
Offenduntur enim, [34] quibus est equus, et pater, et res:
Nec si quid [35] fricti ciceris probat, et nucis emptor,
[36] Æquis accipiunt animis, [37] donantve corona.
[38] Syllaba longa brevi subjecta, vocatur ïambus,
[39] Pes citus; [40] unde etiam trimetris [41] accrescere jussit

Pythias, Simo, personæ comicæ loquantur, an Silenus, persona satyrica. 21 Deluso. Metaphora à quadrupedibus, quibus lac subtractum est. 22 An tragica et gravior persona loquatur, qualis fuit Silenus, custos et minister Bacchi nutricius.

23 Ex re nota, non abstrusa fictum sequar, id est, carmen satyricum fingam, atque ejusmodi erit carmen, ut quivis speret se tale posse fingere.

24 Multum laboris sumat. 25 Conatus idem. 26 Tantum valent rerum dispositio et verborum structura, ut difficile sit imitari. 27 Rebus vulgaribus.

28 E silvis, id est, è proscenio nemoroso producti in scenam civilem. 29 Quorum princeps est Pan. A Græcis Satyri dicuntur. 30 Ne velut nati in triviis, id est, locis celeberrimis, ac pene in medio foro. 31 Ne versibus nimium excultis juveniliter lasciviant. 32 Aut verba nimis obscœna loquantur, 33 Quæ alicujus existimationem lædant. 34 Equites, patricii et locupletes. 35 Fricti ciceris emptor, est homo pauper et plebeius, qui cicere, interea dum agebantur fabulæ, et quovis alio tempore, famem levaret. 36 Patienter audiunt. 37 Remunerant; nam bonos Poëtas edera coronabant.

38 Iambus ex duabus syllabis conficitur, priore brevi, posteriore longa. 39 Pes celeriter currens, qui cito promitur, præsertim si comparetur cum spondæo tardo. 40 Ex quo, quod ïambus sit ita citus, jussit ïambos versus senarios, trimetros quoque nominari. 41 Trimetris addi.

Nomen iambeis, [42] cum senos redderet ictus,
[43] Primus ad extremum similis sibi: [44] non ita pridem,
Tardior ut paulo, [45] graviorque veniret ad aures,
Spondeos stabiles in jura paterna [46] recepit
[47] Commodus et patiens; non ut de sede secunda
Cederet, aut quarta [48] socialiter. [49] Hic et in [50] Accî
Nobilibus trimetris apparet rarus, et Ennî.
In scenam missus [51] magno cum pondere versus,
Aut operæ celeris nimium, curaque carentis,
Aut ignoratæ [52] premit artis crimine turpi.
Non quivis videt [53] immodulata poëmata judex;
Et data Romanis venia est [54] indigna Poëtis.
[55] Idcircone vager, scribamque licenter? [56] an omnes
Visuros peccata putem mea, tutus, et [57] intra
Spem veniæ cautus? vitavi denique culpam,
[58] Non laudem merui. [59] Vos exemplaria [60] Græca
[61] Nocturna versate manu, versate diurna.

42 Cum haberet sex pedes. 43 A principio ad finem, olim ex iambis duntaxat constans.

44 Non diu est, cum inseri cœperunt spondæi et alii pedes inter iambos. 45 Vox tardior, et ad movendos animos aptior sua mora, tametsi percipiatur segnius. 46 Iambus recepit spondæos stabiles, id est, graves et tardos, in sua jura, sed ita, ut è secunda aut quarta sede non depelleretur. 47 Sese accommodans et libenter locum dans spondæis. 48 Mutuo, pariter.

49 Hic iambus. 50 Accius et Ennius, in Tragœdiis quas scripserunt, raros iambos adhibuerunt.

51 Versus crebris spondæis tardatos. 52 Iambus raro adhibitus indicat versus præpropere et negligenter scribi, vel sine arte et minus accurate.

53 Poëmata methodo et modulo poëtico non recte efficta. 54 Immerito.

55 Idcircone sine arte scribere debeam, quia errata in scriptis meis nemo est animadversurus? 56 An, etsi putem omnes visuros peccata mea; tamen tutus et cautus intra spem veniæ immerito à Romanis concessæ pro levibus culpis, scribam, etc. 57 Tutus intra spem veniæ, id est, sperans me veniam impetraturum.

58 Is solus laudem meretur, qui recte facit, non qui culpam vitavit.

59 O Pisones. 60 Græci optime et caute scripserunt. 61 Nam studiosis non est dormiendum nimis.

At vestri proavi Plautinos et [62] numeros, et
Laudavere [63] sales, nimium patienter [64] utrumque,
Ne dicam [65] stulte, mirati; si modo ego [66] et vos
Scimus [67] inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimumque sonum [68] digitis callemus, et aure.
Ignotum tragicæ genus invenisse Camœnæ
Dicitur, et plaustris vexisse poëmata [69] Thespis,
Quæ [70] canerent, agerentque [71] peruncti fæcibus ora.
Post hunc [72] personæ, pallæque repertor [73] honestæ
Æschylus, et modicis instravit [74] pulpita tignis,
Et docuit [75] magnumque loqui, [76] nitique cothurno.
Successit vetus [77] his Comœdia, non sine multa
Laude; sed [78] in vitium libertas excidit, [79] et vim
Dignam lege regi. [80] Lex est accepta, chorusque
[81] Turpiter obticuit, [82] sublato jure nocendi.
[83] Nil intentatum nostri liquere Poëtæ,
Nec minimum meruere decus, [84] vestigia Græca

62 Numeros poëticos. 63 Facetias. 64 Numeros et sales. 65 Stulte sentiebant, quia verum ignorabant. Stultitia autem oritur ex ignorantia. 66 Et vos, ô Pisones. 67 Inurbane dictum ab eleganti joco distinguere. 68 Digitis digerendo versus in pedes, aure audiendo, an versus sit numerosus. 69 Thespis Atheniensis primus Poëta tragicus, tragœdias docuit, atque egit in plaustris, quibus Poëtæ circa vicos fuerunt circumacti antequam scena esset inventa. 70 Ipsi Poëtæ. 71 Habentes ora fæcibus vini peruncta. Nondum enim usus erat personarum. 72 Repertor larvæ, qua vera histrionum facies fuit tecta, ne agnosceretur. 73 Pallæ decoræ, quæ ad imos usque pedes esset demissa. 74 Scenam modice instituit. 75 Perfectiorem eloquentiam. 76 Gestare cothurnum, qua nituntur incedentes.

77 Tragœdiis vetus Comœdia fuit posterior. 78 Postquam cœperunt honestos maledictis et turpibus convitiis nominatim insectari. 79 Maledicentiam. 80 De cohibenda maledicentia veteris comœdiæ. 81 Obticuit, legis pœna perterritus. Vel junge *turpiter* cum gerundio nocendi. 82 Adempta licentia maledicendi.

83 Poëtæ Latini. 84 Cum recederent à Græcis exemplaribus et facta Romana scriberent, nihil in scribendo

Ausi deserere, et celebrare domestica facta;
Vel qui [85] prætextas, vel qui docuere [86] togatas.
Nec [87] virtute foret, clarisve potentius armis,
Quam [88] lingua, Latium, [89] si non offenderet unum-
Quemque Poëtarum [90] limæ labor, [91] et mora. Vos, ô
[92] Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
Multa dies, et [93] multa litura coërcuit, atque
[94] Presectum decies non castigavit ad unguem.
[95] Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit, et [96] excludit sanos Helicone Poëtas
Democritus; [97] bona pars non ungues ponere curat,
Non barbam; secreta petit loca, [98] balnea vitat.
Nanciscetur enim [99] pretium, nomenque Poëtæ,
[1] Si tribus Anticyris caput [2] insanabile [3] nunquam
Tonsori [4] Licino commiserit. O ego [5] lævus,

prætermiserunt. 85 Latinas fabulas in quibus prætextati, id est, personæ nobiles, fuerunt inducti. 86 Fabulas tabernarias, in quibus plebeiæ et privatæ personæ fuerunt inductæ.

87 Virtute militari. 88 Eloquentia et re litteraria. 89 Si unusquisque Poëtarum sua scripta emendaret accuratius, etc. 90 Emendandi cura. Metaphora ab artificibus mechanicis, qui lima opus suum perpoliunt. 91 Poëmatum editio in aliud tempus differenda.

92 A Numa Pompilio originem ducentes, vos ô Pisones reprehendite, etc. 93 Frequens emendatio retinet invitum. 94 Non perfectissime polivit. Metaphora ducta à marmorariis artificibus, qui unguibus juncturas probant et opus perpoliunt.

95 Democritus Philosophus Abderitanus putavit ingenium fortunatius, id est, multo melius esse ad scribenda poëmata, quam artem, quæ sine ingenio misera est. 96 Negat eos esse bonos Poëtas, qui non insaniunt. Est Helicon mons Bœotiæ, Musis sacer. 97 Magna pars Poëtarum non curat ungues præsecare eorumque sordes demere. 98 In balneis non lavatur.

99 Auctoritatem et dignitatem Poëtæ. 1 Si insani speciem præ se ferat. In insula Anticyra multum nascitur hellebori, quo sumpto dementes sanantur. 2 Caput quod helleboro sanari non possit. 3 Si caput nunquam tondendum curaverit. 4 Tonsori opulentissimo, qui postea factus est Senator à Cæsare, quod odisset Pompeium.

5 Ego stultus.

Qui purgo bilem [6] sub verni temporis horam!
Non alius faceret [7] meliora poëmata: verum
[8] Nil tanti est. [9] Ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, [10] exsors ipsa secandi.
[11] Munus et officium, nil scribens ipse, docebo:
Unde parentur [12] opes; [13] quid alat [14] formetque Poëtam;
Quid deceat, quid non; quo virtus, quo ferat [15] error.
Scribendi recte, [16] sapere est et principium, et fons.
[17] Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere [18] chartæ;
[19] Verbaque provisam rem non invita sequentur.
Qui didicit [20] patriæ quid debeat, et quid amicis;
Quo sit amore parens, quo frater amandus, et hospes;
Quod sit [21] conscripti, quod judicis officium; quæ
Partes in bellum missi ducis; ille profecto
Reddere personæ scit [22] convenientia cuique.
Respicere [23] exemplar vitæ morumque jubebo
[24] Doctum imitatorem, [25] et veras hinc ducere voces.
Interdum speciosa [26] locis, [27] morataque recte

6 In vere, *quod tempus purgationibus Hippocrates decernit.*

7 Meliora quam ego, nisi me purgarem. 8 Nil tanti æstimo, ut adduci possim ad imitandum hosce Democraticos.

9 Ergo cotis munus obibo. 10 Sine sorte et facultate secandi.

11 Docebo munus Poëtarum.

12 Opes poëticæ, id est, res et facultas poëtica. 13 Inventio scilicet.

14 Quod informet et erudiat, *nempe elocutio et reliquæ partes.* 15 Artis et virtutis ignoratio.

16 Philosophum esse, non insanum.

17 Materiam, argumentum. 18 Philosophorum scripta, vel libri à Socratis discipulis scripti. 19 Elocutio præparatam inventionem ultro sequitur: rerum enim copia, verborum copiam gignit. *Cic. lib. de Orat.*

20 Qui scit in tribuendis officiis delectum habere personarum, cognoscit ille quid deceat, estque optimus Poëta.

21 Senatoris. 22 τὰ πρέποντα, decora.

23 Ideam seu perfectam speciem vitæ humanæ. 24 Eruditum et prudentem Poëtam. 25 Et hinc, id est, ex vita quotidiana et moribus hominum veras voces elicere. Alii leg. *vivas.*

26 Locis communibus ornata, vel ut alii legunt, jocis referta. 27 In qua

Ausi deserere, et celebrare domestica facta;
Vel qui [85] prætextas, vel qui docuere [86] togatas.
Nec [87] virtute foret, clarisve potentius armis,
Quam [88] lingua, Latium, [89] si non offenderet unum-
Quemque Poëtarum [90] limæ labor, [91] et mora. Vos, ô
[92] Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
Multa dies, et [93] multa litura coërcuit, atque
[94] Presectum decies non castigavit ad unguem.
[95] Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit, et [96] excludit sanos Helicone Poëtas
Democritus; [97] bona pars non ungues ponere *curat*,
Non barbam; secreta petit loca, [98] balnea vitat.
Nanciscetur enim [99] pretium, nomenque Poëtæ,
[1] Si tribus Anticyris caput [2] insanabile [3] nunquam
Tonsori [4] Licino commiserit. O ego [5] lævus,

prætermiserunt. 85 Latinas fabulas in quibus prætextati, id est, personæ nobiles, fuerunt inducti. 86 Fabulas tabernarias, in quibus plebeiæ et privatæ personæ fuerunt inductæ.

87 Virtute militari. 88 Eloquentia et re litteraria. 89 Si unusquisque Poëtarum sua scripta emendaret accuratius, etc. 90 Emendandi cura. Metaphora ab artificibus mechanicis, qui lima opus suum perpoliunt. 91 Poëmatum editio in aliud tempus differenda.

92 A Numa Pompilio originem ducentes, vos ô Pisones reprehendite, etc. 93 Frequens emendatio retinet invitum. 94 Non perfectissime polivit. Metaphora ducta à marmorariis artificibus, qui unguibus juncturas probant et opus perpoliunt.

95 Democritus Philosophus Abderitanus putavit ingenium fortunatius, id est, multo melius esse ad scribenda poëmata, quam artem, quæ sine ingenio misera est. 96 Negat eos esse bonos Poëtas, qui non insaniunt. Est Helicon mons Bœotiæ, Musis sacer. 97 Magna pars Poëtarum non curat ungues præsecare eorumque sordes demere. 98 In balneis non lavatur.

99 Auctoritatem et dignitatem Poëtæ. 1 Si insani speciem præ se ferat. In insula Anticyra multum nascitur hellebori, quo sumpto dementes sanantur. 2 Caput quod helleboro sanari non possit. 3 Si caput nunquam tondendum curaverit. 4 Tonsori opulentissimo, qui postea factus est Senator à Cæsare, quod odisset Pompeium.

5 Ego stultus.

Qui purgo bilem [6] sub verni temporis horam!
Non alius faceret [7] meliora poëmata : verum
[8] Nil tanti est. [9] Ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, [10] exsors ipsa secandi.
[11] Munus et officium, nil scribens ipse, docebo :
Unde parentur [12] opes; [13] quid alat [14] formetque Poëtam;
Quid deceat, quid non; quo virtus, quo ferat [15] error.
Scribendi recte, [16] sapere est et principium, et fons.
[17] Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere [18] chartæ;
[19] Verbaque provisam rem non invita sequentur.
Qui didicit [20] patriæ quid debeat, et quid amicis;
Quo sit amore parens, quo frater amandus, et hospes;
Quod sit [21] conscripti, quod judicis officium; quæ
Partes in bellum missi ducis; ille profecto
Reddere personæ scit [22] convenientia cuique.
Respicere [23] exemplar vitæ morumque jubebo
[24] Doctum imitatorem, [25] et veras hinc ducere voces.
Interdum speciosa [26] locis, [27] morataque recte

6 In vere, *quod tempus purgationibus Hippocrates decernit.*

7 Meliora quam ego, nisi me purgarem. 8 Nil tanti æstimo, ut adduci possim ad imitandum hosce Democraticos.

9 Ergo cotis munus obibo. 10 Sine sorte et facultate secandi.

11 Docebo munus Poëtarum.

12 Opes poëticæ, id est, res et facultas poëtica. 13 Inventio scilicet.

14 Quod informet et erudiat, *nempe elocutio et reliquæ partes.* 15 Artis et virtutis ignoratio.

16 Philosophum esse, non insanum.

17 Materiam, argumentum. 18 Philosophorum scripta, vel libri à Socratis discipulis scripti. 19 Elocutio præparatam inventionem ultro sequitur : rerum enim copia, verborum copiam gignit. *Cic. lib. de Orat.*

20 Qui scit in tribuendis officiis delectum habere personarum, cognoscit ille quid deceat, estque optimus Poëta.

21 Senatoris. 22 τὰ πρέποντα, decora.

23 Ideam seu perfectam speciem vitæ humanæ. 24 Eruditum et prudentem Poëtam. 25 Et hinc, id est, ex vita quotidiana et moribus hominum veras voces elicere. Alii leg. *vivas.*

26 Locis communibus ornata, vel ut alii legunt, jocis referta. 27 In qua-

Fabula, [28] nullius veneris, [29] sine pondere et arte,
[30] Valdius oblectat populum, [31] meliusque moratur,
Quam versus [32] inopes rerum, [33] nugæque canoræ.
[34] Graiis ingenium, Graiis dedit [35] ore rotundo
Musa loqui, præter laudem, [36] nullius avaris.
[37] Romani pueri [38] longis rationibus assem
Discunt [39] in partes centum diducere. Dicat
Filius [40] Albini, si de [41] quincunce remota est
Uncia, quid superat? Poteras dixisse, [42] triens. [43] Eu!
Rem poteris servare tuam. [44] Redit uncia, quid fit?
[45] Semis. An hæc animos [46] ærugo, et [47] cura peculî
Cum semel imbuerit, speramus carmina [48] fingi
Posse [49] linenda cedro, et levi servanda [50] cupresso?
Aut prodesse [51] volunt, aut delectare Poëtæ,
Aut simul et jucunda et idonea dicere vitæ.
Quidquid præcipies, esto brevis, [52] ut cito dicta
Percipiant animi [53] dociles, teneantque [54] fideles.

mores personarum scite exprimuntur. 28 Nullius elegantiæ. 29 Sine verborum gravitate. 30 Validius. 31 Magis delectat. 32 Sententiarum expertes. 33 Versus leves, qui nihil aliud sunt, quam inanis perstrepentium vocum congeries.

34 Græci eloquentiam cum sapientia conjunxerunt. 35 Rotunde et eleganter. 36 Nullius rei cupidis.

37 Romani pueri statim à pueritia discunt artes ad rem augendam, Græci non item. 38 Addendo, dividendo, diminuendo, multiplicando, subtrahendo, quæ partes sunt Arithmeticæ. 39 In partes plurimas, et minutissimas dividere.

40 Fœneratoris cujusdam. 41 De quinque unciis. 42 Quatuor unciæ.

43 Bene, *Verba sunt patris vel populi responsum pueri probantis.*

44 Quincunci additur uncia.

45 Dimidia pars libræ, id est, sex unciæ.

46 Avaritia, qua præclara ingenia corrumpuntur. Metaphora ducta à metallis. 47 Cupiditas opum. 48 Scribi posse. 49 Quæ perpetuo vivant, *ea etenim quœ cedri succo linuntur non putrescunt.* 50 In capsa ex cupresso, arbore bene olente.

51 Debent. 52 Ut animi dociles cito percipiant tua dicta. 53 *Quod est ingenii.* 54 *Quod est memoriæ.*

[55] Omne supervacuum pleno [56] de pectore manat.
Ficta voluptatis causa, [57] sint proxima veris:
Nec, quodcumque volet, [58] poscat sibi fabula credi;
[59] Neu pransæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.
[60] Centuriæ seniorum agitant expertia frugis;
[61] Celsi prætereunt austera poëmata [62] Rhamnes:
[63] Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.
[64] Hic meret æra liber [65] Sosiis; hic et mare [66] transit,
Et longum noto scriptori [67] prorogat ævum.
[68] Sunt delicta tamen, quibus ignovisse [69] velimus:
Nam neque [70] chorda sonum reddit, [71] quem vult manus et mens,
[72] Poscentique gravem persæpe [73] remittit acutum;
Nec semper [74] feriet quodcumque [75] minabitur arcus.
Verum ubi [76] plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar [77] maculis, quas aut [78] incuria fudit,

55 Quæ supervacua sunt, effluant è memoria necesse est. 56 *Pectus pro memoria ponitur.* Hunc versum suspectum et interpolatum putat Bentl.

57 Verisimilia esse debent. 58 Postulet sibi credi, id est, audeat spectatorum oculis atque auribus subjicere. 59 Neve fingat Poëta Lamiam devorâsse infantem, atque eumdem puerum alvo vivum fuisse exemptum. Hoc enim abhorret à fide et natura.

60 Senes Romani aspernantur poëmata inutilia. *Alludit ad centurias, in quas singulæ tribus erant divisæ.* 61 Juvenes excelso animo contemnunt poëmata multa voluptate condita.

62 Equites Romani à Romulo sic appellati. 63 Omnibus et senum et juvenum suffragiis præstantissimus Poëta judicatur, qui dulcis est in poëmate et utilis. 64 Istiusmodi poëma pretium meretur et multos reperit emptores.

65 Bibliopolis seu scriptoribus librariis. 66 Ad exteras nationes. 67 Nam præstantes Poëtæ etiam mortui vivunt.

68 Sunt quædam Poëtarum errata. 69 Ignovisse oportet. 70 Ut Musici aliquando errant, sic etiam Poëtæ.

71 Sonum quem manus et voluntas expetit. 72 Citharœdo. 73 Reddit sonum acutum. 74 Sagittarius. 75 Quodcumque arcus minabitur ferire.

76 Plura ornamenta. 77 Erratis.

78 Quæ temere effluxerunt.

[79] Aut humana parum cavit natura. [80] Quid ergo est?
Ut scriptor si peccat idem librarius [81] usque,
[82] Quamvis est monitus, venia caret; ut citharœdus
Ridetur, chorda qui semper [83] oberrat eadem:
Sic mihi, qui multum cessat, fit [84] Chœrilus ille,
[85] Quem bis terque bonum, cum risu miror; [86] et idem
Indignor [87] quandoque [88] bonus dormitat Homerus.
Verum operi longo fas est [89] obrepere somnum.
[90] Ut pictura, poësis [91] erit: quæ, si propius stes,
[92] Te capiet magis; et quædam, si longius abstes.
[93] Hæc amat obscurum; [94] volet hæc sub luce videri,
Judicis [95] argutum quæ non formidat acumen.
[96] Hæc placuit semel; hæc decies repetita placebit.
[97] O major juvenum, quamvis et [98] voce paterna
[99] Fingeris ad rectum, et per te sapis, hoc tibi dictum
[1] Tolle memor: [2] certis medium et tolerabile rebus

79 Aut quas natura humana non potuit cavere.

80 Quid ergo dicendum? 81 Semper. 82 Etiamsi fuerit monitus. 83 Semper unam eamdemque chordam tangendo. 84 Est similis Chœrili mali Poëtæ. 85 Quem mirari soleo, si duobus, vel tribus locis laudabiliter scribat. 86 Et ego idem indigne fero, cum Homerum vel alium excellentem Poëtam lapsum esse animadverto. 87 Quandocumque. 88 Errat.

89 In errorem incidere.

90 Poëma ita se habet ut pictura. Nam pictura est poësis loquens, poësis autem tacita pictura. 91 Alia pictura reperitur omnibus numeris absoluta, quæ in luce quo magis spectatur, eo magis placeat: alia vero rudibus lineamentis tantum constans laudari potest, sed procul spectata: sic poësis perfecta, quo diligentius excutitur, eo videtur excellentior, at si sit deterior, leviter tantum et obiter est legenda. 92 Te magis delectabit.

93 Pictura deterior. 94 Pictura melior. 95 Limatum, politum vel subtile ingenium judicis, id est, lectoris.

96 Poësis mala semel, at bona decies repetita, placebit.

97 O Piso, qui ex duobus fratribus ætate es provectior. 98 Paternis præceptis. 99 Confirmatis ad rectam poëtices imitationem. 1 Sume tibi quod dicturus sum, et memoria tene.

2 Quibusdam artibus et disciplinis

Recte concedi. Consultus juris, et actor
Causarum mediocris, abest [3] virtute diserti
Messalæ, [4] nec scit quantum Cascellius Aulus;
Sed tamen [5] in pretio est. [6] Mediocribus esse Poëtis
Non Dî, non homines, non concessere [7] columnæ.
Ut gratas inter mensas [8] symphonia discors,
[9] Et crassum unguentum, et [10] Sardo cum melle papaver
Offendunt, poterat [11] duci quia cœna sine istis;
Sic animis natum, inventumque poëma juvandis,
[12] Si paulum summo discessit, [13] vergit ad imum.
[14] Ludere qui nescit, [15] campestribus abstinet armis;
Indoctusque pilæ, [16] discive, [17] trochive quiescit,
[18] Ne spissæ risum tollant [19] impune coronæ:
[20] Qui nescit, versus tamen audet fingere. [21] Quid ni?
Liber et ingenuus, præsertim [22] census equestrem
Summam nummorum, [23] vitioque remotus ab omni.

mediocritatem et tolerabilitatem, id est, non excellentem cognitionem concedi, at poëtice mediocris tolerabilis non est.

3 Ab eloquentia Messalæ Corvini abest; id est, Messalæ diserto multo est inferior. 4 Non est tam doctus in Jure civili, quam Aulus Cascellius. 5 Quamvis sit mediocris.

6 Verum, ut Poëtæ sint mediocres, non homines, non, etc. 7 Columnæ, quæ in theatris fuerunt erectæ, vel ad quas libri prostiterunt venales.

8 Musica nullum concentum reddens. 9 Unguentum obtusi odoris, quo veteres in cœna caput sibi unxerunt. 10 Quod deterrimum est propter herbas amaras, ex quibus apes mel ibi conficiunt. 11 Produci, extrahi. 12 Si paulum ab excellentia recesserit.

13 Extremi ordinis fit, displicet, et vix ullo est numero.

14 Luctari, hastam jacere, currere, salire, et similia. 15 Abstinet armis, quæ in Campo Martio tractabantur. 16 Vide Od. VIII. lib. I. 17 Trochus ad ludum puerilem est excogitatus. 18 Ne frequentes spectatores cachinnentur, qui in Campum Martium spectatum venerunt, et in corona constiterunt. 19 Merito. 20 Qui caret arte.

21 Verba sunt Poëtæ indocti: cur, inquit, versus non faciam, cum sim liber et ingenuus, etc. 22 Repertus habere in bonis quadringenta millia æris. 23 Nullis vitiis coopertus.

[24] Tu nihil [25] invita dices, faciesve Minerva:
Id tibi judicium est, [26] ea mens. Si quid tamen [27] olim
Scripseris, in [28] Metii descendat judicis aures,
[29] Et patris, et nostras, [30] nonumque prematur in annum.
[31] Membranis intus positis, delere licebit,
Quod non edideris: nescit vox [32] missa reverti.
[33] Silvestres homines [34] sacer, interpresque Deorum,
[35] Cædibus, et victu fœdo deterruit [36] Orpheus;
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosque leones:
Dictus et [37] Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere [38] sono testitudinis, et [39] prece blanda
Ducere quo vellet. [40] Fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis secernere, sacra profanis;
Concubitu prohibere [41] vago, [42] dare jura maritis;
[43] Oppida moliri, leges incidere [44] ligno:
Sic honor, et nomen divinis vatibus, atque
Carminibus venit. Post hos insignis Homerus,
Tyrtæusque [45] mares animos in Martia bella
Versibus [46] exacuit. Dictæ per carmina [47] sortes;

24 Tu, ô Piso. 25 Repugnante natura, id est, tuo ingenio vel naturali propensione reluctante. 26 Ea est tibi prudentia.

27 In posterum. 28 Sp. Metii Tarpæ, critici, de quo Sat. x. lib. i. 29 Patris sui. 30 In multos annos supprimatur, ut acriore lima corrigatur.

31 Si libros domi contineas, ne foras exeant. 32 Vox ore emissa.

33 Homines feros et immanes. 34 Vates divinus. 35 Mutuis cædibus et victu ferino. 36 Calliopes et Apollinis filius.

37 Amphion Jovis et Antiopæ filius, Musicus præstantissimus. 38 Citharæ cantu. 39 Prece, quam cum sono sociabat, ut Musici faciunt. 40 Aliquando fuit hæc sapientia in Poëtis, ut docerent publica à privatis separare, etc. 41 Concubitu meretricio. 42 Tam viris quam fœminis dare leges, quibus cogantur matrimonii castitatem inviolatam servare. 43 Urbes ædificare. 44 In ligneis tabulis leges describere, cunctisque legendas proponere. 45 Animos fortes et strenuos. 46 Excitavit et tanquam ad cotem acuit. 47 Oracula

Et vitæ monstrata via est; et [48] gratia regum
[49] Pieriis tentata modis; [50] ludusque repertus,
[51] Et longorum operum finis: [52] ne forte pudori
Sit tibi Musa lyræ [53] solers et cantor [54] Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
[55] Quæsitum est. Ego nec [56] studium sine divite vena,
Nec [57] rude quid prosit video ingenium: [58] alterius sic
Altera poscit opem res, et [59] conjurat amice.
Qui studet optatam [60] cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque [61] puer; [62] sudavit, et alsit;
Abstinuit Venere et [63] vino: [64] qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum.
[65] Nunc satis est dixisse: Ego mira poëmata [66] pango:
[67] Occupet extremum scabies: mihi turpe [68] relinqui est,
[69] Et quod non didici, sane nescire fateri.

ab Apolline data. 48 Amicitia regum carminibus comparata est.

49 Carminibus Musarum, quæ Pierides appellantur. 50 Oblectatio animorum, scilicet Comœdiæ et Tragœdiæ. 51 Requies animi post longos labores. *Animos enim fessos versus et lyra relaxant.* 52 Hæc dixi, ô Piso, ne te pudeat poëtam esse. 53 Peritus.

54 Apollo inventor citharæ, qui Musis præest.

55 In controversiam vocatur, utrum Poëta nascatur an fiat?

56 Ars sine fœcundo ingenio. 57 Ingenium arte non expolitum. 58 Sic natura, et doctrina mutuis se opibus juvant. 59 Consentit.

60 Labore et opere ad finem pervenire sibi propositum. 61 παῖς ὤν, cum esset puer. 62 Calorem sensit et frigora pertulit. 63 Romæ pueri vino abstinebant.

64 Tibicen, adhibitus ad canendas laudes Apollinis in Pythiis, id est, in ludis celebratis in honorem Apollinis, qui Pythonem serpentem occiderat, hic Tibicen didicit, etc.

65 His miseris temporibus. 66 Compono, id est, ego possum mira poëmata componere, *inquit malus poëta.* 67 Metaph. ducta à lusu puerorum se mutuo ad currendum cohortantium, qui scabiem imprecantur ei qui ultimus ad calcem pervenerit. Sic indoctus et gloriosus Poëta non vult in extremo ordine versari, sed suam tegit ignorantiam jactatione et audacia. 68 In cursu relinqui. 69 Et sane turpe est mihi, inquit malus Poëta, fateri me illud nescire quod non didici.

[24] Tu nihil [25] invita dices, faciesve Minerva:
Id tibi judicium est, [26] ea mens. Si quid tamen [27] olim
Scripseris, in [28] Metii descendat judicis aures,
[29] Et patris, et nostras, [30] nonumque prematur in annum.
[31] Membranis intus positis, delere licebit,
Quod non edideris: nescit vox [32] missa reverti.
[33] Silvestres homines [34] sacer, interpresque Deorum,
[35] Cædibus, et victu fœdo deterruit [36] Orpheus;
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosque leones:
Dictus et [37] Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere [38] sono testitudinis, et [39] prece blanda
Ducere quo vellet. [40] Fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis secernere, sacra profanis;
Concubitu prohibere [41] vago, [42] dare jura maritis;
[43] Oppida moliri, leges incidere [44] ligno:
Sic honor, et nomen divinis vatibus, atque
Carminibus venit. Post hos insignis Homerus,
Tyrtæusque [45] mares animos in Martia bella
Versibus [46] exacuit. Dictæ per carmina [47] sortes;

24 Tu, ô Piso. 25 Repugnante natura, id est, tuo ingenio vel naturali propensione reluctante. 26 Ea est tibi prudentia.

27 In posterum. 28 Sp. Metii Tarpæ, critici, de quo Sat. x. lib. I. 29 Patris sui. 30 In multos annos supprimatur, ut acriore lima corrigatur.

31 Si libros domi contineas, ne foras exeant. 32 Vox ore emissa.

33 Homines feros et immanes. 34 Vates divinus. 35 Mutuis cædibus et victu ferino. 36 Calliopes et Apollinis filius.

37 Amphion Jovis et Antiopæ filius, Musicus præstantissimus. 38 Citharæ cantu. 39 Prece, quam cum sono sociabat, ut Musici faciunt. 40 Aliquando fuit hæc sapientia in Poëtis, ut docerent publica à privatis separare, etc. 41 Concubitu meretricio. 42 Tam viris quam fœminis dare leges, quibus cogantur matrimonii castitatem inviolatam servare. 43 Urbes ædificare. 44 In ligneis tabulis leges describere, cunctisque legendas proponere. 45 Animos fortes et strenuos. 46 Excitavit et tanquam ad cotem acuit. 47 Oracula

Et vitæ monstrata via est; et [48] gratia regum
[49] Pieriis tentata modis; [50] ludusque repertus,
[51] Et longorum operum finis: [52] ne forte pudori
Sit tibi Musa lyræ [53] solers et cantor [54] Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
[55] Quæsitum est. Ego nec [56] studium sine divite vena,
Nec [57] rude quid prosit video ingenium: [58] alterius sic
Altera poscit opem res, et [59] conjurat amice.
Qui studet optatam [60] cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque [61] puer; [62] sudavit, et alsit;
Abstinuit Venere et [63] vino: [64] qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum.
[65] Nunc satis est dixisse: Ego mira poëmata [66] pango:
[67] Occupet extremum scabies: mihi turpe [68] relinqui est,
[69] Et quod non didici, sane nescire fateri.

ab Apolline data. 48 Amicitia regum carminibus comparata est.

49 Carminibus Musarum, quæ Pierides appellantur. 50 Oblectatio animorum, scilicet Comœdiæ et Tragœdiæ. 51 Requies animi post longos labores. *Animos enim fessos versus et lyra relaxant.* 52 Hæc dixi, ô Piso, ne te pudeat poëtam esse. 53 Peritâ.

54 Apollo inventor citharæ, qui Musis præest.

55 In controversiam vocatur, utrum Poëta nascatur an fiat?

56 Ars sine fœcundo ingenio. 57 Ingenium arte non expolitum. 58 Sic natura, et doctrina mutuis se opibus juvant. 59 Consentit.

60 Labore et opere ad finem pervenire sibi propositum. 61 παῖς ὢν, cum esset puer. 62 Calorem sensit et frigora pertulit. 63 Romæ pueri vino abstinebant.

64 Tibicen, adhibitus ad canendas laudes Apollinis in Pythiis, id est, in ludis celebratis in honorem Apollinis, qui Pythonem serpentem occiderat, hic Tibicen didicit, etc.

65 His miseris temporibus. 66 Compono, id est, ego possum mira poëmata componere, *inquit malus poëta.* 67 Metaph. ducta à lusu puerorum se mutuo ad currendum cohortantium, qui scabiem imprecantur ei qui ultimus ad calcem pervenerit. Sic indoctus et gloriosus Poëta non vult in extremo ordine versari, sed suam tegit ignorantiam jactatione et audacia. 68 In cursu relinqui. 69 Et sane turpe est mihi, inquit malus Poëta, fateri me illud nescire quod non didici.

Ut præco, ad merces turbam qui [70] cogit emendas,
[71] Assentatores jubet ad lucrum ire Poëta
Dives agris, dives positis in fœnore nummis.
[72] Si vero est unctum qui recte ponere possit,
[73] Et spondere levi pro paupere, et eripere [74] atris
Litibus implicitum, mirabor, si sciet [75] inter-
Noscere mendacem, verumque [76] beatus amicum.
[77] Tu, seu donaris, seu quid donare voles [78] cui,
Nolito ad versus [79] tibi factos [80] ducere plenum
Lætitiæ; clamabit enim: [81] Pulchre! bene! recte!
Pallescet [82] super his; etiam [83] stillabit amicis
Ex oculis rorem; saliet, [84] tundet pede terram.
Ut qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et faciunt prope plura dolentibus [85] ex animo; sic
[86] Derisor vero plus laudatore [87] movetur.
Reges dicuntur multis urgere [88] culullis,
Et [89] torquere mero, quem perspexisse laborent,
An sit amicitia dignus. Si carmina condes,
Nunquam te fallant [90] animi sub vulpe latentes.

70 Qui congregat. 71 Sic Poëta locuples assentatores ad poëmata sua vel indoctissima, laudanda beneficiis provocat.

72 Si sit Poëta, qui unctum, id est, convivium lautum dare possit. 73 Et se vadem constituere pro paupere levi, qui quovis impellitur emolumenti spe. 74 Tristibus. 75 Distinguere. 76 Beatus, ut ipse se censet esse.

77 Docet Horatius, quomodo adulatores possint cognosci. 78 Alicui.

79 Ad versus abs te scriptos. 80 Tecum adducere adulatorem lætitia affectum ob spem utilitatis. 81 Verba sunt assentatoris poëmata tua ficte approbantis.

82 Ad hæc pallescet, quasi novo genere poëmatis obstupefactus.

83 Effundet lacrymas quæ sunt ros oculorum, simulans se gaudere.

84 Præ gaudio saltabit.

85 Τῆς καρδίας vere, sine fuco. 86 Assentator. 87 Movetur ficte, non ex animo.

88 Poculis explorare. 89 Vinum ingeniorum lene est tormentum.

90 Animi dolosi, vafri, insidiosi.

[91] Quintilio si quid recitares : Corrige, sodes,
Hoc, aiebat, et hoc. [92] Melius te posse negares,
Bis terque expertum frustra ; [93] delere jubebat,
[94] Et male tornatos incudi reddere versus.
Si defendere delictum quam [95] vertere malles,
[96] Nullum ultra verbum, aut operam sumebat inanem,
Quin [97] sine rivali teque et tua solus amares.
Vir bonus et prudens versus reprehendet [98] inertes ;
Culpabit [99] duros ; incomptis [1] allinet atrum
Transverso calamo signum ; [2] ambitiosa recidet
Ornamenta ; [3] parum claris lucem dare coget ;
[4] Arguet ambigue dictum, mutanda [5] notabit :
Fiet [6] Aristarchus ; [7] nec dicet, cur ego amicum
Offendam [8] in nugis ? [9] Hæ nugæ seria ducent
In mala, derisum semel, [10] exceptumque sinistre.
[11] Ut mala quem scabies, aut [12] morbus regius urget,

91 Quintilio Varo Poëtæ Cremonensi. Hic fuit alienorum scriptorum sincerus et incorruptus judex : de hoc Quintilio vid. Od. xviii et xxiv. lib. i.

92 Si negares te melius posse id præstare, postquam bis vel ter, id est, sæpius tentâsses. 93 Quintilius jubebat adhuc corrigere vel certe discindere, ne carmina legerentur. 94 Et versus non satis rotundos, id est, male perpolitos emendare. *Duæ sunt Metaphoræ à fabris lignariis et fabris ferrariis ductæ.* Guyetius, *male formatos* vult : Bentl. *male ter natos.*

95 Corrigere. 96 Nullum amplius verbum dicebat. 97 Sine æmulo.

98 Versus arte carentes. 99 Male sonantes. 1 Transverso calamo notabit et lituram inducet. 2 Crebriora epitheta et ornamenta nimis florida amputabit. 3 Parum apertis. 4 Amphibologias vituperabit. 5 Signo calami. 6 Fiet castigator severus, qualis Aristarchus, Grammaticus clarissimus, qui in Homeri versibus seligendis germanis, et in nothis rejiciendis judex fuit acerrimus.

7 Sicut multi adulatores dicunt.

8 In re levi.

9 Hæc vitia, inquit Horatius, quæ nugas esse ducis, Poëtam semel ab assentatore deceptum, in mala seria deducent, ita ut optimum se Poëtam esse sibi persuaserit. 10 Male delusum ab amico adulatore.

11 Qui sapiunt non secus timent fugiuntque malum Poëtam, quam illum quem scabies, etc. 12 Icteritia,

Aut [13] fanaticus error, et iracunda [14] Diana,
[15] Vesanum tetigisse timent, fugiuntque Poëtam,
Qui sapiunt; [16] agitant pueri, [17] incautique sequuntur.
[18] Hic, dum sublimes versus [19] ructatur, [20] et errat,
[21] Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum, foveamve; [22] licet, succurrite, longum
Clamet, Io, cives! non sit, qui [23] tollere curet.
Si curet quis opem ferre, et [24] demittere funem,
Quî scis, an [25] prudens huc se dejecerit, atque
[26] Servari nolit? dicam; [27] Siculique Poëtæ
Narrabo interitum: Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem [28] frigidus *Ætnam*
Insiluit. Sit jus, liceatque perire [29] Poëtis:
Invitum qui servat, [30] idem facit occidenti.
Nec semel hoc fecit; nec, [31] si retractus erit, jam
[32] Fiet homo [33] et ponet famosæ mortis amorem.
[34] Nec satis apparet cur versus factitet; utrum

qua facies tota hominum fit crocea.

13 Morbus fanaticus, *quo laborant furiis correpti.* 14 Diana lymphatos efficit. 15 Poëtam furore quodam, non studio et doctrina cum ingenio conjuncta excitatum. 16 Persequuntur. 17 Parum cauti.

18 Hic plurimum sibi tribuens.

19 Dum putidos versus quasi ructus edit. 20 Et errat animo et corpore. 21 Si, ut auceps, qui merulis avibus insidias struit, in foveam, id est, perspicuos errores, incidet. 22 Quamvis longum, id est, diu clamet: Io cives succurrite, succurrite. 23 Attollere.

24 Demittere funem in foveam. 25 An sciens et de industria. 26 Servari non vult, ne emendetur. 27 Empedoclis Agrigentini.

28 Frigidus præsentis mortis horrore, vel frigidus, id est, atra bile affectus. *Est enim melancholia frigidissima.* 29 Poëtis, qui se nolunt corrigi. 30 Idem facit, ac si occideret. *Idem*, pro *simile.*

31 Ab AEtnæ incendio. 32 Fiet rationis particeps et sanus. Insanus homo non est. 33 Nec deponet amorem, id est, curam non abjiciet famosæ mortis, id est, mortis infamis. *Nam seipsum occidere, quod fecit Empedocles, infame est. J. Bond* pace ac venia, *famosæ* spectat potius ad celebritatem mortis quam ad infamiam. 34 Non

Minxerit [35] in patrios cineres, an triste [36] bidental
Moverit [37] incestus. Certe furit; ac velut ursus,
Objectos caveæ [38] valuit si frangere [39] clathros,
Indoctum, doctumque fugat [40] recitator acerbus.
[41] Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo,
[42] Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

satis perspicuum est, utrius sceleris pœnam luat malus Poëta dum versus factitat, sepulchrine violati, an sublati bidentalis. 35 In patrium sepulchrum. 36 Locum in quem fulmen decidit, ita appellatum, quod hostiis bidentibus et ara extructa à sacerdote expiaretur. 37 Pollutus flagitio in sororem, sacerdotum vel affinem commisso.

38 Si forte potuit frangere. 39 Sepimenta vel cancellos, quibus feræ tanquam portis, è cavea ne exeant, coërcentur. 40 Poëta in recitandis carminibus suis molestus.

41 Quem auditorem nactus fuerit. 42 Tanquam sanguisuga, quæ tamdiu hæret corpori affixa, donec sanguine completa exciderit.



Q. HORATII FLACCI OPERUM

INDEX ALPHABETICUS

Numeri paginam indicant.

A

Æli vetusto, *od.* 135
Æquam memento, *od.* 65
Albi ne doleas, *od.* 51
Albi nostrorum, *epist.* 377
Altera jam teritur, *epod.* 225
Ambubaïarum, *sat.* 247
Angustam amici, *od.* 102
At ô! Deorum, *epod.* 204
Audivere, Lyce, *od.* 189

B

Bacchum in remotis, *od.* 95
Beatus ille, *epod.* 198

C

Celso gaudere, *epist.* 389
Cœlo supinas, *od.* 142
Cœlo tonantem, *od.* 113
Cum tu Lydia, *od.* 23
Cum tot sustineas, *epist.* 425
Cur me querelis, *od.* 90

D

Delicta majorum, *od.* 116
Descende cœlo, *od.* 108
Dianam teneræ, *od.* 36
Diffugere nives, *od.* 177
Dive quem proles, *od.* 175
Divis orte bonis, *od.* 172
Donarem pateras, *od.* 179
Donec gratus eram, *od.* 122

E

Egressum magna, *sat.* 270
Eheu! fugaces, *od.* 84
Est mihi nonum, *od.* 185
Et thure et fidibus, *od.* 50
Eupolis atque Cratinus, *sat.* 262
Exegi monumentum, *od.* 159
Extremum Tanaïm, *od.* 124

F

Faune Nympharum, *od.* 136
Festo quid potius, *od.* 154
Flore bono, *epist.* 439
Fructibus Agrippæ, *epist.* 396

H

Herculis ritu, *od.* 130
Hoc erat in votis, *sat.* 344
Hoc quoque, Tiresia, *sat.* 337
Horrida tempestas, *epod.* 221
Humano capiti, *ars poët.* 452

I

Ibam forte via, *sat.* 290
Ibis Liburnis, *epod.* 196
Icci beatis, *od.* 47
Ille et nefasto, *od.* 82
Impios parræ, *od.* 150
Inclusam Danaën, *od.* 133
Intactis opulentior, *od.* 144
Integer vitæ, *od.* 37
Intermissa diu, *od.* 161
Jamdudum ausculto, *sat.* 351

Jam jam efficaci, *epod.* 229
Jam pauca aratro, *od.* 86
Jam satis terris, *od.* 3
Jam Veris comites, *od.* 187
Juli Flore, quibus, *epist.* 375
Justum et tenacem, *od.* 104

L

Laudabunt alii, *od.* 13
Lupis et agnis, *epod.* 203
Lydia dic, *od.* 15

M

Mæcenas atavis, *od.* 1
Mala soluta, *epod.* 216
Martiis cælebs, *od.* 121
Mater sæva, *od.* 34
Mercuri facunde, *od.* 18
Mercuri, nam te, *od.* 125
Miserarum est, *od.* 128
Mollis inertia, *epod.* 223
Montium custos, *od.* 142
Motum ex Metello, *od.* 61
Musis amicus, *od.* 42

N

Natis in usum, *od.* 43
Ne forte credas, *od.* 181
Ne perconteris, *epist.* 405
Ne sit ancillæ, *od.* 67
Nempe incomposito, *sat.* 293
Nil admirari prope, *epist.* 380
Nolis longa, *od.* 80
Non ebur neque aureum, *od.* 92
Non quia Mæcenas, *sat.* 276
Non semper imbres, *od.* 75
Non usitata, *od.* 97
Non vides quanto, *od.* 139
Nondum subacta, *od.* 68
Nox erat, et cœlo, *epod.* 224
Nullam, Vare, *od.* 32
Nullus argento, *od.* 64
Nunc est bibendum, *od.* 58

O

O crudelis adhuc, *od.* 184
O Diva gratum, *od.* 54
O fons Blandusiæ, *od.* 129
O matre pulchra, *od.* 28
O nata mecum, *od.* 140
O navis referent, *od.* 25
O sæpe mecum, *od.* 72
O Venus regina, *od.* 48
Odi profanum, *od.* 99
Olim truncus eram, *sat.* 285
Omnibus hoc vitium, *sat.* 255
Otium Divos, *od.* 88

P

Parcius junctas, *od.* 40
Parcus Deorum, *od.* 53
Parentis olim, *od.* 201
Pastor cum traheret, *od.* 26
Persicos odi, *od.* 60
Petti, nihil me, *epod.* 217
Phœbe silvarum, *car. sæc.* 234
Phœbus volentem, *od.* 194
Pindarum quisquis, *od.* 163
Poscimus, si quid vacui, *od.* 50
Prima dicte mihi, *epist.* 365
Prisco si credis, *epist.* 420
Proscripti Regis, *sat.* 283

Q

Quæ cura Patrum, *od.* 191
Quæ sit hyems, *epist.* 402
Quæ virtus, *sat.* 304

Qualem ministrum, *od.* 168
Quamvis Scæva, *epist.* 410
Quando repostum, *epod.* 213
Quantum distet, *od.* 137
Quem tu Melpomene, *od.* 167
Quem virum, *od.* 20
Qui fit Mæcenas, *sat.* 241
Quid bellicosus, *od.* 78
Quid dedicatum, *od.* 49
Quid fles Asterie? *od.* 119
Quid immerentes? *epod.* 210
Quid obseratis? *epod.* 232
Quid tibi vis, mulier? *epod.* 219
Quid tibi visa Chios? *epist.* 394
Quinque dies tibi, *epist.* 384
Quis desiderio? *od.* 39
Quis multa gracilis, *od.* 10
Quo me Bacche rapis? *od.* 147
Quo, quo, scelesti, *epod.* 211

R

Rectius vives, *od.* 77
Rogare longo, *epod.* 212

S

Scriberis Vario, *od.* 12
Septimi Gades, *od.* 70
Septimius, Claudi, *epist.* 390
Si bene te novi, *epist.* 413
Si potes Archiacis, *epist.* 378
Sic raro scribis, ut, *sat.* 311
Sic te, Diva potens, *od.* 6
Solvitur acris hyems, *od.* 9
Sunt quibus in Satyra, *sat.* 298

T

Te maris et terræ, *od.* 45
Trojani belli scriptor, *epist.* 371
Tu ne quæsieris, *od.* 19
Tyrrhena Regum, *od.* 155

V

Ulla si juris, *od.* 74
Unde et quo Catius? *sat.* 332
Urbis amatorem, *epist.* 391
Ut Nasidieni juvit, *sat.* 359
Ut proficiscentem, *epist.* 398
Uxor pauperis Ibyci, *od.* 132
Velox amœnum, *od.* 30
Vertumnum Janumque; *ep.* 423
Vides ut alta, *od.* 16
Vile potabis modicis, *od.* 35
Villice silvarum, *epist.* 399
Vitas hinnuleo me, *od.* 38
Vixi puellis nuper, *od.* 140



INDEX

Rerum memorabilium quæ in hoc volumine continentur.

Primus numerus paginam indicat, secundus verò lineam.

A

A furno redeuntes. 264—11
A Nerio scribe decem. 316— 1
Ab ovo usque ad mala. 255— 6
Abnormis sapiens. 304— 3
Abrotonum ægro dare. 431— 5
Abstemius in medio positorum. 397— 1
Abstineto irarum. 164— 1
Abscidit Deus terras Oceano. 7—19
Accipiter metuit laqueos. 408— 3
Accius aufert famam alti. 428— 6
Acerra thuris, quæ? 121— 2
Aceto perfusus Italo. 284—19
Achæmenes Persarum rex. 81—11
Achæmenia perfundi nardo. 228— 4
Achæmenium costum. 101—16
Achaïcus currus. 167— 5
Acheronta fugit. 105— 1
Acherontia urbs Lucaniæ. 109— 2
Achilles honoratus. 459—10
—impiger, iracundus, acer. 459—11
— jura negat sibi nata. 459—12
Achillem cita mors abstulit. 89—15
Acroceraunia infames scopuli. 7—18
Actia Pugna. 417— 4
Ador, quid? 349—11
Adorea, quid? 170—13
Adsit regula peccatis. 260—20
Ad umbilicum adducere. 223—10
Æaci genus. 137—12
Æacus ereptus stygiis fluct. 181— 1
Æacus judicans. 83— 5
Ædes vacuæ vatibus. 445— 2
Ædem votivam reddere. 92— 5
Æditus, quis? 437—11
Æmilius ludus quis? 454— 6
Æmoniæ nivalis campi. 59— 8
Æneas castus. 236—14
Æolia puella. 182— 7
Æolium carmen, quid? 167—12
Æolus rex gelidæ oræ. 42— 4
Æquale nil fuit homini illi. 255— 9
Æquora navitæ vincunt. 146— 9
Æquora contracta molibus. 101— 5
Æquor ingens iterare. 15—12
Æquora aspera ventis. 11— 4
Æquum est peccatis poscentem veniam reddere rursus. 258—17
Æquus quod adest compone. 157— 9
Æra Idibus dabant. 280— 6
Æschylus repertor larvæ. 469—10
Æsculo non mitior. 125— 6

Æsopus actor. 429—12
Æstum gravem fluviis solari. 69— 5
Æs triplex circa pectus. 7— 7
Æstus momordit oleam. 389—15
Æsulæ declive arvum. 156— 1
Ætas currit ferox. 69—11
Ætas dura, quid nos refugimus? 56— 5
Ætas in lucem proferet quidquid sub terra est. 381— 9
Ætatis cujusque mores notandi. 462— 4
Æthiops melior sagittis. 117— 5
Ætna Siciliæ mons. 112—15
Ætolis onerata plagis jumen. 416— 9
Afrani toga Menandro convenit. 428— 7
Africa feracissima. 317— 1
Africus decertans aquilonib. 7—11
Agamemnon filiam immolat. 324— 6
Agave demens. 330— 4
Ager qui te pascit tuus est. 448— 8
Agna immolabitur tempestatibus. 217— 7
Agricolæ prisci fortes. 432—11
Agrippa Gener Augusti. 323— 5
—Porco tellurem piabant. 432—15
—Lacte Silvanum. *Ibid.*
Agrum ferro mitigare. 449—14
Agyieus nomen Apollinis. 176—14
Ajax Telamone natus. 67— 8
Ajax ab Achille secundus. 323—17
—Clarus servatis achivis. 324— 1
—Mille ovium morti dedit. 324— 4
Albanus mons. 143— 7
Albanos prope lacus. 162— 7
Albi filius quis? 268—10
Albius stupet ære. 264— 2
Albuneæ resonantis domus. 14— 8
Albutius senex quis? 308— 1
Alcæus sonans aureo plectro. 83—10
Alcæus temperat Archilochi musam. 421—14
Alcæi minaces Camœnæ. 182— 2
Alcides seu Hercules. 21— 9
Alcinoï juventus. 372—18
Alcon, Chium maris expers. 360— 5
Aleæ plenum opus periculosæ. 61— 6
Ales minister fulminis. 168—10
Alexandrea portus. 193— 1
Alexander edicto vetat, ne quis, etc. 437—19
—Subtile judicat de videndis artibus. 438— 3
—Non de libris. *Ibid.*
Alfenus vafer. 261—14
Algidum mons. 143— 5
Alite muri potiore ducti. 176—10
Allium nocentius cicutis. 201—14
Alliphana pocula. 361—12
Allobrox infidelis. 226— 2
Alpes Rhætæ. 169—11
Alphius fœnerator. 201— 8
Alpinus Turgidus quis? 294—19
Alterno quatiunt terram pede. 9— 7
Altilium satur. 386— 6
Altum semper urgendo. 77— 3
Alyattei regnum. 135— 6
Amara lento temperat risu. 89—12
Amatorem amicæ turpia decipiunt vitia. 256—22
Amator à puero non distat. 327—12
Amazonia securis. 169—14
Ambire pulpita grammaticorum. 422— 9
Ambitio mala me non perdit. 345—11
Ambitiosior ederis. 58— 3
Ambubaiarum collegia. 247—11
Amici fugiunt cum cadis fæce siccatis. 55—12

Amici limen venerandum. 417—16
Amici potentis imperiis cede. 416— 7
Amico recepto dulce est furere. 73—13
Amicorum vilis annona bonis ubi quid deest. 398— 2
Amicus discolor scurræ. 414— 1
Amor cæcus sui. 33— 8
Amor flagrans solet matres furiare equorum. 41— 9
Amor importunus transvolat aridas quercus. 189— 9
Amor non elaboratus ad pedem. 223—14
Amore ingenuo peccare. 44— 2
Amoto quæramus seria ludo. 242—14
Amphiaraüs augur. 133— 1
Amphion thebanæ conditor arcis. 476—10
—Dictus sono testudinis saxa movere. 476—11
Amphion et Zethus fratres. 416— 4
Amphora cœpit institui; urceus exit. 453— 9
Amphoræ neu mod. promptæ. 57— 8
Amystide Threicia. 67—12
Anacreon Theius. 223—12
Anacreon lusit amabilis. 182— 4
Anchises progenies Veneris. 195—17
Anchisæ Venerisque sanguis. 237— 2
Andromedes pater, quis? 156—12
Angiportu levis in solo. 41— 6
Animæ candentes. 272—13
Animæ dimidium meæ. 7— 6
Animæ Thraciæ. 187— 7
Animi sub vulpe latentes. 478—19
Animo spinas evellere. 400— 2
Animos segnius irritant demissa per aurem, quam quæ oculis subjecta. 463—10
Animum fatigare consiliis. 79— 8
Animus amat spatiis obstantia rumpere claustra. 400— 7
Animus lætus in præsens. 89—11
Animus ni paret, imperat. 374—10
Animus sine corpore velox. 397—17
Anio præceps. 14— 9
Anni labuntur. 84— 9
Anni prædantur singula de nobis. 442—18
—Eripiunt jocos, Venerem. 443— 1
Annus piger pupillis. 366—12
Antenoris sententia. 371—13
Antilochum ploravit Nestor. 76— 8
Antiochus rex Syriæ. 118— 7
Antiphates, quis? 461— 7
Anticyra insula, quæ? 316—15
Anus flebis Mæchos arrogantes, 41— 5
Anus improba Thebis, etc. 342—18
Anxur impositum Saxis. 271—16
Anyti reus, prò Socrate. 332— 4
Apella Judæus credat. 276— 1
Apelles pictor egregius. 437—20
Aper fiet, avis, saxum. 316— 5
Apertis otia portis. 464—10
Apium nectendis coronis. 185— 6
Apollo proles Niobæa. 175— 1
Apollo Palatinus. 376— 2
Apollo augur. 5—11
—Rore Castalio crines lavit. 111—20
—Delius et Patareus. 112— 3
—Non semper tendit arcum. 78— 7
—Viduus pharetra. 18—15
Appî forum. 270— 8
Appius censor. 277—11
Appone lucro. 17—12
Appuli pernicis uxor. 200— 2
Aprilis Veneri sacer. 186— 3
Apulia siticulosa. 202—11

Aquarius contristat annum. 243— 2
Aquilæ non imbellem progenerant columbam. 170— 4
Aquinatem fucum potantia. 393— 5
Aqua vilissima rerum. 275— 7
Aquæ potores inepti ad carmina. 420— 3
Ara avet immolato spargier agno. 185—11
Arabum plenæ domus. 81—14
Aratrum hostile muris imprimere. 30— 1
Aratra illigata juvencis. 197—11
Arbiter pugnæ ponit sub pede palmam. 140— 1
Arbor æstiva recreatur aura. 38— 3
Arbor nulla brevem dominum sequetur. 86— 2
Arbore culpante nunc aquas. 101— 2
Arbuscula explosa. 297— 2
Arcani fides prodiga. 33—10
Arcanum nullius scrutari. 415—18
Archiaci lecti. 378— 4
Archilochum rabies armavit ïambo. 457— 2
Architas mensor maris et terræ. 45— 2
Arcturi cadentis impetus. 100—17
Arcus pluvius, quis? 453— 6
Argenti sitis importuna. 415— 4
Argento nullus color, nisi temperato splendeat usu. 64— 1
Argentum vilius auro, virtutibus aurum. 368— 6
Argivi domus concidit ob lucrum. 133—12
Argoo contendit remige pinus. 228—17
Argos aptum equis. 14— 5
Aricia civitas. 270— 6
Arma cruoribus uncta. 61—
Armeniis in oris stat glacies. 75—1
Armenius Cl. Neronis virtute cadit. 398—
Armorum fulgor terret equos. 62— 9
Aristarchus grammaticus celebris. 479—13
Aristippi potior sententia. 411— 1
Aristippus, quid fecit? 318— 1
Aristophanes poëta. 262— 7
Arrius homo sumptuosus. 316—18
Arri progenies. 326—16
Artem quam scit quisque exerceat. 402— 6
Arva Marte populata. 114—11
Arva non tacta ligonibus. 401— 6
Asello fabellam narrare surdo. 435—18
Asperitas tonsa cute se commendat. 414— 3
Assaraci tellus. 222—11
Assis in triviis fixus. 408—17
Assyrium littus. 110— 4
Atabulus ventus Apuliæ. 274—16
Atlanticum mare remotissimum. 50— 5
Atlanteus finis concutitur. 53—11
Atramenta tractata labem remittunt. 437—16
Atreides arsit virgine rapta. 67—10
Atreus nefarius. 463—16
Atrium novo ritu moliri. 101—18
Attæ fabula. 429— 9
Attagen Ionicus. 200—14
Attali regiam ignotus hæres non occupavi. 92—11
Attalicis conditionibus. 2— 2
Attica virgo cum sacris Cereris. 360— 3
Audax Japeti genus. 8— 6

Aufidus tauriformis. 192— 9
Aufidus violens obstrepit. 160— 1
Aufidius Luscus prætor. 272— 6
Augustus præsens Divus. 113— 2
–Res Italas armis tuetur. 425— 2
Romulæ custos gentis. 172—14
–Dux bonus patriæ. 173— 4
–Templis Parthorum signa refigit. 416—17
Aulæa, quæ? 435— 8
Aulon amicus. 71— 8
Aura ne retardet. 75— 8
Aura Ocyor tollat te. 6— 7
Auream quisquis mediocritatem diligit, etc. 77— 7
Aures patulæ non retinent commissa. 417—15
Aures perstringis murmure cornuum. 62— 8
Aurum irrepertum. 106—16
Aurum per medios ire satellites. 133— 9
Ausa et jacentem visere, etc. 59—14
Auster dux turbidus Hadriæ. 104— 4
Auster nocens corporibus. 85— 9
Autumnus lividos distinguit racemos. 69— 9
Avarus, quid? 321— 9
Avarus insanus paucis videtur eo quod, etc. 319— 1
Avarus semper eget. 374— 4
Aventinus mons. 443—14
Avernales aquæ. 205—16
Avidienus cognomine canis. 307— 6
Avi mala ducit domum. 26— 9
Avis afra, pro gallina. 200—13
Avitus apto cum lare fundus. 22— 9

B.

Babylonios tentare numeros. 19—10
Bacchus Naïadum potens. 148—12
–Lenæus vocatus. 149— 1
–Choreis aptior. 96— 9
–Pacis erat mediusque belli. 96—12
Bacchum sanguineis prohibere rixis. 43— 3
Bacchari non sanius Edonis. 73—12
Bacca certat Venafro. 71— 6
Baiæ urbs Campaniæ. 109—12
Balba verba ferire. 328— 7
Balanus pressa capillis. 155—13
Balbinum delectat polypus Hagnæ. 257— 2
Bantini saltus. 109— 3
Barathrum macelli. 404— 9
Barbam pascere sapientem. 314— 7
Barri, pro Elephantis. 219—16
Barium oppidum Apuliæ. 275—16
Barrus, homo libidinosus. 278— 2
Bassareus nomen Bacchi. 33— 5
Bathyllus Samius. 223—11
Beatus jam cum pulchris tunicis sumit nova consilia. 415—13
Beatum non vocaveris multa possidentem. 184— 5
Bellerophontus occisus. 119—16
Bellua centiceps. 84— 1
Bellum, pax rursum in amore. 327—20
Bene est, cui Deus, etc. 135— 8
Bene nummatum decorat Suadela Venusque. 382— 6
Beneventum urbs Samnii. 274— 9
Bibulus et Servius. 297—11

Bibulum cœna brevis juvat. 401—13
Bidental, quid? 481— 1
Bilis inæstuat præcordiis. 218—14
Bipedalis moduli, longos imitaris. 336—10
Bistonidum crines. 96— 4
Bithus et Bacchius, qui? 284— 7
Bithina carina. 54— 8
Blandusiæ fons. 129— 5
—Frigus amabile præbes. 129—14
Blattarum epulæ. 318—19
Bœotûm aër crassus. 438— 5
Bolanus felicis cerebri. 288—11
Boreæ finitimum latus. 146— 6
Bos enectus arando. 388—19
Bosporus insaniens. 110— 3
Bosporum navita horrescit. 82—14
Bovem disjunctum curare. 401— 7
Brachia livida armis. 16— 9
Brachia tergo retorta. 114— 9
Brenni veloces. 191—11
Brevis esse laboro, obscurus fio. 453—13
Briseïs serva movit Achillem. 67— 6
Britanni ultimi orbis. 55—15
Britanni hospitibus feri. 110— 5
Bruma recurrit iners. 178— 7
Brundusium civitas. 276— 5
Bruto prætore tenente Asiam. 284— 5
Bupalo hostis acer. 211— 1
Byrrhus latro. 266— 7
Byzantia Orca. 335—20

C.

Cadmus, nomen carnificis. 278—11
Cadmus vertatur in anguem. 463—17
Cadus Albani nonum superantis annum. 185— 5
Cadus memor Marsi duelli. 31—17
Cæcilius vincit gravitate. 428— 9
Cæcuba servata centum clavibus. 86— 3
Cæcubum depromere cellis avitis. 58— 8
Cæcubum munitæ vim adhibet sapientiæ. 154—11
Cæcubum nauseam coërcet. 215—16
Cælatum opus Musis. 444—19
Cælius latro. 266— 7
Cæmenta demittit redemptor. 101— 7
Cæpe trucidare. 397—15
Cærite cera digni. 333—13
Cæsar remis adurgens. 59— 6
Calabria æstuosa. 49— 9
Calabri saltus. 449— 5
Calaïs, filius Ornithi. 123—11
Calceus pede major subvertit. 394— 1
—Minor urit. *ibidem.*
Calena falce premere vites. 49—13
Caliendrum Saganæ. 287—16
Callimachus Elegis floruit. 445— 8
Calliope, una è Musis. 108— 5
Calvus et Catulus. 294— 2
Camœnæ vina mane olentes. 420— 5
Camœnæ senium depone. 416—10
Campana supellex quid? 282— 7
Campanus morbus. 273—17
Campus pinguior latino sanguine. 63— 2
Canidia, Albuti filia. 301—10
Canidia amata nautis. 230—11
Canidia pejor serpentibus Afris. 364—1

Canis à corio nunquam absterrebitur. 342—17
Canis rabies. 392—10
Canis Molossus. 210— 7
Canes suburranæ quæ? 207—12
Canicula rubra. 340— 6
Caniculæ flagrantis hora. 129—13
Canities abest virenti. 17—15
Canities pellit amores. 79— 4
Cantaber indoctus ferre juga. 70— 7
Cantaber Agrippæ virtute cadit. 398— 4
Cantabrica bella. 416—16
Canusium à Diomede conditum. 275—10
Canusini bilingues cur? 294—13
Caper Libero Sacratus. 121— 2
Capillus albescens lenit animos. 131—14
Capitis minor. 115—12
Capitolium scandit pontifex. 159—12
Capræ insana sidera. 119— 6
Capræ similis lascivæ. 132—12
Capricornus Hesperiæ tyrannus undæ. 91—11
Caprius accusator acerrimus. 266— 4
Capsa porrectus aperta. 439— 9
Capua, urbs Campaniæ. 395— 7
Capuæ virtus æmula. 226— 1
Caput scaberet. 296—17
Caret invidenda sobrius aula. 77— 9
Carmen Dorium. 214— 3
—Barbarum. *Ibid.*
Carmina sabella. 231— 1
Carmine Dî placantur. 432—10
—Placantur Manes. *Ibid.*
Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum. 465—16
Carmine solutus ambulat. 208— 6
Carminibus versati animi. 289— 7
Caron Orci satelles. 94— 8
Carpathium pelagus. 54—10
Carthago altior Italiæ ruinis. 115— 9
Carthaginis invidæ arces. 211— 8
Cascellius Aulus. 475— 3
Caspium mare vexant procellæ. 75—10
Cassius Parmensis poëta. 377— 5
Castitas metuens alterius viri. 145— 8
Castor gaudet equis. 300— 6
Castor sciat an docilis plus. 414—16
Castra fulgentia signis. 14—14
Catella pro catena. 413— 4
Catena data ex voto Laribus. 274— 3
Catia nobilis matrona. 252—15
Catienus histrio. 315—14
Cato intonsus. 87— 4
Catonis virtus mero sæpe caluit. 141— 2
Catonis sententia dia. 249— 9
Catonis nobile lethum. 22— 2
Catullus poëta elegans. 294— 2
Caucasus inhospitalis. 37— 6
Caudæ pilos vello equinæ. 427—15
Caulis suburbanus. 333— 5
Caupo perfidus. 242—16
Causæ quæ mare compescant? 397—10
Ceæ ne retractes munera næniæ. 63—10
Cecropiæ domus. 187—10
Cecropius cothurnus. 62— 2
Celsus poëta quis? 375—15
Censu tenui homo. 387— 8
Cerberus Janitor aulæ. 126— 9
Cerberus insons leniter atterens caudam. 96—14
Cerebrosus prosilit unus. 271—11
Ceres rura nutrit. 173—15

Cereris sacrum arcanæ. 103—11
Cerritus esse quid? 328—11
Cerva extricata plagis. 115— 2
Cervicem detorquet ad oscula. 81—15
Cervius vicinus Horatii. 348—18
Cervius leges minitatur. 301— 9
Cervix rosea. 23—14
Cessit impotens inulta tellure. 62—16
Cethegi cinctuti. 455— 7
Chærilus poëta ineptus. 437—14
Chærinthus quis? 252— 1
Chartæ Socraticæ. 471— 9
Charybdis quæ? 461— 7
Charybdi in magna laborat. 44— 5
Chimæræ flamma tremendæ. 164—11
Chimeræ spiritus igneæ. 91— 4
Chio nota commixta Falerni. 294— 7
Chiragra justa. 352— 7
Chloë tempestiva. 139— 5
Choris ferre pedem. 81— 7
Chorus actoris partes defendat. 464— 4
Chorus præsentia numina sentit. 432— 6
Chrysippi porticus et grex. 314—16
Cicere et in faba bona perdere. 323— 2
Cichorea herba notissima. 50— 7
Cicuta fœnerator. 322—15
Cicuta pro helleboro. 442—16
Cicutæ nodosi tabulæ. 316— 1
Cippus quid? 285—14
Circe filia Solis. 230— 9
Circe vitrea. 31—14
Circæ pocula nôsti. 372—13
Circus fallax cur? 282— 2
Citharædus quis? 474— 3
Classe cita reparavit oras. 59—12
Clathros frangere. 481— 3
Claudius Augusti privignus. 375— 2
Claudî cauponæ. 273— 5
Clienti promere jura. 430—15
Clio celebrat lyra viros aut heroas. 20— 2
Clio, una è Musis. 20— 2
Clitellas neu ferus impingas. 398—15
Coæ purpuræ. 189—13
Cocceii plenissima villa. 273— 4
Cocceïus quis? 272— 4
Cocco rubro tincta vestis. 350— 5
Cochlea Afra. 335—12
Cocytus ater visendus. 85—11
Codrus pro patria moritur. 137—11
Cœcus iter monstrare si *velit*. 410— 4
Cœlo devocare sidera. 229—12
Cœlum, non animum mutant qui trans mare currunt. 396— 4
Cœlum petimus stultitia. 8—17
Cœno cupiens evellere plantam. 353— 8
Cœna dubia quæ? 308—11
Cœtera mitte loqui. 222— 2
Colcha venena tractare. 82— 8
Colchicis aduri flammis. 205—14
Columbi vetuli notique. 391—15
Columnam stantem proruere. 54—15
Comes minore sum futurus in metu. 197— 3
Comites iter carpere. 91— 8
Commissum ne teges. 416— 1
Commoda multa ferunt anni venientes. 463— 5
—Multa recedentes adimunt. 463— 6
Comœdia interdum vocem tollit. 457—16
Comœdia tragædiis posterior. 469—12
Compedibus et in manicis te tenebo. 409—13

Concanum equino sanguine lætum. 110— 6
Concha salis puri. 255—14
Conchylia lucrina. 200— 9
Conducti plorant in funere. 478—12
Conjux te capit aliena, meretricula Davum. 354— 8
Conopeum quid? 214—13
Consul non unius anni. 183—18
Consultor quis? 241—10
Contendere durum cum victore. 290—10
Contentus paucis lectoribus. 296—20
Contractum genibus tangas caput. 355— 4
Contractusque leget. 385— 1
Contrahes vela vento secundo. 78—11
Convivæ tres dissentiunt. 443— 6
Copia narium omnis. 86—12
Copia pleno cornu. 237—12
Copula nos tenet irrupta. 24—18
Corde et genibus tremit. 39— 2
Cornix vaga. 151— 3
Cornua pauperi addit vinum. 141— 9
Coronæ philyra nexæ. 60— 5
Corpus non es sine pectore. 377— 8
Corpus onustum hesternis vitiis animum prægravat. 308—12
Corvinus orator. 294—12
Corvos in cruce pascere. 408— 1
Corvus oscinis cur? 150—11
Corybantes quatiunt æra. 29— 3
Corycius crocus. 336— 1
Cothurni grandes. 457— 3
Cotison rex Dacorum. 122— 4
Cotyttia quæ? 232—11
Cratinus poëta. 262— 7
Creditor an integer mentis? 315—18
Creontis filia. 207—18
Crepat vineta mera. 388—16
Crescentem tumidis infla sermonibus utrem. 343—13
Cressa ne careat pulchra dies nota. 57— 7
Creta centum urbibus nobilis. 215— 9
Creta quo modo vocata? 152— 3
Crines adulteros pulvere collines. 27— 9
Crispini janitor. 354— 7
Crispini scrinia lippi. 247— 9
Cruda marito. 126— 6
Crocodili fucatus stercore color. 220— 9
Crustula dant pueris. 242—12
Cubito remanere presso. 43— 8
Cucullus avis. 284—18
Cui lecta erit res non facundia deseret. 454—14
Cuivis non contingit adire Corinthum. 412— 2
Culices mali. 271— 4
Culpæ dedecorant bene nata. 170— 8
Culpæ fuga ducit in vitium. 454— 5
Culpam pœna premit. 174— 2
Cultus censu major. 331—10
Cultus pectora roborant. 170— 6
Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, cur? etc. 256— 9
Cuncta terrarum subacta præter atrocem animum Catonis. 62—13
Cupido liber. 232—12
Cupido sagittas acuens cote cruenta. 74—14
Cupidinis elementa eradenda. 147— 1
Cupidinem lentum sollicitas. 189— 5
Cupiennius mirator, etc. 249—13
Cuppa potare magistrâ. 310—16
Cupressus funebres. 205— 8

Cura crescentem sequitur pecuniam. 133—17
Cura ocyor Euro. 89— 9
Cura non decedit ærata triremi. 101—11
—Post equitem sedet. 101—12
Curæ laqueata circum tecta volantes. 88—11
Curas pellere vino. 15—11
Curius incomptis capillis. 22— 7
Cutello purgare ungues. 387— 3
Cyclicus scriptor quis? 460—12
Cyclops pro Polyphemo. 461— 7
Cynthius intonsus, nomen Apollinis. 36— 2
Cyclopum graves officinæ. 9— 7
Cyprus insula Veneri sacra. 48—12
Cynthiæ celeris spicula. 155— 5
Cyrus in asperam declinat Pholoën. 52— 3
Cythereæ puer ales. 128—10

D.

Dacus asper. 54—11
Dacus Marsæ cohortis dissimulat metum. 98— 2
Dædalea ope. 163— 9
Dædalus expertus vacuum aëra. 8—13
Damæ latus. 338—17
Damalis non divelletur novo adultero. 58— 1
—Ambitiosior lascivis ederis. 58— 3
Danaë Acrisii filia. 133— 1
Danaï genus infame. 85—11
Danaï puellæ quæ? 126—16
Danubium qui profundum bibunt. 195— 7
Dapem obligatam redde Jovi. 73— 2
Daunia militaris. 37—13
Daunus Apulorum rex. 192—10
Daunus pauper aquæ. 160— 2
—Regnavit populorum. 160— 3
Davus mancipium domino. 351— 5
Davus sis comicus. 343— 6
Debemur morti nos. 456— 4
December tertius pro tribus annis. 217—14
Decembres quater undenos implere. 424—15
Decies solidum exsorbere. 326—13
Decipimur specie recti. 453—13
Decor naturis dandus et annis. 462— 5
Decus et pretium petit experiens vir. 412— 8
Dedecorum pretiosus empt. 118— 3
Dedocet uti falsis vocibus. 65— 5
Deiphobus acer. 183— 1
Deliæ tutela Deæ. 176—19
Deliis ornatus foliis. 167— 7
Delos natalis Apollinis. 36—10
Delphi in Phocide. 465—15
Delphos insignes Apolline. 13— 9
De medio potare die. 359— 3
Deme supercilio nubem. 418—18
Demere partem de die. 2—10
Democriti pecus edit agellos. 397— 6
Democritus philosophus. 435—13
Democritus sanos excludit Helicone poëtas. 470—11
Deni decies anni. 235—11
Dente lupus, cornu taurus petit. 301—14

Dentem offendet solido. 303— 5
Dente nigro fieri. 74— 3
Deo in pretium converso. 133— 8
Deo maris potenti. 11—13
Deos placat vel porco vel bove. 408—11
Deprêndi miserum est. 254—13
Deprome quadrimum merum sabina diota. 17— 5
Deproperare coronas Apio. 73— 9
Depygis quid? 252—13
Derisor vero plus laudatore movetur. 478—15
Derisor imi lecti. 414— 8
Desidia vitanda est. 312—13
Designator quis? 384— 9
Deus hæc fortasse benigna, etc. 222— 2
Deus insignem attenuat, obscura promens. 53—13
Deus valet ima summis mutare. 53—12
Diana iracunda vesanos efficit. 480— 1
Diana montium custos. 142— 1
— Audit puellas laborantes utero. 142— 2
— Diva triformis. 142— 4
Diana, quando Ilithya? 235— 4
— Lucina vocatur. 235— 5
— Genitalis. 235— 6
Diana silentium regit. 207— 5
Diana silvarum potens. 234— 4
Dianam teneræ dicunt virgines. 36— 1
Diaria rodere. 402— 2
Diem morantem mero frangere. 72— 6
Dies longa opus debentibus. 366—12
Dies quid non imminuit? 118—16
Dies truditur die. 93— 6
Dies vina reddit meliora. 427— 4
Dies volucris non stat. 154—14
Diespiter pro Jove, 103— 15
Diespiter nubila dividens. 53— 5
Difficile est communia dicere. 460— 4
Diffidit urbium portas vir Macedo. 133—14
Digentia rivus. 419— 8
Digito monstrari pulchrum. 168— 7
Digitus male pertinax. 18— 4
Dii securum agunt ævum. 276— 2
Diludia posco. 422—16
Dimidium facti, qui cœpit, habet. 373— 9
Dimissa petitis præstant. 389— 8
Dionæo sub antro. 63—11
Dircæus Cycnus. 165— 3
Discipularum inter cathedras plorare. 297—16
Discrimen obscurum ambiguo vultu. 70— 4
Dîs minorem te geris. 116—11
Dissimulator opis propriæ. 391— 6
Districtus ensis cui super, etc. 100— 7
Di te donent tonsore. 312—15
Diva gratum quæ regis Antium. 54— 3
Diva potens Cypri. 6—12
Dives Lare venerabilior. 338—13
Dives positis in fœnore nummis. 248— 9
Dives sapiens et rex. 317—11
Dividere carmina imbelli cithara. 27— 5
Dividuo mihi findetur munere quadra. 412—15
Divi morte carentes. 74—11
Divis dabimus thura benignis. 166—10

Divitiæ extructæ in altum. 66—12
Divitiæ crescunt impiæ. 147—12
Divitum transfuga. 134— 6
Dixerit insanum qui me toties audiet. 329—14
Doctrina vim promovet insitam. 170— 5
Dolium inane lymphæ. 127— 2
Domus exilis Plutonia. 19— 6
Dona cape lætus horæ seq. 122—11
Donata reponere lætus. 386—10
Dossennus comœd. scriptor. 434— 9
Drusus Augusti privignus. 169—12
Ducis ingenium res adversæ nudare solent. 363— 7
Dulce et decorum pro patria mori. 102—15
Dulce est desipere in loco. 188—17
Dulcia ne differ in annum. 395—19

E.

Ebrietas operta recludit. 379— 3
— In prælia trudit inertem. 479— 4
— Addocet artes. 379— 5
Echinus vilis. 282— 6
Edera astringitur ilex. 224— 5
Ederæ præmia frontium. 3— 1
Effigies lanea. 286—18
Egit equos per purum tonantes. 53— 7
Ejulatio non virilis. 216—17
Elea palma. 164—12
Elegorum incertus auctor. 456—18
Elegos miserabiles decantare. 51—15
Empedocles ardentem insiluit Ætnam. 480—12
Emptor fricti ciceris et nucis. 467—12
Enceladus unus è Gigantibus. 111—15
Enipeus vicinus. 120— 7
Ennius alter Homerus. 427—20
Ennius nunquam canens nisi potus. 420— 7
Ennî versus gravitate minores. 295—18
Ensis vagina tectus. 301— 2
Eoï fluctus. 200—11
Ephippia quæ? 402— 5
Epidaurius serpens. 256—11
Epulæ sine fine petitæ inarescunt. 357—14
Epulis neu desint rosæ. 57—12
— Neu vivax apium. 57—13
— Neu breve lilium. *Ibid.*
Equus Minervæ sacra mentitus. 175—13
Equus præteragendus diversoria nota. 403— 7
Equum flectere sciens. 120— 9
Equis frænato est auris in ore. 403— 9
Equi te similem dico. 273—10
Erro fugitivus. 353— 2
Error unus utrique. 315— 4
Erucæ viridcs. 262— 6
Ervum tenue quid? 350—20
Erycina ridens. 5—12
Erymanthi nigræ silvæ. 36— 7
Esculata lata. 37—14
Esquiliæ salubres. 286— 2
Esquilinæ alites. 209—15
Esquilinum beneficium. 232—13

Esseda quæ? 435—11
Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. 367— 5
Est quiddam inter Tanaïm si socerumque Viselli. 246—13
Evandri manibus tritum catillum. 269—13
Evias exsomnis stupet in jugis. 148— 7
Evius nomen Bacchi. 33— 3
Evius pellit curas. 79—13
Eumenidum angues. 84— 3
Eupolis poëta. 262— 7
Europe latus credidit tauro. 151—12
Eurus niger. 216— 5
Euterpe cohibet tibias. 3— 4
Eutrapelus quis? 415—12
Examen juvenum Eoïs timendum, Oceanoque rubro. 56— 1
Excusatus abire. 391— 4
Exemplar vitiis imitabile. 421— 2
Exemplaria græca nocturna versate manu. 468—17
Exemplum nil agit, quod litem lite resolvit. 318— 4
Exlex, sine lege. 466— 4
Extremi primorum. 450—16

F.

Fæcula coa. 359—11
Faba Pythagoræ cognata. 348— 4
Fabio vel judice vincam. 254—16
Fabius loquax. 242— 1
Fabricius pons. 314— 9
Fabia tribus. 383— 3
Fabri tractant fabrilia. 431— 7
Fabula neu quinto sit productior actu. 464— 1
Fabula fieri. 399— 1
Falerni pocula restinguere lympha. 79—15
Falerni interiore nota. 66— 1
Falernum vinum austerum. 43—10
Fama nunquam par labori. 362—21
Fanaticus error. 480— 1
Fannius ineptus. 297— 5
Fasces indigno deferre. 407— 6
Fata si parcent animæ superstiti. 123— 9
Fati volucris alæ. 91—16
Faunus in Lycæo monte honoratus. 30—10
Faunus Mercurialium custos virorum. 92— 2
Faunus Nympharum amator. 136— 9
—Defendit æstatem capellis. 30—11
Fauno decet immolare. 4—11
Faustitas alma. 173—15
Fautor utroque laudabit pollice. 417— 9
Favonî grata vice. 9— 1
Favor non respondet meritis. 425— 9
Fax dilapsa in cinerem. 190—13
Febrem occult. dissimulare. 406—13
Feremus te, ut tu fortunam. 390—12
Ferentum urbs Apuliæ. 109— 4
Feriis indictis Latinis. 388— 8
Ferocior deliberata morte. 59—16
Feronia lympha. 271—14
Fervida exsurdant vina palatum. 361—11
Fescennina licentia quæ? 432—17

Festinanti semper locupletior obstat. 247— 2
Fidem arboribus auditam moderari. 40— 4
Fidem multa promissa levant. 440— 8
Fidentem tuo præsidio tueris. 418— 5
Fides albo velata panno. 55— 7
Fides Cyllenea. 222— 5
Fides culpari metuit. 173—17
Fila trium sororum atra. 66— 9
Filius Æsopi quis? 326—12
Filius Albini quis? 472— 8
Filius Maiæ ales in terris, 6— 1
Filius Maiæ patiens vocari. 6— 2
Filius marinæ Thetidis. 16—10
Filix herba invisa agricolis. 256—21
Findere sarculo agros. 2— 1
Finem voto pete certum. 374— 4
Flavii ludus quis? 280— 3
Flebilis multis occidit. 39—15
Flores apricos nectit. 42— 7
Floribus non idem semper honos. 79— 5
Flumina constiterunt gelu. 17— 2
Folia Ariminensis. 206—15
Follibus auræ conclusæ hircinis. 263—11
Fomenta nil malum levantia. 218—17
Fons frigidus utilis alvo. 406— 5
Fonteïus Capito. 272— 4
Fontes obstrepunt lymphis manantibus. 199— 7
Formica exemplo est. 242—20
—Non incauta futuri. 243— 1
Fornix, quis? 249— 7
Fortes creantur fortibus. 170— 1
Fortiaque adversis opponite pectora rebus. 311—13
Fortis inter vitia. 405— 3
Fortuna hinc apicem sustulit; hic posuisse gaudet. 54— 1
Fortuna præsens imo tollere de gradu mortale corpus. 54— 4
—Vel superbos vertere funeribus triumphos. *Ibid.*
Fortuna ludum insolentem ludere pertinax. 158— 6
—Gaudes illudere rebus humanis! 362—17
Fortunæ venimus ad summum. 427— 1
Fortunæ rivus inauret. 397— 3
Fortunam ferre disce. 154— 7
Forum litibus orbum. 166— 2
Fractus membra labore. 241— 5
Fratres Helenæ, lucida sidera. 6—13
Fronde comas vincti cœnant. 431— 1
Frontis ad urbanæ descendi præmia. 391— 8
Frustra vitium vitaveris, si te alio detorseris. 307— 5
Fufidius fœnerator. 248— 8
Fuga servi excepta. 440—14
Fuge quærere quid sit futurum. 17—11
Fulgente trahit constrictos gloria curru, non minus ignotos generosis. 277—14
Fulvius, Rutuba gladiatores. 357— 3
Fundanius poëta. 295— 6
Funem per extentum ire. 436—10
Furius pingui tentus omaso. 340— 7
Furvæ regna Proserpinæ. 83— 4
Fuscus urbis amator. 391—11
Fusius ebrius. 315—13
Futura fluminis ritu feruntur. 157—10
Futurum nocte premit Deus. 157— 7

G.

Galba jurisconsultus. 250— 4
Galesi flumen dulce. 70—16
Galliæ non paventis funera. 193—15
Gallinam mersa falerno. 333— 9
Galli pereuntes cuspide fracto. 299—11
Gallonius præco infamis. 306—15
Ganymedes quis? 168—13
Gargani querceta laborant. 76— 1
Garganum nemus. 436— 2
Garo de succis piscis Iberi. 362— 1
Garrulus idem est. 417—14
Gaudia impermissa. 117—19
Gausapes purpureus quid? 360— 1
Gazæ arabum beatæ. 47— 8
Geloni pharetrati. 110— 7
Geloni Scythiæ populi. 77— 1
Geloni ultimi. 98— 3
Genauni implacidum genus. 191—10
Genium mero curabis. 136— 6
Genius placari festis diebus. 465— 6
Genius comes. 449—15
—Naturæ deus humanæ. 449—16
—Vultu mutabilis, albus et ater. 450— 1
—Floribus et vino placatus. 432—16
Gerere rem bene. 389—11
Germaniæ pubes cœrulea. 226— 3
Getæ rigidi. 144—12
Getulo vestes murice tinctæ. 449— 9
Giges centimanus. 112— 8
Gigantûm cohors cum scanderet regna paterna. 96— 6
Glaucus Lycius. 284— 4
Glebas et saxa movens. 402—21
Gnatia oppidum salentinum. 275—16
Gnossii spicula calami. 27— 7
Græcia conjurata rumpere nuptias. 26—10
Græcia athletarum studiis arsit. 430— 6
— Eadem arsit equorum. *Ibid.*
— Marmoris aut eboris aut æris fabros amavit. 430— 7
— Suspendit vultum picta tabella. 430— 8
—Gavisa est tragœdis. 430— 9
Græcia capta cepit victorem. 433— 9
Græcari assuetus. 304—11
Graiis Musa dedit ingenium. 472— 4
Grammatici certant, etc. 457— 1
Grandes Rhombi, grande ferunt dedecus. 309— 9
Grando contundit vites. 389—14
Grata superveniet quæ non sperabitur aura. 378— 1
Gratiæ decentes. 9— 6
Gratiæ segnes nodum solvere. 141—13
Gregis lascivi soboles. 129—12
Gyges Gnidius. 70— 1
Gyges centimanus. 91— 5

H.

Hadriæ ater sinus. 151— 6
Hadriæ rauci fluctus. 85— 7
Hæredes ne monumentum sequeretur. 186— 1

Hæres supervenit hæredem. 449— 3
Hannibal abominatus parentibus. 226— 4
Hannibal perfidus. 171— 2
Harpyiis gula digna. 306— 8
Hasdrubal à Cl. Nerone devictus. 170—10
Hebri nitor Liparæi. 128—12
Hebrus nivali compede vinctus. 375— 3
Hebrus hyemis sodalis. 41—16
Hecate, pro Proserpina. 287— 1
Hector homicida. 230— 4
Hectora inter et Achillem ira capitalis. 283—14
Helena obsessam accendit Ilion. 224— 1
Helenam ante mulier causa belli. 260—10
Helicon studio petendum. 436—18
Heliconis umbrosæ oræ. 20— 5
Hellebori pars maxima danda avaris. 316—14
Helleboro morbum expulit. 447— 7
Heliodorus rhetor. 270— 7
Herba lapati. 200—16
Hercules diram contudit Hydram. 425—10
— Subegit labore portenta. 425—11
Hercules Jovis interest epulis. 181— 5
Hercules Nessi cruore delibutus. 231— 4
Herculeus labor. 8—15
Hermogenes cantor. 261—12
Herodis palmeta. 449—12
Heros extinctus amabitur. 426— 1
Hesperiæ sonitus ruinæ. 63— 4
Hilarem oderunt tristes. 418—13
Hinnuleus quærit pavidam matrem montibus aviis. 38—1
Hippolytus castus. 179— 5
Hircus in alis. 220— 3
Hirudo plena cruoris. 481— 9
Hirundine prima. 385— 1
Historiæ pedestres. 80—13
Hœdi orientis impetus. 100—18
Homerus princeps poëtarum. 456—15
Homerus Trojani scriptor belli. 371— 5
Homerus vinosus. 420— 6
Homerus quandoque bonus dormitat. 474— 7
Homini nunquam satis cantum est, etc. *82—13*
Honor falsus juvat mendosum. 407—11
Honores intaminati. 103— 4
Hora quæ rapit diem. 178— 3
Horæ spe pendulus dubiæ. 419—14
Horatius natus consule Manlio. 140— 7
Horatius libertino patre natus. 424— 8
— Corporis exigui. 424—12
Horatius pater præco vel coactor. 280—17
Horat. Lucanus an Appulus anceps. 300—14
— Quando Mæcenatis amicus? 346—15
Horatius Mæcenatis convictor. 278—16
— Tribunus legionis Romanæ. 279— 1
Horatius præcanus. 424—12
— Solibus aptus. *Ibid.*
— Irasci celer; tamen placabilis. 424—13

Hortus irriguus optimus. 333— 6
Hospitiis animum solvere. 349— 5
Hostia sumptuosa non mollior farre pio, etc. 143—14
Humor labitur in genas. 24— 4
Humum dum vitat, nubes et inania captat. 466—10
Hyadæ tristes. 7—12
Hydaspes Fuscus, quis? 360— 4
Hydra secto corpore crescit. 171—14
Hydrops indulgens sibi. 64—13
Hylæus mero nimius. 80— 9
Hymettiæ trabes. 92— 9
Hyperborei campi. 97—16
Hypermenestra splendide mendax. 127—10
Hyppolite Magnessa. 120— 2
Hypsæa cæcior. 252—11

I.

Iambis modum ponere. 28—11
Iapis ventus Calabriæ. 151— 7
Iarbitam rapit Timagenis æmula lingua. 420—15
Iasonem allio perunxit Medea. 202— 7
Iberici funes. 203— 3
Iberis libros mutare loricis. 48— 9
Ibis sub furcam. 355— 6
Icari surdior scopulis. 120— 5
Ilex tonsa bipennibus. 171—10
Ilia Romuli mater. 180—16
Iliacos intra muros peccatur et extra. 372— 6
Ilerdam unctus mitteris. 424— 1
Imago fugiens porta eburna. 152— 9
Imagini non redit sanguis. 40— 5
Imber docendus mole multa parcere prato. 401— 8
Imitatores servum pecus. 421— 4
Immoderatus ne abundes. 343— 4
Immitia placidis non coëunt. 452—12
Incedis per ignes suppositos cineri doloso. 61— 7
Invidia morte domatur. 425—12
Individus alterius macrescit rebus opimis. 374— 5
Incendia neglecta solent sumere vires. 418— 9
Incude nova diffingas ferrum, etc. 56— 9
Inacho natus ab prisco. 66—14
Inane abscindere soldo. 253—15
Inertia nos exercet strenua. 396— 5
Inferias Jugurthæ rettulit victorum nepotes. 62—17
Infernæ canes. 287— 3
Ingenii benigna vena. 93— 1
Ino flebilis. 459—13
Inops inter divitias. 134—11
Insani rident præmia scribæ. 272— 7
Insanos inter insanus haberi. 314—12
Insidiatorem præroso fugere hamo. 339— 8
Integer vitæ scelerisq; purus. 37— 1
Integer laudo brachia, etc. 68—10
Interlunia, silentium lunæ. 41— 8
Intestàbilis et sacer esto. 323— 1
Inverecundus deus, quis? 218—11
Invidia Siculi non invenere tyranni majus tormentum. 374— 6
Invidia accrevit, privato quæ minor esset. 277—17
Inulæ acidæ. 306—12

*

Io Bacche! 255— 7
Iolcos venenorum ferax. 205—11
Ionici motus, qui? 117—12
Io vaga. 459—14
Ira furor brevis. 374—10
—Genuit inimicitias. 423— 2
Procudit enses. 195— 5
—Miseras inimicat urbes. 195— 6
Iræ stravere Thyes. exitio gr. 29—12
Iratus asellum in rupes male parentem detrudit. 424— 4
Isthmius labor. 167— 3
Itacæ locus non aptus equis. 386—12
Iteratæ vellera lanæ. 221— 4
Iter factum corruptius imbri. 275—13
Itin flebiliter gemens. 187— 9

J.

Jaculo nobilis trans finem expedito. 16— 8
Janua amat limen. 41— 1
Janus pacis custos. 438—16
—Vacuus duellis. 194—10
—Ab eo primos labores instituunt homines. 345—14
Jecur meum urere bilis. 291—16
Jocus circumvolat. 5—13
Jove judicat æquo. 428—18
Jubæ tellus leonum arida nutrix. 37—15
Judæi curti. 292— 1
Judice quo secantur lites. 407—14
Julius Florus, quis? 375— 1
Julium sidus. 22—14
Juno amicior Afris. 62—15
—Jovis soror et conjux. 107—13
Jupiter Clarus Giganteo triumpho. 99— 7
—Cuncta supercilio movens. 99— 8
—Gentis humanæ pater. 23— 2
—Res hominum ac deorum, variis temperat horis. 20—14
—Curru quatit Olympum. 23—10
— Parum castis inimica mittit fulmina lucis. 23—11
—Inquinavit ære tempus aureum. 229— 5
—Reducit hyemes, idem summovet. 78— 3
Jura inventa metu injusti. 260—14
Jura mecum facientia. 441— 5
Jus anceps novi. 340— 1
Juvenis cereus in vitium flecti. 462—11
Juventas levis fugit. 79— 2
—Parum comis sine Venere. 49— 3
Juventus non tantum Veneris quantum studiosa culinæ. 340—15

L.

Lacædemon patiens. 14— 6
Labris compressis hæc agito. 269—18
Lacænæ more coma religata. 80— 2
Lacon canis. 210— 7
Lacryma plurima manet. 413— 9
Lacryma rara per genas. 163— 1
Lacryma sparges favillam amici. 71—13
Lactuca post vinum mala. 335—13
Lagoïs peregrina. 305— 8
Læli mitis sapientia. 302—17
Læstrigonia amphora. 134—17

Lætus ille deget cui licet in diem dixisse, vixi. 157—19
Lævinus Valeri genus. 277— 3
Lalage petit maritum. 69—14
Lamna candente ventres nepotum urere. 404—14
Lamus Formiarum rex. 135—10
Lana medicata fuco. 114—16
Lanæ bis Afro murice tinctæ. 90— 3
Languor aquosus corpore. 65— 1
Laomedon destituit deos. 105— 7
Lapathi brevis herba. 3 3—19
Lare certo gaudere. 387—11
Laribus immolet porcum. 322— 5
Larissæ campus opimæ. 14— 7
Lasanum œnophorumque. 281—20
Latoë nomen Apollinis. 50— 9
Latona dilecta Jovi. 36— 4
Latum clavum, quid? 272— 8
—Demitere pectore clavum. 277—19
Latus depone fessum militia. 73— 3
Laudes, lauderis ut absens. 342— 6
Laudo tuta et parvula, cum res deficiunt. 405— 2
Laurens aper malus. 334—13
Laurus morte venalis. 130— 8
Lebedus Gabiis desertior. 395— 3
Ledæ pueri nobiles. 21— 9
Leges sine moribus vanæ. 146— 3
Lemures nocturni, qui? 461— 5
Leo jam lacte depulsus. 169— 9
Leonis stella vesani. 156—14
Leporis fœcundæ armos. 334—15
Lepos insignis saltator. 348—13
Lesbii pocula ducere. 31—15
Lesbio civi, pro Alcæo. 51— 1
—Plecito sacrare. 42—11
Lesbium servate pedem. 176—21
Lethi fuga nulla. 349—16
—Via semel calcanda. 46— 4
—Vis improvisa rapuit, etc. 83— 2
Levius fit patientia quidquid corrigere est nefas. 40— 9
Liber adscripsit satyris poëtas. 420— 4
Liber odit sigilla. 423— 5
Liber præliis audax. 21— 5
Liber tineas pascens. 423—14
Liberi ne quis transiliat munera modici. 33— 1
Libertas in vitium excidit. 469—13
—Potior metallis. 393—18
Libertate Decembri utere. 351— 7
Libido sævit circa jecur. 41—11
Libitinæ quæstus acerbæ. 345—12
Libit. vitabit pars multa mei. 159—10
Librarius scriptor, quis? 474— 2
Licentiæ injecit fræna. 194—12
Lictor non summovet mentis tumultus. 88—10
Licymnia Mæcenatis domina. 81— 3
Ligna super foco reponens. 17— 3
Lignum caducum in caput. 82—11
Limat obliquo oculo mea commoda. 401—17
Limina potentium superba. 198— 6
Limis ut rapias memento. 341— 3
Liquorem de patera novum. 49— 6
Liris flumen. 135—17
Lite moraris iniqua. 441— 1
Littus iniquum premendo. 77— 6
Litui jam strepunt. 62— 8
Lividus nos, nostra que odit. 429—19
Livius Andronicus scriptor. 428—12
Loculi suspensi lævo. 280— 5
Loliginis nigræ succus. 268— 1
Lollius Lepidi collega. 424—16
Lucana in nive. 326— 7
Lucanus aper cœnæ pater. 359— 1
Lucilius poëta. 293— 4

—Durus et lutulentus. 263— 3
Lucina vocata partubus. 204— 9
Lucullus dux Romanus. 382— 8
Ludere par impar. 327— 1
Ludus genuit certamen. 423— 1
Luna noctiluca. 177— 3
— Regina siderum. 236— 7
Lunæ curvati ignes. 166—16
Lunæ orbem quid premat aut proferat? 397—12
Lunam deripere polo. 233—19
Lupus hac urget, hac canis. 307—15
—Nec calce, neque dente petit bos. 301—17
Lyæus spem reducit ment. 141— 7
—Addit cornua pauperi. 142— 9
Lybiam Gadibus jungere. 64—10
Lybicis non deterius nitet herba lapillis. 392—13
Lycambæ infido gener. 210—15
Lyde velut equa trima, etc. 126— 3
Lympha crepante desilit ped. 228— 8
Lynceis contemplari oculis. 252—10
Lysippus insignis statuarius. 438— 1

M.

Macellum, quid? 326— 2
Mæcenas, quis? 1— 1
—Tyrrhena regum progeniès. 155—11
Mænius decoctor. 246— 9
Mæonii carminis ales. 12— 2
Mævium olentem. 216— 2
Majoribus scis uti. 410— 2
Major parcas insane minori. 331—14
Male rem gerere insani est. 316— 6
—Verum examinat corruptus judex. 304— 8
Malobathro Syrio coronatus. 72— 8
Maltinus tunicis demissis ambulat. 249— 2
Malva levis. 50— 7
Manus incontinentes injicere. 32— 5
Mamurrarum urbs. 272— 9
Manibus tremor incidit unc. 406—14
Mappa sordida ne corruget nares. 379— 9
Mare nautis est exitio. 46— 6
Marius Helladen percussit. 328—10
Marmora secanda locas sub ipsum funus. 93— 8
Marte cruento carere. 85— 6
Marsa nænia, quæ? 231— 2
Marsæus amator Originis. 250—13
Mars tectus adaman. tunica. 12—13
Marsus anciliorum oblitus. 113— 9
Marsya obeundus. 282— 9
Materiam sumite viribus æquam. 354—12
Matinæ apes, quæ? 165— 5
Matris cineres opertos fallere. 74— 9
Matrona meretrici dispar. 413—14
Matutine pater. 345—13
Mandela pagus in Sabinis. 419— 9
Massicum vinum obliviosum. 73— 6
Massici veteris pocula. 2— 9
Maura æstuat unda. 70— 8
Mauri vultus in hostem. 5—18
Mauris anguibus non mitior. 125— 7
Medea ferox et invicta. 459—13
Mediastinus, quis? 400—12
Mediocribus esse poëtis non Di non homines concessere. 475— 4
Mediocritatem quisquis auream diligit. 77— 7

Medus acinaces discrepat vino. 43—5
—Albanas timet secures. 237— 6
Mel vitiatum cicuta. 301—18
Mella non decedunt Hymetto. 71— 3
Melimela, quæ? 361— 4
Melpomene, Delphica cinge- lauro mihi comam. 160— 6
Melpomene præcipe cantus lugubres. 39— 9
Memor puertiæ non alio rege. 57— 4
Menenii gens fœcunda. 329— 3
Mens lymphata Mareotico. 59— 3
Mentis gratissimus error. 447—10
Mente minus validus. 390— 2
Mentes formandæ studiis. 147— 3
Mercator dives exsiccat vina Syra aureis culullis. 50— 2
Mercator impiger currit ad In. 367—18
Merces multa defluit ab Jove. 46—16
Mercurius Nepos Atlantis. 18— 5
— Voce formavit feros cultus hominum recentûm. 18— 6
—Jovis et Deórum nuntius. 18— 9
—Parens curvæ lyræ. 18—10
—Ducit tigres canendo comitesque silvas, etc. 126— 7
—Non lenis precibus fata recludere. 40— 7
—Callidus condere furto quidquid placuit. 18—11
—Pias animas lætis sedibus reponit. 19— 5
— Virga aurea levem coërcet turbam. 19— 6

N.

Nabis sine cortice. 268—21
Næniæ absint funere. 98— 5
Nardo Assyria unctus. 79—12
Nasica dabit risus Corano. 341— 7
Nasidienus beatus. 359— 1
Naso suspendis adunco. 276—10
Natta immundus. 282—13
Natura format nos ad omnem fortunarum habitum. 458—14
Natura victrix perrumpet fastidia. 393— 3
Naturam expelles furca. 393— 2
Navis ignarus navem agere timet. 431— 5
Navis nudum remigio latus. 25— 4
Navis tua dum in alto est, etc. 418—11
Nave ferar magna an, etc. 450—12
Navita nil pictis fidit puppibus. 25—14
Nauta absentem cantat amicam. 271— 5
Neapolis otiosa. 206—16
Necessitas æqua lege sórtitur insignes et imos. 100— 4
—Dira figit clavos, etc. 144— 6
—Sæva semper anteit fortun. 55— 3
—Clavos trabales gestans, et cuneos manu. 55— 4
Neglectis urenda filix innascitur agris. 256—21
Nepotes stulti. 325—18
Ne pueros coram populo Medea trucidet. 463—15
Neptunius dux, quis? 214— 4
Neptunus custos Tarenti. 46—17
Nereus ingrato celeres ventos obruit otio. 26— 7
Nerones, Sc. Tib. et Drusus. 169—22

Neronis honesta legentis. 391— 1
Nestor componit lites. 372— 1
Nil admirari res una. 380— 1
Nil cupientium nudus castra peto. 134— 5
Nil duri intra est oleam. 427— 1
Nil ego contulerim sano amico. 272—16
Nil extra est in nuce duri. 427— 1
Ni tua custodis, auferet hæres. 320—11
Nives deducunt Jovem. 221—11
Nilus fontium celat origines. 193—12
Noctem objice peccatis, et fraudibus nubem. 408—15
Nocturnus occurram furor. 209— 7
Nomentanus nepos. 285—13
Nonæ Decembres. 137— 3
Non possis oculo quantum contendere Lynceus, etc. 367— 1
Non semper feriet quodcumque minabitur arcus. 473—14
Non si male nunc, olim sic erit. 78— 4
Non timidus perire pro Patria. 184—12
Noricus deterret ensis. 29— 4
Notam impressit labris. 24—10
Notus arbiter Hadriæ. 7—11
Notus non parturit imbres perpetuos. 14—11
Notus rapidus comes Orionis. 46— 9
Novendiales dissipare pulver. 232— 8
Noviorum minor, quis? 282—10
Novius collega, quis? 278—12
Nox inducit umbras terris. 270—14
Nox longa quibus mentitur amica. 366—11
Nox non infidelis arbitra. 207— 5
Nugis addere pondus. 422—11
Nugis armatus propugnat. 414—13
Nullius jurare in verba magistri. 366— 4
Numæ carmen Saliare. 429—16
Numerus Saturnius, quis? 433—11
Numerum extra modumque. 417— 2
Numidæ custodes Dii. 56—13
Nummi cauti certis nominis. 430—16
Nummos alienos pascere. 415—16

O.

Occasionem de die rapiamus. 221—13
Oceanus belluosus. 193—14
Oculi lucidum fulgentes. 81— 5
Oculo irretorto spectat, etc. 65— 8
Oderunt peccare boni virtutis amore. 408— 5
Odio est, quod non mutabile credas. 430—12
Odit campum apricum. 15—16
Ofellus rusticus. 304— 2
Officium nil moror quod me gravat. 439— 5
Officiis prope mancus. 441— 3
Olentis uxores mariti. 31— 1
Oleum adde camino. 331— 6
Omne malum vino cantuque levato. 222—17
Omne sacrum rapiente dextra. 107— 1
Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci. 473— 7
Omnes eodem cogimur. 66—18
Omnes non eadem mirantur amantque. 443— 3
Opera nona, quid? 358—10
Opere in longo fas est obrepere somnum. 474— 8
Opes Mygdoniæ. 81—1

Opimius pauper argenti intus positi. 320— 2
Optat arare caballus. 402— 5
Optat Ephippia Bos piger. *Ibidem.*
O puer ut sis vitalis metuo. 302— 4
Ora pallor albus inficit. 212— 8
Orbem circa vilem morari. 460— 2
Orbilius plagosus. 429— 1
Orci rapacis aula. 94— 4
Orcus non exorabilis auro. 449— 6
—Metit grandia cum parvis. 449— 7
Orestes demens. 319—14
— Actus furiis. 319—16
— Non ausus est violare ferro Pyladen. 319—20
Oricus urbs in Epiro. 119— 5
Orion curat agitare lyncas. 84— 6
Orion nautis infestus. 224—10
Orion tentator Dianæ. 112—10
Orizæ ptisanarium. 320—17
Orni viduantur foliis. 76— 2
Orphea vocalem silvæ insecutæ sunt. 20— 8
Orpheus arte materna moratus est fluminum lapsus. 20— 9
— Duxit auritas quercus fidibus canoris. 20—1
Orpheus deterruit homines à fœdo victu. 476— 8
Osirim per sanctum jurat. 413— 9
Oscula quæ Venus quinta parte sui nectaris imbuit. 24—13

P.

Pacem duello miscere. 115— 8
Pacorus rex Persarum. 116—15
Pactolus fluat tibi. 225— 8
Pacuvius aufert docti famam. 428— 6
Pallas Jovi proximos occupat honores. 21— 4
Palma negata macrum reducit, donata reducit opimum. 434—17
Panis potior mellitis plac. 392— 5
Pantilius cimex. 297— 3
Panthera camelo confusa. 435—14
Pantolabus scurra. 285—13
Paphos urbs in Cypro. 155— 8
Parca non mendax. 90— 5
Parcarum certum subtemen. 222—14
Parcus discordat avaro. 450— 6
Paridis busto insultat armentum. 106— 7
Paries cum proximus ardet, tua res agitur. 418— 8
Paris Lacænæ hospes. 105—10
Parmula non bene relicta. 72—10
Parochus, quis? 361— 9
Parræ recinentis omen. 150— 1
Parrhasius celebris pictor. 179—12
Pars hominum vitiis gaudet constanter. 351— 9
Parthis mendacior. 431— 3
Parturient montes nascetur ridiculus mus. 461— 1
Parvum parva decent. 386—15
Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. 249— 4
Patiens pulveris atque solis. 15—16
Patientia quem duplici panno velat. 411— 9
Patruæ verbera linguæ. 128— 9
Paulus animæ magnæ prodig. 22— 3
Pauperiem probam sine dote quæro. 158—13

Pauperies magnum opprobrium. 146—10
—Jubet quidvis facere et pati. *Ibid.*
—Virtutis viam deserit. 146—12
Pauper non est cui rerum suppetit usus. 396—11
Pectus bene præparatum, sperat infestis, etc. 78— 2
Pecunia collecta imperat. 394— 5
Pecunia natur. mutare nescit. 397— 4
Pecunia quærenda primum, virtus post nummos. 368— 7
Pecunia regina donat, etc. 382— 5
Pede libero pulsanda tellus. 58— 4
Pedestris sermo. 458— 1
Pediatia fragilis. 287— 7
Pegasus gravatus terrenum equitem. 186—15
Peleidæ gravis stomachus. 12— 6
Peleus pauper et exul. 458— 2
Pelignæ anus veneficæ. 233— 1
Pelion impositus Olympo. 111—11
Pelle in propria quiescem. 277—13
Pellibus nigris medium impediit crus. 277—18
Pelopis genit. conviva deorum. 45— 7
Penates mœret iniquos. 68— 5
Penelope difficilis procis. 124—15
Penelopen potiori trade. 342—10
Pennas nido majores extendere. 424— 9
Pensum herile carpere. 153—15
Percontatorem fugito. 417—12
Pereat quæ te quærenti taurum monstravit inertem. 220—15
Peregrinum quære. 413—11
Perillius fœnerator. 316— 7
Permitte divis cætera. 17— 7
Perraro hæc alea fallit. 340—17
Persæ infidi. 195— 9
Persicos odi apparatus. 60— 4
Persius hybrida. 283— 4
Petentibus multa, des. multa. 135— 7
Petitor in campum descendere. 100— 1
Petorrita, quæ? 435—11
Phæax domum reverti. 404— 2
Phaëton ambustus terret, etc. 186—13
Phalanto Laconi rura regnata. 71— 2
Phidile rustica. 142—10
Philippus causis agendis clarus. 386—17
Phocæorum execrata civitas. 226—13
Phœbus acceptus novem Camœnis. 237—14
Phœbus metuendus certa sagitta. 21— 8
Phœbus rediens fugat astra. 141—15
Phraates jus imperiumque Cæsaris accepit. 398— 5
Phrygius lapis. 101—13
Piacula te nulla resolvent. 47— 5
Pictura poësis erit. 474— 9
Picus lævus vetat ire. 151— 2
Pierium antrum. 110—12
Pietas moram rugis non affert. 84— 9
Pignus direptum lacertis. 18— 3
Pimplea gaudet fontibus integris. 42— 9
Pindarus ruit velut amnis. 164— 3
Pinus ingens agitatur ventis. 77—12
Piorum discretæ sedes. 83— 6
Pirithoüs Thesei amicus. 179— 7
Pisces muti, cur? 168— 4
Piscis decurrit ad hamum. 388— 6
Pitholeon Rhodius. 294— 5
Platanus cælebs. 86—10
Plato doctus. 332— 4
Platona stipare Menandro. 312— 9
Plautus poëta comicus. 434— 6

Plebis non suffragia venor. 422— 6
Pleïadum chorus. 192— 5
Plotius Horatii amicus. 272—12
Pluma pro barbæ lanugine. 184—14
Plutona placare tauris. 84—14
Poëma præsectum castigatum ad unguem. 470— 8
Poëma vetus sanctum est. 428— 4
Poëmata dulcia sunto. 458— 5
Pœna pede claudo. 103—17
Poëta Musarum sacerdos. 99— 3
Poëta figurat os pueri. 431—17
—Præceptis pectus format. 431—19
Poëta fœnum habet in cornu. 264— 8
Poëtam jubebo respicere exemplar vitæ. 471—16
Poëtas exanimat lentus spectator, sedulus inflat. 434—14
Polemon mutatus, quis? 327— 7
Pollio mœstis præsidium reis. 62— 4
Pollio regum facta canit. 295— 6
Pollux gaudet pugnis. 300— 6
Pollux in templa deorum receptus. 425— 5
Polum animo percurrere. 45— 5
Polyhymnia. 3— 5
Pomaria uda mobilibus rivis. 14—10
Pompilii regnum quietum. 21—18
Pomponius, quis? 265— 8
Ponere signa novis præceptis. 332— 3
Populus bellua multorum est capitum. 369—11
Populus præsentes fastidit et odit. 426— 9
Populus stultus indignis sæpe dat honores. 277— 6
—Famæ servit ineptus. 277— 7
Porphyrion unus è Gigantib. 111—13
Post damnum sic vendas omnia pluris. 330— 1
Præcipies quidquid, esto brevis. 472—16
Prædæ succus defluat teneræ. 153— 6
Prælia sustinere campestria. 416—15
Prænomine molles gaudent auriculæ. 339—15
Præsepe non certum tenere. 404— 6
Præstabo me dignum pro laude merentis. 385—13
Prætor insano omne adimat jus. 325—10
Prætus credulus. 119—14
Prata canis albicant pruinis. 9— 4
Pretium ætas altera sordet. 414—15
Priami domus perjura. 105—11
Priapus deus hortorum. 285— 3
— Olim truncus ficulnus. *Ibid.*
—Furum aviumque formido. 285— 5
Primo ne medium, medio ne discrepet imum. 461—14
Principibus placere non ultima laus est. 412— 1
Principium omne à Diis. 116—12
Principum graves amicitiæ. 61— 4
Priscus orator vixit. 352— 1
Privatus census brevis, commune magnum. 87— 6
Procne vertatur in avem. 463—17
Proculeius vivet extento ævo. 64— 5
Procyon furit. 156—13
Professus grandia turget. 454— 1
Prometheus coactus limo principi addidit particulam undique desectam. 29— 8
Proprium est quod libra mercatur et ære. 448— 6
Proserpina nullum fugit caput. 46— 8
Proserpinæ numina. 229— 9
Proteus sceleratus, quis? 316— 3

Pubes gaudet edera virenti. 41—13
Pubes tibi crescit omnis. 75— 1
Pudet non incidere ludum. 401—15
Pudicum, qui primus virtutis honos. 280—13
Pudor malus incurata celat ulcera. 406—15
Puella tempestiva viro. 39— 5
Puer doctus sagittas tendere. 48— 3
Puer gracilis in rosa. 10—10
Puer nunc adhibe puro pectore verba. 374—16
Pulmenta laboribus empta. 416—11
Pulvere non indecoro sordidus. 62—12
Pulvis et umbra sumus. 178— 1
Pupî lacrymosa poëmata. 369— 1
Puteal, quid? 346—10
Pythagoræ arcana. 225— 9
Pythagoras iterum Orco demissus. 45— 9
Pythagorea somnia. 428— 2
Pythius incola quatit mentem sacerdotum. 29— 1

Q.

Quære modos leviore plectro. 63—12
Qualem commendes aspice. 417—19
Quanto constantior in vitiis, tanto levius miser. 352—11
Quercus domin. juvat umbra. 406— 1
Querelarum desine mollium. 76—11
Quid juvat exempta spinis de pluribus una? 451— 8
Quidquid delirant reges plectuntur Achívi. 372— 4
Quinas capiti mercedes exsecare. 248—10
Quindecim viri, qui? 238— 2
Quinquatria, quæ? 450— 9
Quirinus Acheronta fugit. 104—15
Quirinus collis. 443—13
Qui sibi fidit dux regit examen. 421— 7
Qui te deridet, caudam trahat. 315— 6
Quintilium perpetuus sopor urget. 39—11
Quintilius Varus poëta. 479— 1
Quis invitum servare laboret. 424— 4
Quo me rapit tempestas deferor hospes. 366— 5
Quot capitum vivunt, totidem studiorum millia. 300— 7

R.

Ranæ turpis ova. 205— 9
Raptor inaudax fugies. 139— 9
Rebus in arduis æquam memento, servare mentem. 65—10
Rebus infestis fortis appare. 78— 8
Recitator acerbus. 481— 4
Reges timendi in proprios greges. 99— 5
Regina quidlibet impotens sp. 58—13
—Fortunaque dulci ebria. 58—14
—Dementes ruinas imperio parabat. 58—10
Regna vini sortiri talis. 10— 7
Regnes latius avidum domando spiritum. 64— 9
Reguli mens provida. 114— 1

Regum epulis non omnis abacta pauperies. 306—13
Remi cruor sacer nepotibus. 212— 6
Remigium vitiosum Ulyssei. 383—14
Remittas quærere quid? etc. 78—14
Renuis tu quod jubet alter. 443— 8
Rerum concordia discors. 397—13
Res medium ad Janum facta. 313— 1
Resigno cuncta. 386— 5
Rex eris, si recte facis. 368—13
Rhæti immanes. 191—15
Rhætus unus è Gigantibus. 111—14
Rheni luteum caput. 295— 1
Rhodani potor. 98— 4
Rhodon Clara. 13— 7
Rhodope mons Thraciæ. 148—10
Rhombus piscis. 200—10
Ridere decorum. 385—16
Ridiculum acri fortius magnas plerumque secat res. 293—14
Risus gratus puellæ latentis pr. 18— 2
Roma princeps urbium. 167—13
Romæ rus optas, absentem rusticus urbem. 353— 9
Romanæ fidicen lyræ. 168— 8
Romanus emancip. fœminæ. 214— 9
Romanus sero didicit græcas litteras. 433—14
—Spirat tragicum satis. 434— 2
—Turpe putat lituram. 434— 3
—Comœdiæ magis deditus. 434— 5
Romulum Troïca peperit sacerdos. 105—17
Romulus Mavortis puer. 180—18
Roscius actor. 429—12
Rubos oppidum Campaniæ. 275—12
Rumore secundo ad cœlum of. 392— 3
Rupilî et Persî par pugnat. 284— 6
Rure beato nullus locus pot. 392— 8
Ruris honorum copia benigno manabit cornu. 31— 9
Ruso fœnerator. 249— 9

S.

Sabæa metropolis Æthiopiæ. 47—10
Sabbata tricesima, quid? 291—19
Sabinum vinum vile. 35— 3
Sacramentum dicere. 91— 1
Sacra profanis miscere. 408— 7
Sæcula culpæ fœcunda. 117— 8
Sæculum Pyrrhæ. 4— 1
Sæpe stylum vertas. 296—18
Sacvæ vivacem crede nepoti matrem. 301—15
Salamina ambiguam. 15— 9
Saliaribus dapibus ornare pulvinar deorum. 58— 5
Salium in morem neu sit requies pedum. 57— 9
Sallustius insanit in libertinas. 259— 6
Samos concinna. 394—10
Sani creta, an carbone notandi? 326—19
Sapere est abjectis utile nugis. 447—11
Sapiens uno minor Jove. 371— 2
Sapientia prima, stultitia caruisse. 367—14
Sappho querens fidibus Æoliis. 83— 8
Sappho temperat Archilochi musam. 421—13
Sardinia segetibus ferax. 49— 8
Sarmentus scurra. 273— 6
Saturnalia, quæ? 312— 3
Saturni domus veteris contremuit. 80—12
Satyra lusit amabiliter. 433— 1

— Cœpit verti in rabiem. 433— 2
— Ire minax per domos. 433— 3
Satyrorum capripedum aures. 95— 4
Saxa musco circumlita. 392— 1
Sceleratus qui, et furiosus erit. 325—14
Scipio qui duxit ab oppressa Carthagine nomen. 302—11
Scopas statuarius insignis. 179—12
Scorpius formidolosus. 91— 8
Scorto postponet honestum. 415—15
Scriba recoctus. 341— 6
Scribendi recte sapere est et principium et fons. 471— 8
Scriptores carmine fœdo splendida facta linunt. 437—17
Scriptorum chorus amat nemus. 444— 4
Scriptorum nobilium auditor et ultor. 422— 8
Scurrantis speciem præbere. 413—13
Scyphus natus in usum lætitiæ. 43— 1
Scythæ profugi. 54—11
Scythicus amnis. 110— 8
Sectantem lævia nervi deficiunt. 453—14
Sectanus, quis? 268—13
Secundæ res mutatæ quatiunt. 393— 9
Sedulitas quem diligit urget. 439— 1
Senectus obducta solvatur fronte. 221—16
Senectus rugis frontem exarat. 212—11
Sepulchri mitte supervacuos honores. 98— 8
Seres populi Asiæ. 157— 4
Serpens rumpit iter institutum. 150— 5
Serpentes asperas tractare. 59—14
Serpit humi tutus nimium. 454— 2
Servitus crescit nova. 75— 2
Servus qui dictat nomina. 383— 1
Sestertia mutua promittit. 388—
Severus nimis assidet insano. 378—
Sibi quisque timet, quanquam intactus, et odit. 300—
Sibyllini versus. 234—
Sicambri cæde gaudentes. 194—
Siccis omnia dura Deus proposuit. 32—10
Siccus accedas ad unctum. 410—18
Siculæ dapes. 100— 8
Siculum mare. 80— 5
Sidera torrentia agros. 101— 4
Sidonii torserunt cornua nautæ. 228—19
Signa direpta superbis Parthorum postibus. 194— 8
Silva columnas inter nutritur varias. 392—16
Silentio tuta merces. 103—10
Silenus custos famulusque Dei. 467— 2
Silvæ Threïcio Aquilone sonant. 221—12
— In silvam non ligna feras. 294—17
Silvanus tutor finium. 199— 2
Si mala condiderit in quem carmina, jus est. 303—10
Simoïs lubricus. 222—13
Simplex discrepat nepoti. 450— 5
Sincerum cupimus vas incrustare. 257—18
Singula quæque locum ten. 457—15
Sinistrorsum ille, hic dextrorsum abit. 315—
Sinuessa civitas. 272—1
Sisyphus abortivus. 257—
Sit quod vis simplex et unum. 453—1
Si vis me flere dolendum est tibi. 458—

Socco percurrit adstricto pulpita. 434—10
Socratica domus, quæ? 48— 8
Socraticis madet sermonibus. 140—15
Sol alme. 234—12
—Alius et idem nasceris. 234—13
—Agit tempus abeunte curru. 118—15
Solve senescentem equum. 365— 8
Somnus agrestium lenis virorum. 100—11
Soracte candidum nive. 16—14
Sors omnium versatur urna. 67— 2
—Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors. 400— 9
Sosii fratres bibliopolæ. 473— 9
Spartacus acer. 226— 1
Species alias veris qui capiet. 325— 1
Speciosus pelle decora. 407—17
Spem longam resecare spatio brevi. 19—15
Sperne vilem cibum. 305— 1
Sperne voluptates. 374— 3
Sponda cubet in extrema. 202—17
Sponsore quo res teneantur. 407—15
Sponsus regius ne lacessat. 102—12
Staberius, quis? 316—61
Statuæ infantes, quid? 340— 7
Statua taciturnius exit. 444—10
Stellæ an sponte sua vag. 397—11
Stertinius sapientûm octavus. 329—12
Stesichori graves Camœnæ. 182— 3
Sthenelus sciens pugnæ. 27—14
Stomachari prave sectum ob unguem. 370—19
Stomachus raro jejunus vulgaria temnit. 306— 6
Strabonem appellat pætum p. 257— 7
Stringat malus ingluvie rem. 248— 4
Strix nocturna. 205—10
Studia ne laudabis tua. 416— 2
Studium sine divite vena, nec rude prodest ingenium. 477— 6
Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt. 249— 1
Stulti prope omnes. 314— 4
Stultitia ubi prava, hic summa est insania. 325—13
Stultitiam patiuntur opes. 415—10
Stultus donat quæ spernit et odit. 385— 9
Stygia cohibebor unda. 97— 8
Suavio manum puella opponat tuo. 202—16
Sulcius accusator. 266— 3
Sulfura dicuntur cessantem nervis elidere morbum. 403— 2
Superbus meo incedis malo. 225— 6
Sus lutulenta ruit. 444— 2
Susurri leves composita repetantur hora. 17—18

T.

Taciturnus occupat speciem acerbi. 418—19
Tænari sedes horrida. 53—10
Talos à vertice pulcher ad imos. 440— 2
Tarentum imbelle. 386—16
Tarpa judice. 295— 2
Tanaïs discors, cur? 157— 5
Tantalus à labris sitiens, etc. 244—15
Taurus ruens in Venerem. 69— 1
Teanum Campaniæ oppidum. 370— 1
Tecmessa movit Ajacem. 67— 9
Telegonus parricida. 156— 3
Telemachus proles Ulyssei. 386—11

Telephus pauper et exul. 458— 2
Telluris juvenes domitos Herculea manu. 80— 9
Tellus æqua pauperi recluditur. 94— 6
Tempe Zephyris agitata. 100—14
Teneas tuis te. 331—12
Terentius vincit arte. 428— 9
Terminalia festa. 200—19
Terra domibus negata. 38— 7
Terras alio sole mutare. 89— 4
Terrestria mortales animas vivunt sortita. 349—15
Tesqua inhospita et deserta. 400—17
Testa semel imbuta diu servabit odorem. 374—18
Teucro duce nil desperandum. 15— 7
Thebæ insignes Baccho. 13— 9
Theseus Athenarum rex. 179— 6
Thespis inventor Tragœdiæ. 469— 7
Thrace furiosa bello. 88— 5
Thrasius homo pauper. 309—13
Thrax est Gallina Syro par. 347— 2
Thyesteæ preces. 209— 1
Thyna merce beatus. 119— 3
Tiberim transnanto quibus somno opus est. 299— 4
Tibia Orichalco vincta. 464—13
Tibiæ cantus querulæ. 120—14
Tiburis umbra densa. 15— 1
Tigellius Hermogenes. 266—10
Tigris rapidus. 193—13
Tigris ut aspera non te frangere persequor. 39— 3
Timor et minæ scandunt eodem quo Dominus. 101—9
Tisyphone una è Furiis. 287—2
Tiresias vates. 337—11
Tithonum minuit senectus. 89—16
Tityi jecur non relinquit ales. 112—16
Toga comitem sanum arcta decet. 415—11
Tolle periclum, jam natura prosiliet. 355—16
Treboni non bella fama. 268—15
Trepides ne in usum poscentis ævi pauca. 78—15
Tristia mœstum vultum verba decent. 458—11
Trivicum urbs Campaniæ. 274—18
Troës male feriati. 176— 1
Troïlum parentes flevere. 76—10
Trojæ lacrymosa funera. 16—11
Trulla campana. 320— 4
Trutina in eadem ponetur. 258—15
Turbinem solve citum. 229—14
Turdo nil melius obeso. 405— 1
Turius grande malum. 301—11
Turres Celsæ decidunt. 77—13
Tulli ignobile regnum. 276—14
Tusci turba impia. 326— 1
Tusculi villa candens. 197—15
Tutela abeat propinquos. 325—11
Tydides superis par. 13— 1
Tyndaridæ clarum sidus. 181— 7
Typhæus unus è Titanibus. 111—11
Tyrii colores. 381— 3
Tyrrhenus parens. 125— 1
Tyrtæus poëta lyricus. 476—15

U.

Ulyssei laboriosa cohors. 229— 1
Ulysses domitor Trojæ. 372— 8
—Mores hominum inspexit et urbes. 372—
Umber aper bonus. 334—
Umbra tonsoris. 387—

midius, quis? 246— 3
nda enaviganda omnibus. 85— 2
nda resorbens te in bellum. 72—15
nda supervenit undam. 449—45
nguenta funde de conchis. 73— 8
rere in puellis. 217—13
rit fulgore suo qui prægravat artes infra se positas. 425—13
Urna capax movet omne nomen. 100— 6
Ustica mons in Sabinis. 31— 5
Usus nulli datur perpetuus. 449— 3
Utilitas justi mater. 260— 1
Uva domita prælo Caleno. 35—11
Uxor media currat de nocte vocata. 326—11

V.

acunæ fonum putre. 394— 7
arius dilectus Augusto. 438— 8
ates ridet detrimenta. 431—12
-Non fraudem incogitat. 431—13
ersibus tragicis exponi res comica non vult. 457—32
-Militiæ piger, utilis urbi. 431—15
atum irritabile genus. 445—10
as nisi sincerum, quodcumque infundis acescit. 374— 2
eia venefica. 206— 2
eianius gladiator. 365— 4
elabrum, quid? 326— 2
elia urbs in Lucania. 402— 7
enatio Romanis solemne opus. 416—12
enena non possunt convertere humanam vicem. 209— 2
enter partumeius. 232— 5
enus Cytherea. 9— 5
enus non adurit semper erubescendis ignibus. 43—15
eneris muneribus potens. 184—13
eneri ingrata superbia. 124—13
enerem amo parabilem. 254— 1
erba male nominata. 131— 1
erba sesquipedalia. 458— 3
erbis decoris obvolvas vitium. 354— 3
Verborum vetus interit ætas. 456— 2
Verbum irrevocabile vocat. 417—16
Verbum nec verbo curabis reddere. 460— 9
Veris adventus inhorruit mobilibus foliis. 3—14
Vertumnus præest vendent. 423— 1
Vesica displosa sonat. 287—14
Vesta æterna. 113—11
Veterno aliq. arcere funesto. 390— 5
Vicarius qui servo paret. 356— 4
Vices superbæ te maneant. 47— 3
Victima nil miserantis Orci. 66—17
Victima secures cervice tingit. 143— 8
Victor insistet cineres. 226— 7
Victoria fronde coronat. 417— 7
Victus sordidus à tenui distabit. 307— 4
Vilia rerum tu poscis. 411— 5
Villius peccat in Fausta. 251— 4
Vim temperatam Dii provehunt. 112— 5
Vina iterum Tauro diffusa. 378— 7
Vindelici populi Alpium. 169—12
Vineæ grandine verberatæ. 101— 1
Vino mordaces diffugiunt sollicitudines. 32—11
Vinum curas abigit. 403—15


—Manet in venas cum spe divite. 403—16
Virgilius dilectus Augusto. 438— 8
Virgilio molle atq; facetum. 295— 9
Virgo matura fingitur artubus. 117—13
Virorum clarorum animi per vatis opus apparent. 438—10
Virtus celata paulum sepultæ distat inertiæ. 183— 8
Virtus cum semel excidit non curat reponi à deterioribus. 114—17
Virtus dos est magna parentium. 145— 6
Virtus est medium vitiorum. 414— 6
Virtus est vitium fugere. 367—14
Virtus, fama, decus divitiis parent. 317—10
Virtus indigno non committenda poëtæ. 437—12
Virtus nisi cum re vilior alga. 338— 7
Virtus repulsæ nescia. 103— 3
Virtus spernit humum. 103— 9
Virtutem doctrina parat. 419— 4
Virtutem incolumem odimus. 145—16
—Sublatam quærimus. 145—17
Virtutem verba putas, ut lucum ligna? 381—16
Virtutes ipsas invertimus. 257—17
Virtute mea me involvo. 158—12
Virtute minora cuncta putas. 397— 5
Vis consilii expers mole ruit sua. 112— 4
Viscus poëta. 289— 8
Vitavi culpam, non laudem merui. 468—16
Vitæ summa brevis. 9— 4
Vitiis nemo sine nascitur. 258—11
Vive memor quam sis ævi brevis. 349—19
Vivendi recte qui prorogat horam, etc. 373—10
Volanerius scurra. 352— 7
Voluptas nocet empta dolore. 374— 3
Voluptas non in caro nidore. 305— 5
Voranus fur. 287— 7
Vulpes astuta leonem imitata. 323— 6
Vulpis ad Leonem responsum. 369— 9
Vultur mons Apuliæ. 108—11
Vulva nil pulchrius ampla. 405— 1

X.

Xanthus amnis. 176—11
Xanthia Phoceu. 67— 5

Z.

Zona lædere collum. 153—10
Zonam qui perdidit, ibit. 442—




UNIV SITY OF CA

